N. 3. L. 7.

INCIPIT TERTIA PARS PRINCIPALIS EPISTOLARVM SIVE TRACTATVVM BEATI HIERONYMI: DE MORIBVS ATQVE VIRTVTIBVS: QVIBVS CHRISTIANA CONVERSATIO INSTITVITVR. Quæ & ipſa in plures ſub diuiditur epiſtolas ſiue tractatus: inter quos ille præponit: in quo de virtutibus ac vitijs in genere tractatur.

Beati Hieronymi ad amicũ quendã: vel ſicut in alijs reperi voluminibus ad Cteſiphontẽ de homine perfecto: vbi interiorẽ hominẽ: exteriorẽq; demonſtrat: docens eius vitam in ſui auctoris ſapientia per ea quæ creata ſunt cõtemplatõe cõſiſtere. Excitat quoq; animũ ad meditationẽ caſus ac reparatõis humanæ ſtatim in ipo occaſu in mulieris ſemine: id eſt in cõceptu virginis repromiſſæ. Ad cõſiderationẽ quoq; reſurrectõis iudicij gloriæq; ſanctorũ inducit. Qua occaſione digrediens exprobrat infidelitatẽ eorũ qui miraculis nõ credunt quæ deus in ſanctorũ corporum reuelatõe operat. Vbi & hiſtoriã narrat cõfutatiõis hebræi: & cauſam retardatæ vindictæ ac humanæ explicat ignorantiæ.

EPISTOLA PRIMA

A CCE iterũ ad te ſcribo: & nihil dignũ quod prudentiã tuã legere deceat inuenio: & quid mirum ſi te abſente velut a ſole ſolo deſtitutũ frigidi cordis alget ingeniũ: & mens a lumine peregrina ſtulticiæ nubilo ſuffocata torpe
e ſcit: ac tanto minus ſapio: quanto a te latius ſeparor. Qd' ſi in præſentiarũ quid tibi in meo ſermone placuerit: tuis mihi oratõibus præſtabit. Deniq; vt omnẽ ſtultitiã meã diligentius recognoſcas: etiã ſtomachũ meũ poſt illud ſuſceptũ cæratum tuũ te abſente curaui: a quo peius mereor pati: & cui poſt ſanctũ miniſteriũ tuũ & angelicã ſeruitutem manus intuli medicorũ quaſi ꝓpheta nõ eſſet in iſrael: vt mihi ſiquid paterer facilius eſſe debuerit ad te reuerti: q̃ gentiliter cogitare: & melius vel difficilimi itineris laborẽ perpeti q̃ cõſpectus tui tam præciosa viſione fraudari: vt quæuis potius cõpenſatio ſequeret: q̃ ad muſicã religionis acharon deuenirem. Hæc mihi de abſente mũdus iſte ſuggeſſit: qui te præſente in me nõ habebat cõſiliũ. Tu me enĩ curiam feceras ꝓphetarũ: nõ cõuenticulũ ſirenarũ. Ac nunc in me ad deſtructionẽ ſancti contra me operis tui omis ſtultitiæ ſenatus ingrediẽs quadruplici forma mecũ agit. Nam fœnus de abſente exigit: qd' te præſente nõ præſumpſit: vt intelligas ſiquid apud te iuxta deũ ſapui: tuũ fuiſſe qd' ſapui. Sic abſente Moyſe populus iſraeliticus fornicat: ſic in naui dño dormiente apoſtoli tempeſtate turbant: Sic in Bethſaidæ porticibus hominem nõ habentẽ aquã piſcinæ ſalutaris ignorat. Quanq̃ & hic aliud genus culpæ aduertã. Corpuſculũ curaui: cum anima lãgueret: exteriorẽ hominẽ foui: cum interior ægrotaret humanis ſubueni: cũ diuina laborarẽt: vitio publicæ cõſuetudinis inclinatus: quo oẽs ſumus in minimis cauti: & in maximis negligẽtes. Hocq; ideo fit: quia vbi vera vita ſit ignoramus. Fallit nos videlicet ſol iſte: decipit dies iſta: tractus nos iſtæ circũuenit. Mũdus inducit: dum & ſole amplius eſſe nil putamus. Et lucem arbitramur eſſe quã oculis videmus: & hoiem iudicamus eſſe: quem cernimus: & mũdum credimus facere cum vita: ignorãtes vbi ſit homo: & quid ſit homo: & quæ eius hominis vita ſit: qd' ſi intelligeremus nõ aliud generati aliud viueremus. Ita vitæ origine deſerta: viuẽdi quoq; ꝑdidimus rõnem. Ac
B primũ vbi homo ſit iſte: de quo loquimur audiamus. Quoniã diſputationẽ quandã nobis ipſa diuiſio generauit: quẽ intra hoc corpus qd' dei artificis manu limo terræ formatũ eſt velut quoper hoc corpus infuſus vitalem ſenſum qui ſibi nõ deficit cum carne mutatus eſt. Regit ipſe: nõ regit: & habet potius q̃ habet: vt vitam nõ accipiat: ſed miniſtret. Nam cum terrenã iſtã pigrãq; materiã in vſum miniſterij ſumptã ſpiritus liquidus animaret: fit dñs corporis: non homo ſub corpore. Deniq; hoc qd' dixi vaſculũ ipſo viuit præſente: & ipſo morit abeunte. Hic ergo & viſibilis & caducus illius interioris vel habitatio vel miniſter vl' vagina eſt. Ipe vero qui vere eſt homo: quoniã ſic ſecũdus factæ diuiſionis eſt locus vt ipſe inuiſibilis: ita omia eius inuiſibilia ſint neceſſe eſt. Non ad illum ſi ægrotat manus valet peruenire medicorũ: nõ herbarũ ſuccis ſi deficit reparat. Nihil ad eum corporale intrare poteſt: ſubſtãtiæ tantũ ſui illi ſimilitudo deſcendit: verbo curat: obedientia cõualeſcit. Deniq; cum ſibi in eccleſia Laodicenſi & beatus & diues & bene oculatus: & bene veſtitus ſcd'm exteriorẽ hominẽ videret: increpat a dño: dicit q; illi. Neſcis quia tu es miſer & miſerabilis: & pauper & cæcus: & nudus. Qui vtiq; vt dixi nec ſine veſtæ: nec ſine oculis: nec ſine diuitijs habebat. Sed ille inuiſibilis deus noſter illum inuiſibilẽ hominẽ in paupertate: in cæcitate: in nuditate eſſe cernebat: cui etiã ſuadere dignat: vt ab ipo aurũ mercetur ignitũ: & veſtem albã qua glorioſiſſime veſtiat: & collyriũ quo recipiat viſum. Habet er-

Exo. 22. Mat. 8. Ioh. 5.

2. Cor. 4

Apoc. 3.

go & ſuos oculos præter iſtos carnales quos poteſt vel amittere vel curare. Eſt & iuxta ſe nudus adeo vt egeat veſtimẽto: ſed miro modo ad mendicũ: vt ipſe ait dñs loquit̃: & iubet illum a ſe diuitias cõparare. Quibus mercibus ſi & nudus & pauper eſt: vel illã veſtem nobiliſſimã: vel illd̃ aurum purgatũ iam igne mercabit̃? Vnde cõmercij talis poterit eſſe impenſa: videlicet ſi aut exterioris hominis emolumẽta trãſfoueat: aut ipſis quibus ipſe diues forinſecus videbat̃: nõ vtendo diteſcat: oculoſq; corporis quibus mundialiũ rapiebat̃ ardore deſpectu corruptæ vniuerſitatis obcæcet. Ita ille inuiſibilis homo: qui vere vt diximus: homo eſt: & in cõtẽptu huius exterioris attollit̃: & nuditate veſtit̃: & cæcitate illuminat̃. Sic Iacob Effraim & Manaſſem nepotũ ſuorum nõ ſolum loca: verũetiã merita incorporea cæcitate cernebat. Nam cum illum Ioſeph filius ſuus: qui ſupradictos paruulos offerebat: nec ante pedes ſuos cernere iudicaret ſenſit in parẽtis reſponſione illa etiam quæ eſſent futura: ꝓſpicere. Sed vt ille interior homo exteriorẽ iſtum facit ſua vita viuentẽ: & de fonte naturæ ſuæ animat irrigando: ſic rurſum exterior per corruptelã mortiferæ materiei ſuæ illum ſi cupiditatibus illicitis alligarit: occidit. Et cum alter naturæ videatur alterius: trãſit in victoris vnuſquiſq; ſubſtantiã: vt aut carnalẽ quoq; ſpiritalis ſpiritalẽ ſuis virtutibus præſtet: aut carnalẽ animã caro victrix eius efficiat. Denicq; cum dñs diluuio delere
Geñ. 6. humanũ genus cogitaret iratus: Nõ permanebit inquit ſpiritus meus in hoĩbus: qm̃ caro ſunt: & quia vticq; oẽs carne veſtimur: & ſine dubio in carne nõ ſumus qui nõ ſcd̃m carnem ambulamus: hinc etiam gignit̃. vt nõ ſemper homo iſto appellatiõis nomine cenſeat̃. Nam ꝓvirtutibus ſuis aut vitijs & formas ſumit: & nomina. Denicq; ait ꝓpheta: Nolite fieri ſicut equus & mu
ps. 31. lus. Mat. 7. Sunt ergo homĩes qui apud dñm ſunt equi & muli. Et dñs ait: Nolite ꝓjcere margaritas ve
Mat. 10. ſtras ante porcos. Sunt ergo homĩes & porci. Et iterũ ipſe dñs: Ecce ego mitto vos ſicut oues in
Mat. 16. medio luporũ. Sunt ergo hoĩes & lupi: & ecõtrario homĩes ſunt & oues. Et ait adhuc dñs Petro:
Mat. 4. Paſce oues meas: & ipſe prius: veni poſt me: & facia te piſcatorẽ hominũ. Sunt homĩes & piſces Sed hæ formæ actuũ videnť eſſe: nõ corporũ. Nam corporis noſtri certus eſt ſtatus: vt omnium animantiũ: ſed qm̃ apud deum nõ de ſtatu corporis noſtri: ſed de vitæ meritis iudicamur: appareret omnẽ hominẽ mente ſua ſibiipſi ſtatũ nomenq; formare. Qd̃ vticq; ex illius quẽ deſcribimus inuiſibilis hoĩs: aut culpa: aut virtute præſtat̃. Ipſius ſiqdem vitiũ eſt: ſi ſubiectus paſſus ſit eſſe ſubiectus. Si cõtra diuinã diſpoſitionem fit in dñatu ſeruitus: & ſeruitute dñatus. Sed ne videar D
(qm̃ paululũ deiecto velut pariete ad illũ inuiſibilẽ hoĩem diſputatõe peruenit) corpus oĩno deſtruere: qd̃ adeo magni eſt ſacramenti: vt in hoc ipſo: id eſt in noſtro fragili & infirmo dñs venerit: nõ hõc egi: aut hoc ago: ſed illud oſtendere tentaui: huius exterioris vitam illius interioris vita cõſiſtere. Iterũ interioris mortem deſcẽdere huius de morte vbi ꝓpinatũ venenũ per vitia fuerit: nihil habere iſtum de vita: niſi ab illo irrigatus fuerit: nihil tenere alterũ in natura: alterũ vtidi
xi aut infectũ vitijs: aut deterſum virtute tranſire. Igit̃ qm̃ iam & vbi ſit homo: & quid ſit homo breuiter licet oſtendi: quæ nunc eius hoĩs vita ſit videamus. Syon iſta certe mundialis quæ mala ꝓ bonis habet: & bona ꝓ malis: quã totus orbis ſequit̃ & colit: nõ hæc affluentia diuitiarũ eſt: nõ in faſtigio potentũ: nõ in iuriſdictõis aſtu: nõ in põpoſitate facũdiæ: nõ in viribus ꝓ prœlia glorioſis: nõ in mercibus ꝓ uinciarũ mutatõe & ſui peregrinatõe creſcẽtibus: nõ in lenocinio formarum: nõ in ambitu munerũ: nõ in his eſt denicq; oĩbus quæ videmus: qm̃ cuncta hæc occidũt: & ſine iſtis beate etiã iuxta ſæculũ viui ſolet. Sed illa eſt vita vera: vita venerãda: deũ noſſe: timere eius potentiã: amare pietatẽ: mũdũ in opifice mirari: interpellatorẽ cõtemnere: eſſe victo modico ꝓ naturæ neceſſitate contẽtum: veſte vili vel ꝓ pudoris rõne vel ꝓ tpis iniuria cõminutũ. Sic reliquã creaturã nõ ex ſui copia: vel ꝓ vitali rõne: ſed ꝓ adiumento huius lucis attingere. Quicquid enĩ amplius eſt a malo eſt: omnẽ hoĩem amare quaſi fratrẽ: nullũ lædere: ſeruire oĩbus: formam ſeruí ſuſtinere cum dño: qui nobis præter miniſteriũ qd̃ interius continet̃: quotidie ſeruit in mundo: ꝓducendo ſolem: emittẽdo lucem: pluuias infundẽdo: tpa variãdo: fruges vel gignẽdo vel maturãdo. Nobis enĩ in totius creaturæ facie vel vbertate deſeruit: quoniã ꝓ nobis cũcta generauit. Sed vt ad homĩs officia reuertamur: nudum tegere: alere eſurientẽ: ſitientẽ potare: infirmos viſitare: triſtibus condolere: mortuos ſepelire: nihil aliud ſe habere quaſi ſuũ: ſed omnia ſua cum oĩbus iudicare cõmunia: ac tunc magis ſibi viuere cum viuere æſtimat̃ alijs: ſibicq; recõdere cum alijs credit̃ erogare. Et hæc tñ adhuc exterioris hominis liniamẽta cõtingunt. Cæterũ E
illa interioris homĩs vita in diuinarũ rerum cognitõe cõſiſtit: nõ qua cœlum terræ parte voluat̃: nõ an cõtrario curſu ſydera rapiant̃: nõ an oceano generet plenitudo lunaris augmentũ: nõ an orbem mundi rotũditas ipſa ſuſpendat: an quadriforma angulis ꝓminentioribus aſtringat: an vnus ipſe mundus ſit: an plures ſint. Nam hæc ad animæ nõ tendunt vtilitatẽ: & apud deũ ſtul

ta iudicanť: ſed in illis ſanis cogitatõibus: ſi quãdo verſať tunc viuit & paſcit. Quæ ſunt autem iſtæ ſane cogitatões? Illæ ſine dubio cum mens noſtra ſui recordať auctoris: cum illud velut per quandã reſipiſcentiã ſui opificem ſuum venerať ac contueť: cum eius opera ip̃m in eius operibus viſura mirať: dicente beato Paulo: Inuiſibilia enim eius a creatura mundi per ea quæ facta Ro. 1.
ſunt intellecta conſpiciunť: & ſempiterna quoq; eius virtus & diuinitas: id eſt cum ex imenſis' viſibilis creaturæ ad vniuerſitatẽ inuiſibilis creatoris extendimur: & illũ per hæc dum inæſtimabilem dicimus æſtimamus: cum eius altitudinẽ per donum ſpiritusſancti euoluentes (quoniam ipſe ſolus nos in ip̃m qui ex ipſo eſt intromittit omnia principia creaturæ ſurgentis) quaſi facti ab ipſo anteriores aſpiciimus: & cum ea quæ deus fecit quaſi faciat adhuc intuemur: mũdiq; tam originẽ tranſcurrẽtes ſeu antiquiores efficimur q̃ ſimus ætate. Et cum vniuerſa priꝰ q̃ nos eſſemus effecta ſint: naturã omniũ tñ quaſi per nos genitã: dum auctori iſerimur reputamus: in quã nõ vt ſeruiremus: ſed vt dñaremur intrauimus. Separati vtiq; a ſapientia mũdiali quæ vniuerſa aut fortuitis aut atomis aſcribit diuinis meditatõibus ſublimati: & ab illis qui aut materiã ſemper fuiſſe dixerũt: deũq; tantũ artificẽ rerum voluerunt ſeparari per ip̃ius adiutoriũ: aut qui hæc ipſa ꝓ diis elementa coluerũt: aut per familias deoꝝ per ſexus: per ætates: per partes: velut per plæbem aliquã ſubiectã ſenſibus introduxerũt: diſcreti per ſpiritũſanctũ: & i altiora ſubducti vera vita viuentes: hoc eſt veram ſapientiã ſapiẽtes: quoniã ſtulticia iſta caret. Recordemur ꝙ mundus ex nihilo a deo factus eſt: & ꝙ cuncta animalia per deũ verbo opifice vocata venerũt quæ a natura nec fuerũt: q̃m ſoli ipſi fas eſt vocare quæ nõ ſunt tanq̃ ea quæ ſunt: ꝙ ip̃m hoiem cui tanta poſſeſſio probať ad imaginẽ ſuã nõ aliquis Prometheus ex fabula: ſed ille cõditor vniuerſitatis manu quoq; ſua: ne qua pars eius vacaret in nobis: de limo terræ facere dignatus eſt: quæ cogitatio vt dixi vita eſt animæ: quoniã hæc prima eſt ratio viuendi: vt cui ſe debeat anima nõ ignoret: Ne alium præter hũc decepta veneretť: ne vitæ ſuæ myſteria velut vitæ auctores adoret: ne intm̃ elemẽta miretť: vt nõ digna iudicet quæ facta credanť cum ille magis ſit admirãdus: qui tam mirãda ꝓduxit. O quã anguſta eſt hæc diuina cogitatio: & q̃ vitæ plena eſt: O q̃tũ ip̃m hoiem ad omne ſtudiũ ꝓbitatis accendit: O q̃tum illi maieſtatẽ ſui cõmendat auctoris: cum aliud ille nihil in creatura omni ſe præter manu dei formatũ eſſe cõſiderat. Non terram: nõ maria: nõ cœlum: nõ deniq; ſydera tam munda: tam pura: tam lucida: hoiem ſolum cuiuſdã limi & grauioris & ſordidioris elementa illi formatũ eſſe dextera: cuius dexteræ palmus cœlũ menſurat in menſura: cuius pugillus terræ ſpatia tam finita iacentis includit: tanti fuit illũ fuiſſe olim Vide-
F mus tñ q̃tum illi præterea applaudeat benignitas creatoris: quæ non illum de ſyderibus effecit: quoniã ſi eſſet inde creatus: de materiæ potius claritate: q̃ de artificis dignatõe polleret: cum minor ip̃e cui corporis origine videretť. Si de cœleſtibus factus ad terraꝝ cultum deduceretť ad teras: cuius eſſet glorioſius mox futurũ de humo excitatũ ſyderibus imponi: ſuũ inq̃ deus noſter ſuũ ꝓpriæ voluit eſſe qđ ſumus: nihil materiæ: nihil elementis: nihil quibuſlibet principijs vel magnis vel minimis nos debere. Quæ cuncta ſi retractet: & in ſe mens cõuerſa cõſideret: ex noſtris fiunt moderatiora & anguſtiora primordijs. At vbi per contactũ formati manus dei deſiui-
mus eſſe qđ fuimus: & in nouã materiæ qualitatẽ ſubiacens opifici ſuo per elementi conuerſionem clarificata natura eſt: nouũq; corporis noſtri inter elementa (ſi fas eſt dici) eſſe cœpit elemẽtum: ſtatim omnibus mundi corporibus ſublimiores effecti non naturæ ſubſtãtias ſed potentia creatoris: per quã de ſubiacẽti cæteris creatura ortum eſt: qđ creaturis omnibus imperaret. Deniq; ſi metallũ noſtræ carnis & corporis intuearis: nihil humilius: nihil vilius: nihil iuenies omni iniuriæ paſſioniq; ſubiectius. Sola terra elementoꝝ cæteroꝝ videť ancilla: ſola in ſe cũctorũ potentias nõ ſine detrimẽto ſui ſentit: vel dum ventis puluerulẽta diſpergiť: vel dum fluctibus humefacta abſorbeť: vel dum ſyderum ignibus cocta deuorať: vt homo ex ea ſe eſſe nõ modo gloriari nõ quæat: ſed etiã poſſit erubeſcere. At vero ſi ſtatũ noſtrũ cõtemplemur: quoniã præſtantiorẽ eum cæteris animãtibus dum ad ſuã imaginẽ deus informatũ inducit: iuenies terram ipſam: id eſt ſemen noſtri corporis ſi quis in ea ſenſus eſt gaudere potuiſſe ꝙ ꝓpter nos ĩ quibus imaginen & ſimilitudinẽ creatoris accepit fœlicior facta ſit demutata q̃ ſit orta: manus enĩ dei cõtigit eam: cuius cõtactũ ſui cauſa dum fieret ipſa non meruit. Quid enĩ hoc ſtatu præclarius? quid poterimus noſſe ſublimius? Quid tam diligẽter in mẽbra digeſtũ? quid tam decore per articulos inflexũ? quid tam ſublimiter in ora & oculos erectũ? quid tam vocaliter in verba modulatũ? quid in corde tam velociter animatũ? quid in ſenſu ditius? quid in cogitatõe ſecretius? qđ in ſermone effuſius? quid in ingenio fortius? quid in diſpoſitõe inſtructius? quid ĩ memoria tenacius? quid in affectu blãdius? quid in cogitatu ſubtilius? Vt euidẽter appareat ꝙ illũ ꝓthopla

ſtum iam cum oĩmibus dignitatibus venuſtatũ: īmo ſtatum filij ſui dei noſtri ad finem ſæculoꝝ ꝓ redẽptione noſtra venturi in hoc corpus ornarit: cui paradyſum etiã illo tempore velut amœniſſimũ prædiũ & vrbanis cõuenuſtatũ: & ruſticis conſitũ ſub lege donatũ mortis ille præſeminator inuidit: venenũq; ſuũ decipiendo primoꝝ hominũ credulã nouitatẽ in corpora noſtra latenter īmerſit: & ex duabus ſubſtãtijs vnicã hominis perfectãq; naturã quadã diuiſionis diſcordia diſſecauit: vt cum nobis vna mens eſſet: id eſt illa quã germanitas animæ & corporis gignebat: aliam volũtatem per vitiatam naturã cõtra animã parabat. Deniq; & apoſtolus ait. Video aliam legem in mẽbris meis repugnantẽ legi mentis meæ: & captiuantẽ me in lege peccati: quæ eſt in mẽbris meis. Et alibi. Caro cõcupiſcit aduerſus ſpiritũ: ſpiritus autem aduerſus carnem. Hæc inuicem aduerſant ſibi: vt nõ quæcũq; vultis illa faciatis. Hinc etiã iſte noſter cõditor: qui vel mundũ ꝓ nobis fecerat: a primis illis hominibus offenſus: maledicta ſuper ſingulos ꝓut criminis quãtitas exigebat effudit. Et q̃uis iratus: mox tamen myſteriũ noſtræ ſalutis: vt pius pater oſtẽdit. Neq; æquũ fuerat alio tempore de ſalutis noſtræ remedio cogitare: niſi eo quo mors eſſet inuenta. Sicut a prudẽtioribus prima fronte morbi adhibet medicus: vt capite valitudinis deprehenſo facilius remediũ ſalutare ſuccurrat. Non ergo tunc tantũ dñs ac ſaluator noſter promiſſus eſt: cum clamat Eſaias. Ecce virgo in vtero cõcipiet: & pariet filiũ. Et tunc cum ad Abraham dictũ eſt. Ad hoc tempus veniã & erit Sare filius. Nam hoc erat pene iam ſero: & tãta milia patriarchaꝝ ſine ſpe mortui videbant: quibus vtiq; vita eſſe nõ potuit: ſi dñm nõ ſperauerunt eſſe venturũ: dicente apoſtolo. Spe enim ſalui facti ſumus. Spes enĩ quæ videt non eſt ſpes: ſed quæ ſperat. Et qualiter ſpes eſſe potuit: ſi nõ fuit repromiſſa. Immo vt primo homini illa ſapientior omnibus beſtijs beſtia mortem ſapuit: ita oportuit illum dñm noſtrũ veram ſapientiã iam tamẽ illo tempore ſuffragiũ ſapere vitale: quod & fecit: neq; deſiſtit publicare: ne tãta eius factura vno inimici ariete ꝓpulſata ſine præſidio alicuius lapſui potius q̃ decori generata videret. Simul ne & is validior haberet: qui tantũ opus alienæ virtutis obruere potuiſſet: q̃ ille: ſi opus ſuũ qd̃ ſuper omnes creaturas ineffabiliter fecit: aut ſeruare nõ potuiſſet: aut reparare noluiſſet. Defendit inq̃ ille ſe hac inuidia. Defendit ille noſter cõditor & redemptor: pariterq; ſe & poſſe & velle monſtrauit: quoniã nec virtus potentiæ defuit vel dignatio pietati. Hæc nobis magis adorãda: q; ſub ipa erroris noſtri tempeſtate nõ ſubſiſtit: maiorq; etiã dum exacerbat erupit: dum vbi pœnam merebamur ſpes redemptionis oſtendit: & in naufragij acerbo diſcrimine portus ſalutis aperiat: vt nouo more quæ materia fuerat iracũdiæ: eſſe cœpit origo clæmentiæ. Sic arcana operatione manifeſtans q; infirmitatem noſtrã argumentum ſuæ voluerit eſſe virtutis: q̃tumq; nos amaret dum in ipm peccauimus oſtenderet: quoꝝ obliuiſci etiam poſt errata nõ poſſet: immo quos præcioſius redimeret q̃ feciſſet. Quærat nunc humana crudelitas criminoſis vel priuata ergaſcula vel publicos carceres: cum manicis ferreis & duris rigida trabe cõpedibus irata ſuſpiret: & in pœnas multimodas adinuentionẽ laxet ingenia omniſq; iudex ſurrecti capitis caſtigatem ꝓprie mentis diſcrimine probet alieno. Hoc magis amicus atrocitati quo magis alienus eſt crimini. Ipſi enĩ ſolent truculentiores eſſe in reos: qui ſunt a reatu puriores. Hi ſtudioſius malefici vel criminoſoꝝ cõtagia perſequẽtes: quo minus ac negligentius facinoꝝ vitauere conſortia. O miſeros & omni prædictos cæcitate: qui bonum exornant malo: qui continentiam ſubſtu crudelitatis attollunt: & crudelitatẽ ꝓpriã aliena infœlicitate cõmendant. Quando virtutibus ſuis miſeroꝝ aſtipulant exitium: & innocentiæ iudicantis noxioꝝ cruciamenta ſupplaudũt. Deus aũt nr̃ cõtra omnẽ ſpem cõtra oẽm pene fidẽ ex diuitijs miſericordiæ ſuæ in malo bonum nactus: in iracundia generans cõfirmanſq; pietatem peccandi ſemen fructũ voluit euadere miſerandi: & qui nos ꝓpter tranſgreſſionẽ perdere debuiſſet: ꝓpter ſuam miſericordiã reparandũ eſſe ꝓmiſit. Et illo tempore quo ſupplicia merebamur: argumentũ ſaluationis oſtendit: vt intelligere poſſemus: q̃tum valeret præſtare non læſus: qui tantũ donaret iratus. In primo ergo homine vt loquebat ſtatim nobis iudiciariũ ſpopondit auxiliũ: ſtatim de bono theſauro bona ꝓduxit: ſtatim ignotũ ipſis angelis ſacramentũ quod implendũ eſſet in nouiſſimo tempore publicauit: & terreno adæ Adam ꝓmiſit e cœlo. Nam cum ſerpentem ꝓ merito ſuo maledicto fulminaret: iubet eum terrã pro cibo habere: ſupra ventrem repere: & quoniã mortem illam ipe feciſſet addidit: dicens: Et ponam inimicitias inter te & mulierem & inter ſemen tuum & ſemen mulieris. Ipſa calcabit caput tuum: & tu eius obſeruabis calcaneum. Nõne cõſideras: nõne conſpicis quod eidem tunc minabat in Chriſto? Aliud enĩ ſemẽ mulieris nullũ prorſus accipio: niſi illud quod apoſtolus ait: Factũ ex muliere: factũ ex carne. Illud quod vt euãgeliſta ait: Ioſeph filius putabat eſſe: ſed non erat: illud vtiq; quod verbũ caro factum eſt. Nam ſi generandi publi

Ro. 7.
Gal. 5.
Eſa. 7.
Geñ. 18.
Ro. 8.
Geñ. 3.
Gal. 4.
Luce. 3.

cam ſtam & naturalem circūſpicimus rationē: ſemina nō habent mulieres: deniq; nulla concipit ſine viro. Ac per hoc quoniā tunc in Adam ſemen humanæ generatiōis eſſet tranſgreſſione vitiatū: ſemen cœleſte ꝓmittit: & apoſtolus ſentit nō ex corruptiōe viri: ſed ex deo: Quod cum caro fieret in muliere: etiā elementa illa corporeæ ſubſtantiæ: id eſt humoris & ſanguinis in ipō
I ſibi vaſculo: in quo ipſa elementa ſita ſunt naturaliter aptaret. Mater ita q; dñi noſtri Ieſu Chriſti in illa iam tunc muliere ꝓmiſſa eſt. Hæc inimicitijs oppoſita eſt ſerpentis. Ponā inquit inimicitias inter te & mulierē: nō certe pono dicit: ne ad Euam hoc pertinere videret. Verbum ꝓmiſſionis eſt: quod tranſmittit in futurū: Ponam inquit inimicitias inter te & mulierē. Illā vtiq; mulierem quæ ſaluatorē ꝑturiet: nō quæ generet fratricidā. Ponam inquit inimicitias inter te & mulierē: id eſt ſuſcitabo mulierē quæ repudiata facilitate credendi: nō ſolum te audiat: ſi aut ſua uitatem pomoꝝ ꝓ adoptione monſtraueris oculoꝝ: aut dijs ſimilem eſſe ꝓmiſeris: ſed etiā ipſo Gabriele deferente verbum: rationē de ꝓmiſſionis exigat nouitate dicendo. Quēadmodū erit iſtud: quoniā virum nō cognoui. Illam vtiq; quā ad viſionem angeli pudor aureus tremefecit; Luce. 1. a
Fidei tamen ardore & cōſtantia labi neſciā ad inquirendā rationē reddidit audacē. Et quæ aduenienti præſtitit de pudore: quod tacuerit: hæc ꝓmittenti de admiratōe nō ceſſit. Nam & ſollicita de eo quod annunciabat exquiſiuit. Deniq; & angelus non infidelitatē redarguit: vt in Zacharia: ſed ſtatuit de diuinæ operatiōis nouitate: dicens. Spiritusſanctus ſuperueniet in te: & virtus Vbi ſup̄
altiſſimi obūbrabit tibi. Ecce iſtud ſemen mulieris: quod nō per traducē genitaliū miniſteriorū cōmixtione ſexus vtriuſq; infunderet in vterum: ſed clauſtro clauſo indefloratæ virginitatis inueniret in vtero. Deniq; rem nouam plenāq; miraculi nouo verbo ꝓpheta dum ꝓmittit exequitur. Ecce virgo in vtero cōcipiet & pariet filium. Quotidie certe de ꝓcreandi neceſſitate mulierꝝ Iſa. 7.
cōceptus & cernimus & audimus. De nulla tñ dicit: In vtero cōcepit: qm̄ ſubſtantia futuri hominis fuſa per virum coaleſcit in fœmina. Vteruſq; mulieris non principium eſt naſciturī hominis ſed depoſiti nutrimentū. Maria autem nō tam prima q̄ ſola in vtero cōcepit: cuius pudoris illibatio conceptū vteri ſine dāno virginitatis expreſſit: quæ ſola nobis peperit qd' non accepit ex nobis: dicente dño. Vos de inferioribus eſtis: ego de ſuperioribus ſum. Quæ ſola mater eſt filio Ioh. 8.
cum virgo ſit marito. Cuius cōceptionē ignorante virginitate partus agnouit. Quæ ſola mulier dicta eſt: nō cōcipiendo ſed pariendo. Ex hac ergo ſemen ꝓmiſſum eſt muleris: qd' ſcd'm hominem dñs deus noſter eſt: qui nō infuſus eſt vtero. ſed inuentus: euāgeliſta cōfirmante: cum di
cit de Maria: Inuenta eſt in vtero habens. Ecce & ab ipō præcedēte ꝓphetiæ ſermone nō deuiat Mat. 1.
qd' fuerat nunciatū. Virgo in vtero cōcipiet: ſed in myſterij nouitate ſermonis etiā parilitate cōcordat: eoq; ſtilo facti hiſtoria ſignat: quo faciendum denūciat & ꝓpheta. Ait Eſaias: Virgo in vtero concipiet. Matthæus refert inuenta eſt in vtero habens. Verbo ipſo ꝓmiſſionis reſpondet effectus: quā nō aliter loquit euāgeliſta q̄ vates: nec ad exprimendā operis veritatē inuentæ elocutiōis difficultate cōfundit. Vbi ſunt grāmatici? Vbi cōciliarij? Quæ iſtos vt extra cōſuetudinem loquant ſchola ꝓduxit? Quæ tam aperte ſignare nouitatē monſtrauit doctrina? nō indicant humano ſenſu: quoniā nō opus humanū eſt qd' loquunt. Et cum rem nouam nec antea factam ſic notant: vt intelligas cum mirabili opere: & mirabilē natum ſcito eſſe ſermonē. Repetamus deniq; ſanctas fœminas patriarchaꝝ: videamuſq; ſi ſic de aliqua ſcriptum eſt. Legimus de
K Sara. Et dñs viſitauit Saram ſicut dixit: Et fecit deus Saræ ſicut locutus eſt ei: & concepit & peperit Abrahe filium. In Iſaac diuina beniuolentia monſtrat his verbis. Et exaudiuit illum deus: & Geñ. 21.
cōcepit Rebecca vxor eius. Deniq; & de Iacob vxoribus ſic ponit. Et cōcepit Lya: & peperit filium Iacob: &c. De nulla certe harum ſcriptum eſt in vtero concepit. Quæ tamen quicquid cōcipiebant extra vterū cōcipere nō poterant: ſed quoniā de cōuentu virili cōcipere ſe nouerant: quibus nō præueniebat ſalua virginitate cōceptus. Sola vero Maria de vtero cōcepit: cum irreſerato aditu ſeminali clauſo vtero concepit. Ad huius cōceptōis ſemen: ſi recte ratiocinabimur & interius diuina tractauerimus: ꝓceſſit in figura ꝓ tempore illa ſentētia: quæ primogenita benedictionis vel obligatiōis obligauit: dicente dño. Omne maſculinū quod aperit vuluā ſanctū Exo. 34.
dño vocabit. Quod eſt iſtud maſculinū quod aperit vuluā? cum omniū fœminaꝝ vuluas aperiat non puerperij neceſſitas: ſed maritalis agnitio? Deniq; nulla virgo dicitur poſt maritum: quod nomen clauſis videtur futuris myſterijs conuenire. Et ſuperius de Rachel ſcripturam habere monſtrauimus. Et exaudiuit illam deus: & aperuit eius vuluam: & concepit. Non certe prius dixit concepit & poſt aperuit eius vuluam: ſed prius aperuit videlicet vt maritus apertis vuluæ ianuis velut ſeminaturus agrum paratum ſeminibus intraret. Deniq; ſubiungit & concepit. Non itaq; partu: ſed conceptione: immo conceptione patefacta eſt: nec illam parturien-

dus dum naſcit: ſed qui parturiendũ ſeminaturus fuerat reſignauit. Et ſi iam ante cõceptũ quip
pe vt cõciperet reſerata eſt: nõ eam certe ille qui natus eſt diu poſtea poterat reſerare: dum dicit
naſciturus: qui etiam cõcipi dum eſſet illa clauſa nõ potuit. Omne maſculinũ inquit quod ape
rit vuluã ſanctũ dño vocabit. Quæ eſt iſta ratio: quæ nec ſcd'm ſenſum videt impleta? Iacob pri
Geñ.27. mi locũ fratris fraudulenter inuadit: nec ordine ꝓhibet: nec doloſitate dãnat. Ioſeph filij per auũ
Geñ.49 præpoſtera ſcd'm naſcẽdi gradũ benedictõe ſignant: nec cæcitas erat futura ꝓſpicientis: nec mo
nitor filius dexterã parentis quæ pinguioris benedictiõis ſucco minorẽ irrigabat inflexit. Quæ
omnia vtiq; ſunt cõtraria: ſi putamus de his dictum eſſe: Omne maſculinũ quod aperit vuluam
ꝙ qui de viríli ſemine naſcit ex fœminis. Sed quoniã aliud interius habẽt illa ſententia. Ideo iſti
uſmodi primitiui benedictões & cedunt & perdunt. Ieſſe filius Dauid non primus aut ſecũdus
aut tertius: ſed omniũ vltimus vngit a ꝓpheta: & deſpicabilior cunctis eligit in regem. Nec illi
primo aut ſecũdo contra Dauid ſententiã legis de primitiuis ꝓmulgata blandit: quia iudicaſſet
vtiq; maximos: ſi ab his matrum vuluas meminiſſet aperiri: quãdo hoc vtiq; aut in qua dicimus
impletũ: quod vtiq; non poterat nõ impleri. Quæ eſt iſta cuius vuluã fœdus reſerat: nõ maritus?
quæ virgo concipit? quæ non vt conciperet virgo eſſe deſijt? Non certe illa de qua ſcriptura di
Geñ.4. cit: Cognouit Adam vxorem ſuam: & peperit ei filium. Sed illa de qua euangeliſta ſignat: & nõ
cognouit eam Ioſeph: donec peperit filium. Igitur in Maria hoc ſine dubitatiõe perfectũ eſt: cu
ius vuluam non defloratio virginitatis aperuit: nec partus effuſus ſed partus effuſio: quæ virgo
peperit: quæ virgo cõcepit: quæ prius mater facta eſt q̃ marítata. De hac iſtud maſculinũ qd' ve
re ſanctũ vocandũ eſſet exijt: quiq; vuluam ſcd'm ꝓmiſſionem partus editus non ſcd'm cõſue L
tudinem naturãq; cõmunem: dum concipit viri ſemine reſerauit: Sed quoniã diuites dei ſenſus
velociter explicare non poſſumus: tantis in ſcripturarũ molibus ad vnã ſpeciem opponentibus
vt laxari ſit facilius q̃ euadi: quando omnis ſcriptura cunctorũ ſenſuũ vnus trames ſit: quem in
humano ſermone decurrere quis valebit? Nec ſi angelicas pẽnas mortaliũ linguis ſpiritus aſcri
bat. Redire ad ꝓpoſitum cõuenit: & prauo nauigio nõ in altum vela cõfigere: ne in periculum
currat audacia: ſed pro infirmitatis ſolatio in conſpectu littoris nauigare: vt ſi quid formidinis
oriatur: vel ſpes ſit facile teneri poſſe quod cernit. Dicebamus ſemen mulieris dominũ ſanctũ:
quia ſcd'm carnem patrem hominẽ non haberet: eumq; iam ingeſtũ eſſe ſerpenti quem in vtero
virginis dei ſpiritus: nõ materialis generaſſet humor. Deniq; quod ſequit maiorem ab homine
Geñ.3. virginis ꝓmittit effectum dicendo: Ipſa tuum calcabit caput: quis ambigit ꝙ præter dominũ no
ſtrum caput ſerpentis nemo calcauit. Ipſe enĩ ſolus ſuper dracones & ſcorpiones ambulauit. Ipe
captiuã duxit captiuitatẽ. Nam quod ſequit: Et tu eius obſeruabis calcaneũ: ad quem alium cre
dimus pertinere? Calcaneus quidem pars extrema veſtigij eſt. Et dñs poſt Ioãnis baptiſmũ poſt
dierũ quadraginta ieiuniũ: cum ab eodem ſerpente tentat tertiæ illius doloſitatis iam victor ex
Mat.4. clamat. Vade retro poſt me ſathana: Quid aliud niſi a tergo poſitũ vl relictũ iubet ſuũ obſeruare
calcaneũ? Hæc ſupra dixi: & inde ad hoc nos ipſa deduxit oratio: ꝙ homo ille interior cum cogi
tat nõ in hoc mundo: ſed ſupra ipm mũdum cum illo opifice rerum ac ſuo viuere videt: dicente
p̃s.118. Dauid: Beati qui ſcrutant teſtimonia eius: vt pene hoc ſit (ſi fas eſt dici) deum fieri: diuina medi
tari: illum dominũ noſtrũ ſalutis noſtræ iam tunc ꝓdidiſſe myſteriũ. Vnde & in pſalmis ait: In
p̃s.39. capite libri ſcriptũ eſt de me. Caput libri eſt geneſeos: quoniã omnis ſcriptura vnus eſt liber: &
vnus de quo ſcriptũ eſt deus: & iſtam ꝓmiſſionem ipſo eſſe videmus in capite: & caput vitæ no
ſtræ ſpes eſt: & ideo caput vitalis libri ſpes facta per deum. Illum inq; vt ſæpe diximus cõditorẽ
ſeneſcente iam mundo: quod in prima mundi ætate ꝓmiſerat præſtitiſſe. Vnde ꝓpheta ait: Vir
p̃s.22. ga tua & baculus tuus ipſa me cõſolata ſunt. Virga mater eſt domini: ex qua baculus iſte: feſſo
iam per ætatem mundo: qui eum ſuſtentaret exijt. Illum ergo in virginis vterũ delapſum: vt re
demptionis noſtræ totã hiſtoriã retexamus partu: effectu hominẽ ſe exhibuiſſe pro homine: &
creaturã ſuã ſe de creatore feciſſe. Illum formã ſerui accepiſſe: ſed ſe exinaniſſe poteſtatis volun
tate nõ natura deitatis: per quã nõ poterat nõ eſſe quod fuerat. Illum maledicta pro ſalutaribus
meruiſſe miraculis. Illum ſputa: illum palmas: illum coronã ſpineã: illum poſtremo crucem fuiſ
ſe perpeſſum: illum inferna penetraſſe: illum tertia die reſurrexiſſe in id corpus qd' cruci fuerat M
affixum: illum hoiem poſt mortem deum viuum cœlum petiſſe victorem: ſedere ad dexterã dei
venturũ ſuo tempore ad iudiciũ faciendũ: illum ſpiritu dei per ſanctorũ ſuorũ ora quotidie cele
brari. Hæc cogitaſſe vixiſſe eſt: hæc cogitatio paſtus animæ eſt: in hæc relabi vel recurrere cum
domino iungi eſt: & cum ipſo per hæc humiliari eſt: cum ipſo pati: cum ipſo mori: & cum ipſo
etiã ſuſcitari. Quid dicã de ipſa reſurrectiõe: in qua cum irrideamur a gentibus nõ ſeparamur

a Christo: licet & multi qui se christianos dicant resurrectionē carnis excludant. Sed sic sint illi sine corpore: quibus forte concedit (si fas est dici) aliter representari dño: q̄ dñs remeauit ad patrem: nos vt credimus & loquamur. Quid inq̄ hac cogitatione latius? Quid hac spe esse poterit erectius? fixumq; magis in nostris animis inhærere debet: nos aliquādo cum hinc exierimus ad corpora nostra esse redituros: & animæ iterum & corporis diuortiū cōiugaturos: non id agere vt nihil simus omnino: sed vt meliores per dei spiritū reformemur: quoniā iam hic dominū id pignus nobis ꝓmisisse accepimus: Et hoc corpus qđ in natura caducū est: & merito pristinæ transgressionis grauatū & maledictōe diuina fertur ad terrā ibit. Rursum post multa tempora: id est in finem sæculoꝝ: cum minima pars fauillæ sint: aut forte iam nulla ab eadem terra quæ illū corrumpit in nihilū: Quoniā ipsa liberāda est a seruitute corruptōis in integrā mēbroꝝ suoꝝ soliditatem: & in statum pulchritudinis decorēq; renouandū. Quem talis cogitatio nō cum admiratiōe delectat? reliquias inq̄ corpoꝝ nostroꝝ aut nullas aut minimas certe & quasi q̄tulascūq;
N & tamen sordidas & animi nunq̄ sine horrore inspectas in suum iterum hoiem: nō vt Pythagoras mentiens & delirans de Euphorbio esse credat: sed in ꝓprium suum corpus & nomen per ossa: per neruos: per venas: per cuncta vitalia non modo artuatū: verūetiam articulatū recōpagināndum. Hoc autem nō est angustū cum omniū vel frugum vel stirpium semina maiora & pulchriora in graminibus redeant: q̄ quæ in terra: vel ab hominibus sata sunt vel sua sponte cecideruntQuis nō semente ista (vt ita dixerim) leteſ: quæ nos meliores q̄ acceperat reddet? Dicente apostolo, Resurrectio mortuoꝝ seminat in corruptiōe: surget autem i incorruptiōe. Quæ post sessio præsentiū huic spei poterit cōparari? Aut quid erit aliud quod ad cōtemptū mortis attollat q̄ hæc meditatio diuinis ꝓmissionibus & prophetaꝝ vocibus excitata? Quid tale Theombrotus ambrachiota in Platonis libro disputante didicerat: qui homicida sui esse non timuit: ac se altissimo præcipitauit e muro: dum & nullum post mortem autumaret esse iudiciū: & sine discrimine meritoꝝ aliquo oēs animas posti corpora æqualiter ferri arbitrareſ ad cœlum: quod adeo omnes pro vero tenuerunt: & sic omnes illos sæculi sapientes vna nebula huius erroris inuoluit: vt & ipse laudabilis tam vt putant doctor Socrates homicidā ipsum se priuatim: ne publice occideres occiderit. Aliud longe beatus apostolus præmeditatū habebat & cognitū: qui non ab hoībus sed per reuelationē dñi nostri Iesu christi: quod docebat acceperat: nec academiæ hemorosæ obscuris tectus vmbraculis: sed cœlesti illustratus lumine: nec in ludo aliquo litteratorio inter puerulos oscitantes: sed in tertio cœlo inter angelos coruscantes imbutus in cōtemptū vitæ præsentis exclamat: Mihi viuere Christus est: & mori lucrum. Non certe murum de quo se præcipitet ad mortem: sed Christū dominū: per quem hoc mortale ab imortalitate absorbeat in quirit. Etenī intelligit lucrum esse mori cum sit vita futura cum Christo. Sine dño autē nihil ꝓ deſt etiam si totum mūdum lucreſ: animæ autem suæ detrimentū esse passurū. Credebat igitur vir ille vas electionis se per Christū dñm nostrū de hac terra quæ nunq̄ sine vsura reddit qđ accepit. Sed alia minore: alia plærūq; maiore cum fœnore vt trigesimū & sexagesimū & cēteſimū dño ipso in euangelio germina quæ plantauerat sic legente. De qua terra etiam veritas quā Pilatus ignorabat: quam nemo vtiq; principū huius sæculi vidit. Si enī cognouissent: nūq̄ dominū gloriæ crucifixissent. De ipsa inq̄ se apostolus transformatū corporī claritatis domini in lucentia membra redituru ait: Per Salomonem quoq; istud sapientia ꝓmittente: cum dicit: Fulgebūt iusti: & tanq̄ scintillæ in arūdineto discurrent. Et ideo in hāc vocem: Mihi viuere Christus est se curus erupit: in qua vtiq; quæ fuerunt merita victura sunt: qui longe vt ignorauerūt: ita & ignorabuntur: nunc si videtur q̄ sententia illa Salomonica ꝓmiserit inquiramus: Fulgebunt iusti: &
O tanq̄ scintillæ in arundineto discurrent. Quid est vt quibus flāmarum claritas condonatur his humilis locus vbi discurrant & abiectus offeraſ non loci despectu decrescere videanſ: qui corporum luce creuerunt? Quid est inq̄ quod astris per arundineta cōparati volitabunt & in syderij forma fulgoris stirpes terraꝝ miserrimas permeabunt? cum longe incongrue misceanſ: vel fulgores arundinetis: vel arundineta fulgoribus. Animaduerte oro te diuini verba mysterij: cui vt non de bobus: ita nec de arundineto cura est: aut in resurrectione arundineta quid faciunt: nisi q̄ nos per omniū formas vel pecudum vel stirpium laborat ostendere. Ac per hoc vt apostolus ait pro nobis cuncta scripta sunt. Intellige per arundineti imagines infideles homines & incredulos demonstrari. Eorūq; corpora superficie grata & interius cassa virtutibus: quæ vbi primum spiritus vanitatis inflaret sibyla serpentis imitenſ: & sonos proprios viperarum progenies obsequanſ. Scintillæ inquit in arundineto: sancti ergo inter peccatores: quoniam non omnis caro eadem caro in arundineto ait: id est vacua luce corporea: & alienis arsura fulgoribus:

1. Cor. 15
Phil. 1.
Mat. 16.
Mat. 13.
Ioh. 18.
1. Cor. 2.
2. Cor. 3.
Sap. 3.

quibus ſanctorꝫ claritas futura,p pœna eſt: quoniã deus ignis cõſumens eſt: & iuſti in imaginẽ
deitatis aduenient. Fecit enĩ deus hominẽ ad imaginẽ ſuã ſicut illum: & apoſtolus teſtaf credere
1.Ioh.3. ſe: quod illi ſimilis ſit futurus neceſſarie. Si enĩ ſimilis deo fuit cum factus eſt: & ſimilis futurus
eſt cum reſurget: quoniã quicquid nunc in nobis diſſimile videf auctori: id omni vitio trãſgreſ-
ſionis impreſſum eſt: & vitam veritatis formam artifex mendaciorꝫ ſtrumoſis actibus deforma
uit: ſuãq; prauitatem noſtris etiam mẽbris: dum mentes corrupit aſcribit quæ per reſurrectiõis
gloriã male adiectã vel iminuta diluenf: & id ſolum qd auctorem rerum tanq; in ſpeculo reddat
emicabit: vt interpellator opus ſuum ſe doleat perdidiſſe: & homo tandem ſe integrũ eſſe glorie
tur: nõ tamen hoc omnes vt iam diximus: ſed iuſti tm in luce erimus: quoniã omnes quidem re-
ſurgemus: ſed nõ omnes imutabimur: diſcretionẽ enĩ faciet ꝓſonarꝫ diuerſitas meritorꝫ. Nãetſi
1. Coꝝ.15 inter ipſos ſanctos erit aliqua de operatõe diſtantia: dicente apoſtolo: ſtellã a ſtella differre in cla
ritate: quã diuerſitatẽ vel de impijs vel de peccatoribus ſentiemus: quorꝫ alij in iudicio: alij in ſan
ctorum cõcilio reſurgunt. Qui & ſi reſurgãt reſurrectõis ipſius tempore ſegregantf: quid de ha
bitu formaq; dicemus? quæ vt mihi videf nõ veſte aliqua textili neq; mulierũ elaborata penſis:
Apo.19. ſed ſuis meritis & oratõibus erit inuenta: beato Ioanne hoc in reuelatõe monſtrãte: qui ſanctos
ait indutos byſſinũ ſe vidiſſe. Et ne forte ſubtegmina byſſini vt ſtamina quæramus: & materia-
les vel corruptibile ac fluxum aliquid exerceri in cœleſtibus opinaremur: ſubdidit byſſinũ au-
tem iuſtificatões ſanctorꝫ ſunt. Tũc ergo vt intelligo in ſuperficie corporis noſtri venient: quæ
nunc ſunt tecta ſub corpore. Tunc vnicuiq; miſerũ me conſcientia ſua veſtis fiet. Tunc ea quæ
de fundamento illo quale aliud nõ poteſt poni ab vno quoq; ſuperædificata ſunt præminebũt:
aut mercedẽ accipiet qui manſura cõſtituit: aut detrimentũ patiaf qui arſura cõſtruxit. Iam quid
illa cõmemorẽ quæ ſequunf: quæ tota ſanctorꝫ ſunt: carnem ſine terra: corpus ſine doloris ſen-
ſu: animã ſine metu: vitam ſine fine: ætatẽ ſine tempore: lucem ſine nocte: beatitudinẽ ſine fine:
1. Co.15. Videbo hominẽ & in homine deum: quoniã deus omnia in omnibus eſt. Totum quicquid nũc
impoſſibile homini cernif: id tum fieri per munificentiã perpetui regis velare & reuelare: liqe
ſcere ac reſolidare: eumq; fieri quem & intrare ad diſcipulos cõcreta & corporea parietũ valua-
rũq; nõ ſenſerunt: & diſcipuli tn ſtare omnes ſe intus aſpexerũt: & omnia quæ ſine hoc corpore
dei ſpiritus fouebat: corpus cũ dei ſpiritu eſſe facturũ. Satiari delectatiõe harũ cogitationũ chri P
ſtianitas nõ poteſt. Hæc illi requies: hoc oblectamentũ eſt: hæc voluptas: hæ delitiæ ire mẽte in
ſedem dei: ibiq; ſibi locum & partem ſedis nõ ſua præſumptõe: ſed diuinitatis pollicitatõe vſur-
pare. Nec hoc illi arduũ videf: poſtq; iam ibi in Chriſto dño ſuum eſſe hoiem recognoſcit. Ven-
dicat ſibi æquũ ius de cognitõe per deum carnis aſſũptæ: quoniã de carne eius ſumus: & de oſ-
ſibus eius. Ipſe enĩ eſt caput corporis eccleſiæ: ipe principiũ omnis principatus: & poteſtatũ euã
Col.2. geliçante ſic apoſtolo. Ex quo totum corpus cõpactum & ꝓductum per cõiunctionẽ: & copula
tum creſcit in augmentũ dei. Quid ergo venturũ iudiciũ & diem dñi pijs optabilẽ: & impijs fu-
giendũ? Quid illud igneũ diluuiũ nõ aquarꝫ fumante terra: fugiente mari: cœlo in libri ſpeciem
cõplicato loquar? Triſticia hæc diuitibus ſæculi: ſed expectãda pauperibus Chriſti: ꝓ quibus in
ps.11. pſalmo dns ſuſpirat: dicens: Propter miſeriã inopũ & gemitũ pauperũ nunc exurgã. Quid tri-
bunal illud ex maieſtate iudicantis imenſum: & duodecim ſedibus adorãdum? tanq; datam filio
poteſtatem: vt in iudicando habeat etiam angelorꝫ ſubſtãtias quaſi eorꝫ creator addictas: dicen
1. Coꝝ.6. te apoſtolo: Neſcitis quoniã & angelos iudicabimus? & quid erit quod nõ mancipandũ illi eſſe
credaf: cui & ſpiritalis illa nequitiarꝫ natura ſubiacenda eſt? Quid ergo tunc facient: qui nunc
in honoribus glorianf? Qui per terribiles præfecturas: & faſces: & æternos vt æſtimant conſu
latus: deo ſe cõparare nituntf rapina non natura? Quid faciet qui cõiungit domũ ad domũ? qui
perturbata ciuitate: & cunctis quibus ſtringebaf hincinde limitibus fractis: montes flumina ma
riaq; tranſiliens: q̃tum ad ipm pertinet vnã vult poſſeſſionẽ eſſe: quæ cõmunis omniũ terra eſt:
inſatiabili cupiditate latitudinẽ imenſi orbis excedens in Alexandri macedonis anxietatẽ & in
numerabiles epicureorꝫ mundos diffundif: acquiſitiſq; per auiditatẽ mundi huius anguſtijs: in
alium credulus nõ æſtimata ꝓprij corporis poſſibilitate accendif: autumans paſſurũ ſe dãnum
eſſe de iure: ſi fidem nõ adhibuerit de furore. Quid hi facient qui tanq; correptores morũ domi
ni familiã attentius caſtigatiuſq; viuentẽ: aut in veſtis humili colore: aut in cibi arida parcitate:
aut in vigiliarꝫ nõ ocioſa ſobrietate: velut aut indumẽtis molliorib⁹ delicatã: aut epulis copio-
ſioribus ſaginatã: aut thoris calidioribus oſcitantẽ diuellunt ac vexant: neſcientes q; in ſanctis
dei martyribus cõfeſſoribuſq; oculi eius pupilla feriaf. Peribunt ſine dubio: peribunt in illa die Q
omnes cogitatiões eorꝫ: nec eos apud tribunal illud, L. Craſſus defendet: aut, M. Antonius: aut

ístis eloquentior Tullíus: quoniã omnis tunc sæculi língua obmutescet: & sola erit in rusticulis suis facunda iustícia: quæ infantiũ fecit ora díserta: & mutorũ línguas nouum soluit in canticũ: cœlestemq; sibi harmoniã per sui misericordiã de suis ouículis acquisiuit. Ad cuius gloriã celebrandã: etiã si hominũ studia cessauerint: in confusione generis humani: lapides clamaturi esse monstrant. Sed quo ego a materia ppósita: velut mortaliũ improbitatẽ increpaturus excessi: & vniformis mali: tanq; publicus accusator mundanis vitijs dum me alíquor miseret: nõ peperci cum & si iudicãdis tempus esset: lapidem tamen mittere super adulterã nõ auderem. Et si ad innocentis iudiciũ purioris cõscientiæ me armaret auctoritas: tempus tamen expectare docebam docente apostolo: qui sanctis nõ iudiciũ sustulit: sed dístulit. Ait enĩ: Nolite iudicare ante tempus. Illud nempe resurrectõis tempus innuens expectandũ: quo per incorruptionis gloriã redíuiua caro mirãda assistet iudici: de æternitate iam manente cõscientia: cum absistet formido de lapsu: nõ trepidabit tunc in alium ferre sententiã: cum de se meruerit esse securus. Cæterũ nunc cuncta sunt dubia: cuncta mutabũda: dícente apostolo: Considerãs teipm: ne & tu tenteris: qui alium vtiq; status tui nescius: facile iudicas de ruina. Quid & si miseris fiducia & beatis deus dat præmia: potius sanctor: id est vera laudamus: q̃ improuídi aut intempestiui vel de conscientia
R vel de tempore denotemur. Redeamus ergo ad illas sanctor nobilíssimas & lætíssimas cogitationes: nam níhil lætius est: q̃ mortalem de pmissa sibi hæreditate meditari. Illum quidem quem díximus: ante oculos collocemus. Quãdoquidem securius est vere celebrare: q̃ miseranda culpare: licet vere fœlícia sine peccator nõ possunt infœlícitate narrari. Cernamus vtiq; (vt constituimus) dei sanctos cum facibus per omnia volitare: & choruscantibus ad vindictã dextris ancípitis gladios stringere. Hæc enim est gloria sanctor dei: hæc in hoc sæculo despicabilis militia hæc linguis omniũ indetractiõibus dissipata. Hic tũc patientiæ nostræ fructus: hæc sufferentiæ merces erit. Hec præmia pro nomine blasphemator subiectã sibi habere omnem animã superbam: & omnem extollentẽ hominẽ: potentíssimos quondã reges mundi: & toto odoratos orbe cum manicis ferreis cõpedibusq; sistendos: nobilesq; eor imanium pondera cathenar collo & ceruicibus sustinentes: ante fulgorem illius augusti tribunalis: his quos aliquãdo cõtempserãt: despexerant: irriserant offerendos. Mutata enim vice vt hoc sæculũ lautor sit: aliud futurũ credere miseror. Ve enim diuitibus: quoniã perceperũt cõsolationem suam: sed illis diuitibus qui Mat.25.
bus dicendũ erit: Esuriui: & nõ dedistis mihi manducare: Sitiui: & non potastis me. Illis vtiq; diuitibus: qui de iniusto mãmonæ amicos facere noluerunt: qui meditati sunt ĩ cogitatiõibus suis exuberante fructu: quo neminẽ refrigerabant: noua imensis fructibus receptacula molíri: qui vbi in crastinũ comederent: ignorabãt. Anima eor eo tempore expostulabat: sub vna tamen nocte vna sollicitudine occupata: cum thesauriçare non cessauerint: nec defossis inuigilare opibus omiserint. Hinc Laçarus pauper: cum eo patríarcha qui peregrinus vixit in mundo: lætat Luce.16.
in cubili suo. At dives ecõtra in æternis flagrat incendijs: & omni expoliatus dignitate atq; substantia: despecti quondã inopis diuinum implorat auxiliũ: eiusq; vel minimo exoptat digitulo contingi: cuius egestatem inter optimas dapes suas & copiosa cõuiuia micis quidem de mensa decidentibus non sustentabat. Cum itaq; præscriptũ iudicium per nos: id est per sanctos est celebrandum: nobis vindicta in nationes & in populos est donata. Quod cum cogitat: quæ in nobis mens: quis ardor animi: quod desideriũ futuror: quis præsentiũ cõtemptus: facilius sentíri q̃ dici potest. Aut quis est: qui nõ ad ista festinans dissoluisse cupiat: & esse cum Christo: Aut quid magnum est: si pro tantis ac talibus bonis mors contemnat: pro quibus etiam hæc vita cõtemnenda est: quoniã pro his qui perdiderit animã suã saluat illam. At contra: qui hic saluauerit animã suam: perdet eam. Etenim cum plæriq; in hoc mundo velut furialibus flãmis ita sint animi ambitione succensi: vt non opibus conditis nec patrimonijs nec ipsis q̃q; filijs parcant: quos etiam de auaritia accusati opponere cõsueuerunt: dum præfecturas consularitatesq; mercentur quas potestates & mors adimit: & successor excludit: quæ dementia est non ea potius impensis omnibus & detrimento vitæ ipsius comparare: quæ pmotos faciant vel de vitæ æternitate securos: vel de iudicij perpetua dignitate glorioso: Tempus admonet: & locus ipse suggerit: nec materia videt aliena: quoniã de meritis cœpimus tractare sanctor: vt infœlícissimæ infœlícitatis blasphemias díluamus: quæ ad hanc videt speciem pertinere. Extiterunt enim qui virtutes
S egregias & cœlestes per sanctorum reliquias iam vtiq; prope nostris temporibus operantes maluerunt detractione mordere: q̃ veneratõe suscípere: antiquũ illud venenũ in dei famulos iudaicæ infidelitatis euomentes: quod illi quondã in ipsum dominũ viperínis línguis & mortíferis sibilis effuderunt: dícentes. In qua potestate hoc facis: & quis dedit tibi hanc potestatẽ: Recitabãt

nanq; nobis iuxtapositis: quæ diuinis & beatissimis Gerualio & Protasio infidelitas stulta loquebat. Quos dum pape Ambrosio aliqui decerpere machinant: violare sacrilegis sermõibus non timebãt: hoc modo rationẽ miraculoꝝ cõquirentes. Quid est istud ꝙ ex eo ꝙ martyres sũt virtutum dona meruerunt? Cur tam tarde quod iampridem illis cõcessum est exercet? Aut si ea tempestate cum passi sunt: nõ ostenderunt: quoniã nec operati sunt: quid est hoc quod modo videnr ostẽdere? Aut illos maiores reuelatõe Ambrosius fecit: q̃ dignatio martyrij? Agnoscitis ne
Mat. 21 alijs licet verbis ita mendaciter quod de dño ꝓdidimus martyribus ingestum? In qua potestate hoc facis: & quis tibi hanc dedit potestatem? Tepida vt arbitror cõsolatio: & de liuore generata querere an diuinũ sit: quod vides esse diuinũ: & rationẽ poscere cum credere sit necesse. Et cũ
Ro. 13 apostolus dicat: Charitas omnia credit: quis dubitat: ꝙ sine charitate dei sunt: qui fidẽ tantis nõ applicuere virtutibus? Negat autẽ fidem: qui quasi tentator inquirit. Vnde hæc potestas? quasi nõ manifestiũ sit in ea sanctos martyres nunc in spiritu miracula facere: in qua potestate aduersarios suos prius in carne & in passione vicerunt. Conferamus pedem cõtra istos (si dici fas est) filios iudæoꝝ: & vt nuper eoꝝ parentẽ: id est iudæũ qui se in sacrilegio prudentẽ nimiũ putabat
Esa. 29. dono deitatis oppressimus: ita & hũc sub christiano nomĩe blasphemiaꝝ sobolem destruamus per eum qui dixit: Perdam sapientiã sapientũ: & prudentiã prudentũ reprobabo: vt & nos in triumpho gemino per dñm gloriemur: & illi agnoscãt intelligentiã rerum diuinaꝝ in fide catholica: nõ in sapientia sæculi cõstitutã: monente dño: Nisi crediderítis: nõ intelligetis. Vt manifestius constet: & fidelibus patere in fidelitatis obscura: & ab infidelibus fidelitatis etiã plana nõ cerni. Forsitan quæras ꝓ tua sollicitudine & vigilantia diligentiaq; vitali: quæ fuerit illa quæstio: in qua trophæũ nobis dñs de falso israelita donauit? referã: nec tacebo: quoniã his rebus paginã tibi amas extendi. Etsi enĩ nõ cõgrue: necdũ prioribus absolutis alia cœpta videant interseri: tamen ꝓ te malo aliqua etiam nõ suo ordine loqui: q̃ tuis mihi modo oratõibus donata præterire. Quidã de inimicis crucis Christi inter familiares dei: & quidem doctores de scãdalo illo gentis T
suæ: qđ in dominũ nostrũ susceperũt: spiritu blasphemiæ dñm pulsans ꝓtulit exempla de lege. Et vt quondã pater eius homicida in pinna templi dominũ tentans: quod de ipso ꝓmissum esset in lege improbus prædicabat: ita hic ne aut minus doctæ perfidiæ videret: aut nudum pateret sine maiori auctoritate mendacio: Plura ait miracula ꝓpheta noster fecit Hælisæus: q̃ dñs vester Christus. Nam cum ꝓ magno Laçaꝝ de morte in lucem reuocatũ esse referatis: quid amplius dicere poteritis: q̃ a viuo mortuũ resuscitatũ? Profero quod verum esse etiam vestra cõfessione cẽ-
homini: q̄ creatori ſuo parere iudicabat. Ioannes quoq; baptiſta nobilis: & in carne & in ſpiritu
Mat. 3. natus: cilicium a pueritia in habitum: & locuſtas eligit in cibum: qui nec peccati cōſcientia: nec
paupertatis inopia: ad huius gloriā oneris: ſed ſola futura ſæculi beatitudine trahebat. Apoſto-
Mat. 6. li iam ſperant: & adhuc ſtulti & inutiles & tenues fidei arguunt. Non ſunt condignæ paſſiones
Ro. 8. huius temporis ad futurā gloriā: quæ reuelabīt in nobis. Inde Paulus oculo mentis futura con-
Vbi ſup templans dicebat: Quis nos ſeparabit a charitate Chriſti? Tribulatio: an anguſtia: an perſecu- N
tio? An fames? an periculum? an gladius? Illos pericula non ſeparant: nos voluptates. Illi cathe
nas baiulant innocentes: nos aurum circūferimus criminoſi. Illi in carceribus vincti: nos in tri-
clinijs delicatis. Illi in neruo poſiti deum puro corde & ſincera cogitatione laudantes: nos in ipa
forte eccleſia de forenſibus calūnijs cogitamus: & cum omnibus æqualiter legis data ſit gratia:
Mat. 4. gehēna ſeu cœli regna ꝓmiſſa ſint: alij de diuitijs: alij de virtutibus meditant. Cunq; dictum ſit
generaliter omnibus: Dñm deum tuum adorabis: & illi ſoli ſeruies. Alijs innocentia: miſericor
dia: caſtitate: ieiunio: deo fideliter & ſine ceſſatione ſeruientibus: nos nobis adulteros: quibus ſer
Ioh. 8. uire volumus eligimus. Siquidem iuxta euangelij ſententiā: Omnis qui facit peccatū: ſeruus eſt
peccati. Et re vera ſi amator pecuniæ ſum: ſi gloriæ: ſi ſuperbiæ: ſi ambitiōis aut pompæ: dum il-
li omne ſtudium meæ voluntatis impendo: dño ſeruire nō poſſum: quia duobus dominis nemi-
Mat. 6. nem ſeruire poſſe ſcriptum eſt. Non eſtis veſtri dicit apoſtolus. Empti enim eſtis precio magno
1. Coꝝ. 6. Gloriate & portate deum in corpore veſtro. Clæmenter ſpirituſſanctus noſtro iure nos conue-
nit: ſciens hoc in vſu publico apud omnes homies cuſtodiri: vt tanto ſeruus in opere domini eſt
cautior q̄to maiore eſſet periculo cōparatus: vt intelligamus q̄ ſtrēnui eſſe debeant in opere dei
qui redempti ſunt ſanguine Chriſti: vel q̄ criminoſi debeant iudicari: qui cum ſciant pro precio
ſuæ ſalutis Chriſti ſanguinem datum: alteri qui nihil præſtitit: magis præbeāt ſeruitutē. Rogo
quo pudore obſequij aut laboris ſui mercedē ſperabit a cœlo: cuius fuerit ſollicitudo omnis in
terra? Mercēnarius ſæculi: nō poteſt accipere præmiū Chriſti. Oīmis miles in caſtris iure ſperat
Luce. 10. annonā: qui fortiter in prœlio ꝓ ciuibus laborauit. Dignus quidem eſt operarius mercede ſua:
2. thi. 2. ſed & hoc dignum eſt: vt inde præmiū operis accipiat vbi totius operā laboris impendit. Nemo
militans deo: implicat ſe negocijs ſæcularibus: vt placeat ei: cui ſe ꝓbauit: apoſtoli vox eſt. Vn-
de ſatis timeo ne forte in illa retributionis die: qua ante tribunal Chriſti vnicuiq; ſcd'm ſua facta
reddendū eſt: his qui in terrenis magis negocijs q̄ in cœleſtibus laborauerūt: iuſti iudicij reſpon
ſione dicat: Ite ſi poteſtis: & illic vbi tota deuotōe ſeruiuiſtis: mercedē veſtræ ſeruitutis exigite.
Mat. 25. Talis cauſa eſt virginū de euangelio quinq; ſtultarū: quæ dum ſollicitudine ſæculariū vanitatū
ſe contra ꝓfeſſionis ſuæ ordinem occuparunt: oleum vnde verum lumen accenderet nō haben-
tes in tenebris remāſerunt. Sed dicit aliquis: iſta exempla ad paucos pertinēt: quos deus ad hoc
Mat. 20 peculiare officiū delegauit: quia ſcriptum eſt: Multi vocati: pauci vero electi. Hoc primū quæ
rere a te & audire volo: quiſquis es? Qui iſta ꝓponis: ſi ipſius dei electio eſt: cuius eſt & vocatio
quid voluit plures vocare: qui paucos de pluribus erat electurus? Certe de duobus vocatis illū
vis ſtare: quem deus electōe ſtatuerit: & illum cōtra cedere: quem deus electōis virtute nō muni
at. Qd' ſi ita eſt: nec bona ad nos pertinent hac ratōe: nec mala. Et ſic erit: vt nec culpa pœnā ha-
beat: nec benfacta laudent. Sed ad hæc reſpondit apoſtolus. Si ita eſt: quomodo deus iudicabit
hunc mundū? Deinde ſi paucos quos dicis electos: ſolos ſanctos exiſtimas: qui vocati ſunt re-
probos dicis: quomodo idem apoſtolus Paulus in epiſtolarū ſuarū principijs vocatos ſanctos vo
Ro. 1. cat: ſicut in fronte codicis ad Romanos loquit: dicens: Oīmibus qui ſunt Romæ in charitate dei
vocatis ſanctis. Si ꝓ paucis paſſus eſt Chriſtus: iuſtum eſt vt pauci mādata Chriſti cuſtodiāt. Si
autē indiſcrete omnes qui credimus: ſacramentū in baptiſmū paſſionis accipimus: ſi oīs æqua
liter renūciamus diabolo & mundo. Si omnibus haud recte viuentibus gehēnæ pœna ꝓmittit:
omnes debemus eadem diligentia & cauere ꝓhibita: & explere præcepta. Scimus quidem mul-
Ioh. 14. tas eſſe apud patrē in cœleſtibus manſiones: ſed manſionū iuſticia iuſtiores māſiones differre:
1. Coꝝ. 15 ſicut & ſtellam ſtella dixit apoſtolus eſſe clariorē: ſed ſtellam cum ſtella nō lapidem cōparauit:

quia terrenus lapis in cœlestes stellas esse nō poterat: sicut nec peccator inter iustos in regno cœ
lorum. Sed sunt quidam gradus gloriæ inter iustos in cœlo: sicut & inter peccatores gradus pœ
næ. Sed sicut alia eum qui fratrem fatuum dixerit: alia eum qui racha tormenta cruciabūt: ita &
in regno: alia Paulum apostolum: qui vt alios saluos faceret: omnia oīmibus factus est: alia eum
O qui se vix ædificare potuit laicum gloria manebit. Sed vtinam consentiam paucos esse: qui dei
mandata custodiant: verum timeo quia pauci sunt: qui dei credāt in veritate iudiciū. Ecce si vm
brata repente de cœlo solis claritas nostris aspectibus denegeť: & ꝓductis in nostrā humilitatē
nubibus pluuiæ terris īmineant. Si cōmotis vt assolet elementis in rotam sui currus tonitrua cō
citentur. Et inde hinc fulgurū iacula palpebris terribiliter obiecta corruscent: q̄q̄ & consuetudi
ne ista cōtingant: pauemus: cōtremiscimus: & proni ad terram deposita superbia ceruices sub
mittimus. Quid faciemus in illa die miseri: quādo reuoluto cœlo cum angelicis virtutibus igne
us dñs totus aduenieť: quādo cadentibus desuper stellis sol in tenebras: & in sanguinē luna mu
rabiť: quando montes sicut cæra liquescent: quando terra ardebit & arescent flumina & maria
siccabunť: & cōtra rerum naturas cōsumpto diuinitus humore: aridităt̄ in aquis ignis operabi
tur: quando peccatores dicent mōtibus cadite super nos: & collibus tegite nos. Quando voca
bunt homines mortem: & vocata non veniet: quando discrimina vertenť in vota: & quod sem
per oderunt homines: cōcupiscent: quando illud implebiť tempus: quod lugubri Hieremias di
cit affectu: dicens: Respexi in terrā: & ecce nō erant luminaria. Vidi montes: & ecce erant tremē Hieř. 4.
tes: & vniuersos colles turbari. Intendi acie: & ecce nō erat homo: & omnes volucres cœli paue
bant. Vidi & ecce Carmellus desertus: & omnes ciuitates succensæ igni a facie domini: & a facie
iræ indignationis eius: & interierūt vniuersa. Verum ne ex suggestione diaboli hæc ad terrorē:
nō ad veritatē dicta crederenť: de præteritis futura probanť quādo talia in diluuio: in Sodomis
in ægipto: in hierosolymis sæpe ob delicta hominū facta referunť. Et apostoli qui hunc horren
dum diem impijs & pctōribus præuidere meruerūt: humiles erant mortuos suscitantes: & nos
supra omnes erigimur: qui peccādo quotidie nosmetipos occidimus: nos respicientes in nobis
flebilem infirmāq; naturā: quæ nec in aduersis fortis est: nec in ꝓsperis aliquādo secura: si intē
perate cibus sumptus: aut īmoderate potus acceptus: leuem corpori febriculam cōcitarit: deijci
mus animā: affligimur: suspiramus. Nulla cura tunc est sæculi: nulla villarū: nemo de patrimo
nio cogitat: nemo de foro: omnes calūniæ: omnia lucra in periculis corporis cōquiescunt. Cur
ritur ad medicos: & ꝓ remedio carnali ꝓmittunť munera: aurum: argentū. Interdū etiam manci
pia tradunť: & pene totum patrimoniū aut negligiť: aut donať vt cōsolatur vitæ quādoq; peri
turæ: & ꝓ æterna salute omnis admodū homo negligens est: omnis auarus. Illic oīmis fragilitas
largitoris animi tenacitate cōstringiť: vbi ꝓmptior voluntas & copiosior largitas deberet opera
ri. Et cum scriptura dicat: Nolite diligere mundū: neq; ea quæ in mundo sunt: nos sic mundana 1. Ioh. 2.
cōcupiscimus: sic amamus: quasi aliquid nascentes intulerimus in sæculū: aut recedentes de sæ
culo nobiscū auferre possimus. Nemo ad breuitatē temporis: nemo ad naturæ respicit cōditio
nem: nemo cōsiderat: nemo retractat vana esse omnia quæ aliquo fine claduntť. Si autem conti
gerit: vt inter cæteros languidū viuificātes: aut clericus: aut sacerdos: aut etiam laicus dei seruus
aduenīat: rogať vt oret: & qui sæpe ꝓ nihilo cōtemptus fuerat: necessitatis tempore supplicať:
vt precibus suis cōmeatū ꝓ vitæ longioris obtineat: sic causa discriminis quæ sunt vicina timenť
dum despecta eliguntť: & præciosa vilescunt vitæ illius: quæ post mortem permutatio figurať:
vbi iam & Laçarus pauper recipiť in requiem: & diues in hac vita pōposus vexari fertur in pœ
nis. Et cum sit dñs: aut sancto; motus oraculis: aut creaturæ suæ beneficio: aut medice arte con
ferta misericordia restituat sanitatē: cito succedente obliuione in cōtrarium omnia permutanť.
Timor in insolentiā: gratia vertiť in cōtemptū: & quasi nihil vnq̄ incōmodi senserimus: aut qui
reuocari rursus ad talia nequeamus: rebellamus: efferimur: & cōcessum ad pœnitentiā vitæ spa
tium negligimus: nec pœnitendo pristina lacrymis peccata diluimus: sed peccata non pœniten
do cumulamus. Legimus Esaiā ꝓphetam: & necessariū Eçechiæ regis aptum huic causæ quæ
ramus exemplū: cui morituro anni quindecim ad superiorem vitam ꝓprijs fletibus: & ꝓphetæ 4. Reg.
precibus augenť. Quicq; accepta tanti muneris gratia: nō peccatis: nō voluptatibus: nō delitijs
P sed soli dño indultū vitæ spatium humilis & sanctus exhibuit. Verum quia tibi honorabilis &
dilectissime parens: per nouam gratiam omnis lachrymaq; causa detersa est: age: caue: curre: fe
stina. Age: vt in spiritualitate ꝓficias. Caue: ne quod accepisti bonum incautus & negligens cu
stos amittas. Curre: vt nō negligas. Festina: vt celerius cōprehendas. Siqdem Paulus iam Chri
sti cathenā pro euangelij annunciatōe circūferens: nōdum se cōprehendisse dicebat: q̄uis hora

ſexta hoc eſt media ætate dñi vineam operaturus: quaſi feruidus opifex & fidelis alioꝛ longam
Phil.3. dubietatẽ languidũq; vinceret teporem. Dum tempus habemus: ſeminemus in ſpiritu: vt meſ-
ſem in ſpiritalibus colligamus. Nec attẽdamus ad paleas: quas ventilabrũ Chriſti cõtinuo ſepa-
Eſa.65. rabit a tritico: donec qui venturus eſt veniat. Et iuxta ꝓphetæ vaticiniũ: diſcernat inter iuſtum
& iniuſtũ: & inter ſeruientẽ deo & nõ ſeruientem. Sicut & dñs dicit: Ecce qui ſeruiunt mihi læ-
tabunt: vos autem cõtriſtabimini. Non nos inertes vindictæ dies & retributionis inueniat: qui
imminens ac vicinus eſſe: & ſæculi ruinis vndiq; cõcurrentibus: & ſcripturarũ cõteſtatiõe ꝓba-
tur. Conſideremus q; in hac terra hoſpites ſumus: & peregrinoꝝ more ꝑ diebus nouiſſimis ha
bitamus. Vos enĩ de hoc mundo nõ eſtis: dicit nobis. Quid ergo in aliena ſatagimus? quid tur-
bamur? Nemo in deteriori & extranea patria plus eligit poſſidere: q̃ in ſua. De his tm̃ ſolicitudi
nem habere debemus & curam: quæ nobiſcũ tranſferre poſſimus. Ambiãt terrena gentiles: qui
bus cœleſtia non debent. Concupiſcant præſentia: qui futura non credunt. Chriſtianis diuitiæ
& hæreditatis ſit diuinitas Chriſti. Nec enĩ debẽt egre ferre: quaſi minus a cæteris habeant: qui
auctorẽ omniũ perceperũt. Supereſt vt acceptũ in corde deum honorẽt obſequijs: operibus co
lant: ſermone ſemper & cogitatiõe fateant: vt in aduentu eius non cum cõtumacibus & cõtem-
ptoribus puniant: ſed cum ſanctis & deum timentibus coronent. Hoc ſane prudentiã tuã præ-
cor: ne me putes hæc ſuperſtitionis alicuius perſuaſione dictaſſe. Ego te chriſtianũ volo eſſe: nõ
monachũ dici: & virtutem ꝓprie laudis poſſidere magiſq; nomen alienũ. Quod fruſtra a latinis
in turba cõmorãtibus imponit: cum a græcis ſolitarie viuentibus legittime deputat. Accipe er-
go fili ſermonẽ noſtrũ: ea ſimplicitate & veritate: qua dximus: Quia nõ quærimus hominũ glo
riam (deus teſtis eſt) Nec ad hoc loquimur: vt humanas amicitias aucupemus: ne noſtræ adula-
tionis ſermone: & nos & alios decipiamus: nec vt nos apud homines aliquid videamur: ſed vt
apud deum homines magna mereant. De quæſtiõibus autem tuis (vt pace tua loquar) quia tur
bulentius ꝓponebas: ego ſimpliciter reſpondere nolebã: quia bellanti dexterã pacis dare nõ po
teram: licet etiã præpoſterũ forte videat: inde aliquid in fine epiſtolæ retractare. Sed q̃niã apud
chriſtianos nõ tam ordo quærit: q̃ ꝓfectus: pauca quæ tibi reor fore neceſſaria: credidi ſubnectẽ
da: donec de cæteris: quæ vt aſſolet: te mouent: præſens ſi iuſſeris: cum præſente remota omni
animoſitatis cõtentione tractemus. Dixiſti enĩ ni fallor: hoc iure te mala malis reddere: & cum Q
iurantibus iurare debere: q; aliquãdo iurauit dñs: aut mala malis reſtituit. Scio primũ nõ omnia
nobis cõuenire ſeruis quæ dño cõueniunt: ne in cõparatõe famuloꝝ dñi videat iniuria. Alioqn
forſitan reclamare incipiamus: cur nõ de virgĩbus: ſed de mulieribus generemur? Aut cur mor
tui noſtri die tertia nõ reſurgũt? Iurauit ſcio ſæpe dñs qui nos iurare ꝓhibuit: nec ſtatim ex hoc
temere blaſphemare debemus: q; alios vetuerit: quod ipe faciebat: quia dici nobis poteſt: iurauit
dñs quaſi dñs quem iurare nemo ꝓhibebat: nobis quaſi ſeruis iurare nõ licet: qui dñi noſtri lege
iurare vetamur. Verum ne in eius exemplo ſcãdalũ patiamur: ex quo tempore iurare nos noluit
nec ipſe iurauit. Et qualiter de iuramenti cauſa breui ſermone ſatisfactũ eſt: ita etiã ad vindictæ
negociũ hunc eundem ſenſum facile ꝓſpicis poſſe ſufficere: quia aliud nunc tempus gratiæ in
Mat.5. quo plenitudo perfectõis aduenit: aliud fuit legis: aliud ꝓphetarũ: dicente dño. Audiſtis quia di
ctum eſt antiquis ne occiderent: ego autem perfectiora præcipio: quæ in ordine digeſta ſuo loco
lector inueniet. Ex quo enĩ filius dei filius hominis factus eſt: ex quo vetus fermẽtũ iudaicæ tra
ditionis eſt factum noua cõſperſio: ex quo agnus non in figura: ſed in veritate cõmedit: ex quo
2. Cor.5. ſcd'm apoſtolũ vetera tranſierunt: & facta ſunt omnia noua: ex quo iuſſũ eſt imaginẽ terreni ho
minis deponere: & aſſumere formam cœleſtis: ex quo cõmortui viuimus: ex eo virtutibus con
ſurreximus in Chriſto.

Beati Hieronymi preſbyteri de tribus virtutibus (fortitudine: ſapiẽtia & prudẽtia) tractatus
quaꝝ priori terra: mediæ orbis terraꝝ: extremæ cœlũ in ſcripturis aſcribit: quæ ad diuinã refert
ſapientiã: cuius cõparatõe qd'fatuũ eſt illi: ſapiẽtius eſt hoĩbus: vbi etiã exponit illud de pſalmo
Eduxit nubes ab extremis terræ: docens p nubes ſanctos intelligi. EPISTOLA .III.

Hier.51. Res quodãmodo virtutes dei aſſumens ꝓpheta: fortitudinẽ: ſapientiã atq; prudentiã: R
t vnicuiq; earũ ꝓpria opera diſtribuit. Fortitudini terram: ſapientiæ orbem terraꝝ: pru-
dentiæ cœlum. Audi quippe ſcripturæ ordinem. Dñs qui fecit terrã in fortitudine ſua
& erexit orbem in ſapientia ſua: & in prudentia extendit cœlũ. Et nos igit in noſtra terra (dictũ
Geñ.3. eſt quippe ad Adam: terra es) neceſſariã habemus fortitudinẽ dei: quia abſq; ea impoſſibile eſt
nobis id exequi: quod carni repugnat: Cum autem mortificata fuerint membra ſuper terram:
Ro.8. tunc parent ſpiritus voluntati. Siquidem iuxta apoſtolum: Spiritu geſta carnis mortificantur

Dominus ergo fecit terrã in fortitudine sua. Si autem ad hãc terrã venias: & consideres id quod in Iob scriptũ est: iuxta emendatissima tamen exemplaria: quomodo statuerit eã super nihilum Iob.26. inuenies fortitudinẽ dei in medietate mundi terræ librã sustineri. Veniã ergo ad orbem terrarũ qui græce οἰκουμένη nũcupatur: id est inhabitata. Scio animã inhabitatã: scio desertã. Si enim nõ habet deum patrẽ: si non habet filiũ dicentẽ: Ego & pater veniemus ad eum: & mansionem Ioh.14. apud eũ faciemus: si nõ habet spiritũ sanctũ anima deserta est. Habitata autẽ est quando plena ẽ deo patre: quando habet Christũ filium & spiritumsanctũ. Verum hæc differenter & varie in scripturis dicũtur: in anima hominis patrem & filium & spiritumsanctũ cõmorari. Nam & David in psalmo confessionis tres spiritus postulat: dicens: Spiritu principali confirma me. Spiri- ps.50. tum rectũ innoua in visceribus meis. Spiritũ sanctũ tuum ne auferas a me. Qui sunt isti tres spiritus? Principalis spiritus pater est. Rectus spiritus Christus est. Spũs sanctus: spiritus sanctus ẽ Hoc in approbationẽ eius rei diximus: q habitata: id est orbis terrarũ in sapientia dei fabricata sit. Sapientia quippe auxiliabitur iusto: super decẽ ciuitates habenti potestatẽ. Sapientiã autem Eccs.7. & disciplinam qui abijcit: infœlix est: & vana est spes eius: & labores eius insensati & sine fru- Sap.3. ctu: & inutilia opera eius: ait sapientia quæ titulo inscribit Salomonis. Iccirco quantum possumus labore nitamur: vt habitata nostra sapientia dei erigatur. Cecidit quoq; & de sublimi corruit: venientibus nobis in locum istum miseriarum. Cecidit habitata nostra postq; peccauimus: inique fecimus: iniuste egimus: impie gessimus: & post ruinam indiget erectione. Si autem nõ vis ista sententia adduci: cõmunem totius orbis quæramus ruinam: & post casum eius cõsequẽter deus erigens prædicet. Quicunq; est in orbe isto: ante erectionem cecidit. Si autem cecidit: consequenter erigendus fuit. Nemo quippe sine casu subleuat. Si autem erectus est: videamus quæ ruina præcesserit. Omnes corruimus p peccatũ in orbem terrarũ. Et dominus qui erigit elisos: eleuauit nos iacentes. In Adam omnes morimur: atq; ita corruit orbis terrarũ: & indiget erectione: vt in Christo omnes viuificemur. Igitur duplicem intellectũ de orbe tradidimus. Vnum quomodo singulæ animæ aut habitatæ sint: aut deserte: alterũ quomodo vniuersus orbis pariter ceciderit: Et in sua prudentia extendit cœlum. Non fortuito prudentia in cœli extensione assumpta est. Inuenies & in Prouerbijs dictũ: Dominus sapientia fundauit terrã: præparauit autẽ Pro.3. cœlos prudentia. Est ergo aliqua prudentia dei: quã nolo vt extra Christũ requiras. Omnia quippe quæ dei sunt: christus est. Ipse sapientia eius: ipse fortitudo eius: ipse iustitia: ipse sanctitas & redempto: ipse (vt ad præsens veniam) etiã prudentia. Sed cũ sit in subiacenti: pro varietate sensuum diuersis vocabulis nũcupatur. Aliud significat sapientia: aliud iustitia. Quando enim sapientia dicitur: disciplinis te diuinarum humanarũq; rerum instituit. Quando iustitia: distribu- S tor & iudex meritorũ significatur. Quando sanctitas: illa virtus describitur: quæ credentes deo efficit sanctos. Ita ergo & mihi prudentiã eius intelligere cum doctrina est: & demonstratio bonarũ aut malarum rerum: siue neutrũ: atq; in hunc modum extendisse nũc dicitur cœlum ĩ prudentia sua. Quomodo autem exrendatur cœlũ extendente eũ prudentia: audi: quoniã extendit verba nõ attendentis. Asserit quippe extensionẽ quandã esse verborũ similiter vt nunc dicitur cœli. Iuxta illud quoq; quod in alio loco scriptũ est: Qui extendit cœlum vt pellẽ. Extendit autem & aia nostra: quæ prius fuerat contracta: vt possit capax esse sapientiæ dei. Verũ vt ad ppo- ps.103. situ reuertamur: diximus de eo q prudẽtia cœlũ factũ sit: & nũc affirmamus eos qui cœlestem hominẽ portant esse cœlestes. Si enĩ ad peccatorẽ dicit: Terra es & in terrã ibis: quare nõ dicat Geñ.3. ad iustũ: cuius est regnũ cœlorũ: Cœlũ es: & in cœlũ ibis? Aut si ppter choicũ: id est. terrenũ: dicitur ei qui portat imaginẽ choici: Terra es: & in terrã ibis: cur ppter cœlestẽ: ei qui imaginẽ cœlestis portat: nõ conuenit dici: Cœlũ es & in cœlũ ibis? Vnusquisq; aũt nostrũ aut cœlestia facta habet: aut terrena. Si terrena facta sunt: ad cognatã sibi terrã deducunt eum qui thesauriçat eaĩ terra: & nõ in cœlo. Rursumq; hæc quæ iuxta virtutem gesta sunt: thesauriçatorẽ suũ appropiquantẽ sibi ad cœlorũ regiones subuehunt. Et eduxit nubes ab extremo terræ. Istiusmodi disputatio in psalmo nuper incidit: & dictũ est a nobis: quomodo deus eduxerit nubes ab extremo terræ: quod quidẽ nũc cogimur ptractare: vt & hi qui audierunt plenissime: eorũ quæ sciunt reminiscant: & hi qui aut nõ interfuerũt: aut oblíti sunt: contextũ sermonẽ agnoscant: quæ tunc prout maluimus: exhibuimus. Diximus autẽ sanctos esse nubes. Etenĩ hoc quod scriptum est Veritas tua vsq; ad nubes: nõ potest referri ad inanĩales nubes: sed veritas dei vsq; ad illas nu- ps.35. bes ẽ quæ audiunt mandatũ dñi: & nouerunt quo pluuias deferant: & a quibus eas suspendant De his nubibus dictum est: Et mandabo nubibus meis ne pluãt super eam imbrem. De his enĩ Esa.5. quæ ex densato aere constare dicuntur: si nõ fuerint pluuiæ: non præcepit dominus ne pluant

ſuper vineã: aut ſuper quamcũq; regionẽ imbrẽ: ſed oĩno nõ apparent: vt in tercio regnorum
3.Reg.17. libro legimus: quãdo in tẽpore ſiccitatis nubes nulla apparuit. Et poſtea iuxta pphetiã Helie futuræ pluuiæ ſignũ in veſtigio homis oſtenſũ eſt: atq; ita poſt nubem conglobatã imber deſcendit ad terras. Iſtis vero quaſi ſubſiſtẽtibus nebulis iubet pluuiã continere: cũ indigna fuerit anima imbre cœleſti: & dicit: Mandabo nubibus meis: ne pluant ſup eã imbrem. Itaq; vnuſquiſq;
Deut.32 ſanctorũ nubes eſt. Moyſes nubes erat: & quaſi nubes loquebat. Attende cœlũ quæ loquar: & audiat terra ſermones ex ore meo. Expectent vt pluuia verba mea: & deſcendãt vt ros eloquia mea. Si non fuiſſet nubes: nunq; dixiſſet: Expectent vt pluuia verba mea: & deſcendant vt ros eloquia mea. Quaſi nubes dicebat vt imber ſuper gramen: & pruina ſuper fœnũ: quia nomen domini inuocaui. Similiter & Eſaias vt nubes loquebat: Audi cœlum: & auribus percipe terra quia dñs locutus eſt. Et quia nubes ipſe erat: & ſciebat alias nubes comprophetãtes ſibi: ideo vaticinans aiebat: Mandabo nubibus ne pluant ſuper eam imbrẽ. Si autem iam didicimus qui ſint
Mar.3. nubes: videamus quomodo deus educat nubes ab extremo terræ. Ait ſaluator: Qui vult in vobis eſſe primus: ſit omniũ nouiſſimus. Seruauit hoc mandatũ Paulus: & fuit nouiſſimus in hoc
1.Cor.4 mũdo dicens: Puto enĩ deus nos apoſtolos nouiſſimos oſtendit: quaſi mortificatos: quia ſpectaculũ facti ſumus mũdo: & angelis & hominibus. Si quis ergo ſanctus cuſtodiens præceptũ domini ſaluatoris: factus fuerit in hac vita nouiſſimus: iſte fit nubes. Et eduxit deus nubes nõ a fi-
Mat.5. nibus terræ: nõ a conſulibus: nõ a ducibus: nõ a diuitibus: ſed ab extremis terræ. Beati enĩ pauperes: quoniã veſtrũ eſt regnũ cœlorũ. Vides quomodo ab extremis terræ educat deus corpore as nebulas. Propterea ſi volumus nubes fieri ad quas peruenit veritas dei: nouiſſimi omniũ fiamus: & tam affectu q̃ opere dicamus: Puto enĩ nos deus apoſtolos nouiſſimos oſtendit. Q̃ ſi nõ ſum apoſtolus: licet tamen mihi fieri extremũ: vt educens nubes ab extremo terræ: educat & me: & fulgura in pluuiam faciat. Aiunt naturaliũ cauſarũ ſcrutatores: quia fulgura ex nubium T.
colliſione generẽtur more ſilicũ duriorũ: quos cũ comploſeris: id eſt, colliſeris: ſibi medius ex his ignis extrictus elabitur: atq; ita cum fulgore pariter & tonitrua mugire: tonitru ſcilicet ſonitum indicante concurſus: & fulgura excuſſi luminis claritate. Si intellexiſti exemplũ: conſidera nũc nubes rationales. Moyſes nubes erat. Ieſusnaue nubes erat: Iſti ſi ſecum colloquantur: ex ſermonibus eorum fulgura micant. Hieremias & Baruth nubes erant: ſermocinentur inuicem: & videbis rutilare fulgores. Potes & tuipſe de ſcripturis ſanctis in hunc modum nubiũ inuenire concurſus: ex quibus ignes emittant. Vt autem & ad nouũ teſtamentũ veniamus: Paulus & Siluanus duæ nubes in vnũ conuenerũt. & ecce totũ epiſtolæ eorum fulgor illuminat. Fulgura in pluuiam fecit: & eduxit ventos de theſauris ſuis. Ergo ne hi venti qui ſuper terram perflant: in theſauris dei ſunt? & nõ horũ natura manifeſta eſt: quomodo & qua ratione ſubſiſtant: ſed ſunt quidã ventorũ theſauri: theſauri ſpirituũ: ſpũs ſapientiæ & intellectus: ſpũs conſilij & virtutis: ſpũs fortitudinis: ſcientiæ & pietatis: ſpũs timoris dñi: fortitudinis: dilectionis & charitatis. Potes & ipſe de ſcripturis hos ventos congregare: & iſtorum ſpirituũ inuenire theſauros. Vbi ſunt iſti theſauri? Vtiq; in eo in quo ſunt omnes theſauri ſapientiæ & ſcientiæ abſconditi. In Chriſto ſedem habent. Inde oriũtur hi ſpũs: vt alius ſapiens ſit: alius fidelis: alius eruditus: &
1.Cor.12 alius quodcũq; donorũ dei poſſideat. Alij enĩ p ſpiritũ dat ſermo ſapientiæ: alij ſermo ſcientiæ iuxta eundem ſpiritũ: alij fides in eodẽ ſpiritu. Eduxit ergo nubes ab extremo terræ: fulgura in pluuiã fecit. Et eduxit ventos de theſauris ſuis. Et nos iuxta miſericordiã dei ad hos theſauros occurſuros putamus. Et quia plures ſunt theſauri: forte iuxta ordinẽ reſurgentiũ erit & requies
1.Co.15. in theſauris dei. Quod autẽ dico iſtiuſmodi eſt: reſurrectio mortuorũ in quibuſdã ordinibus futura eſt. Ait quippe apoſtolus: Vnuſquiſq; autẽ reſurget in ſuo ordine. Et nõ vt libet miſcentur ordines reſurgentiũ. Alius ordo erit in illo: & in illo theſauro dei. Iſti autem omnes theſauri vnũ habent theſaurũ: in quo ſunt oẽs theſauri ſapiẽtiæ & ſcientiæ abſcõditi. Et quomodo poſſi
Hier.10. deo vnã precioſiſſimã margaritã p plures alias margaritas: ſic venio ad theſaurũ theſaurorũ: & dominũ dominorũ: & regem regũ: cũ dignus fuero ſpiritibus ĩ dei theſauro cõmorãtibus. Edu-
1.Cor.13 xit enĩ ventos de theſauris ſuis. Infatuatus eſt oĩs homo ab ſcientia. Si oĩs homo infatuatus eſt ab ſcientia: & Paulus homo eſt: Paulus infatuatus eſt ab ſcientia. Ex parte enim ait cognoſcimus: & ex parte pphetamus. Infatuatus eſt ab ſcientia videns per ſpeculũ in ænigmate: portiunculam quandam videns: & ſi ſic expedit dicere: ipſius quoq; portiunculæ partem minimã recognoſcens. Econtrario autẽ vt intelligentes quid ſit: infatuatus eſt enĩ omnis homo ab ſciẽtia Cõ V
Treñ.3. paratione peccatorũ Hieruſalẽ. Sodomorũ peccatũ Iuſticia eſt: iuſtificata eſt enĩ ait Sodoma ex te. Quomodo enĩ nõ habent iuſticiã ſodomorũ peccata per ſe: ſed ad collationẽ maiorũ ſcelerũ

iuſtificanť: ſic econtrario ſcientia Pauli ad illā cœleſtem ſcientiā: ad illū conſummatū electionis intellectū, ſtultitia reputatur. Infatuatus eſt iccirco omnis homo ab ſcientia. Tale quiddam Eccleſiaſtes (vt arbitror) deprehendēs effatus eſt: Dixi ſapiens efficiar: & ipſa elongauit ſe a me lō- Eccī. 17.
gius q̄ erat: & alta profunditas quis inueniet eā? Volumus quiddā ardenter licet dicere: quoniā hoc quod deſcendit in mundū euacuauit ſeip̄m: vt euacuatione eius mūdus compleretur. Si hoc aūt quod deſcēdit in mundū euacuauit ſe: euacuatio ipſa ſapientia eſt: quoniā quod fatuū eſt dei ſapientius eſt homīibus. Si ego dixiſſem fatuū dei: quo aucupes ſermonū meorū: & ſemp dediti ad criminandū: venenatas in me linguas vibrarent? Nūc vero Paulus ſapiēs: & poteſtatē habēs apoſtolicā: auſus eſt dicere omnē ſapientiā terrenā: quæ in ſe: quæ in Petro: quæ in cæteris apoſtolis erat: quæ in iſtū mundū deſcēderat: ſtultitiā eſſe dei. Ad compationē quippe illius ſapientiæ quā terrenus nō capit locus: ad illā ſapientiam quæ cœleſtis eſt: quæ mūdi limitem excedit: hoc quod deſcendit ad homines fatuū dei eſt. Verū idipſum fatuū dei: ſapientius eſt hominibus Quibus homīibus? Nō vtiq; ſtultis: ſed ſapientibus dicas: licet ſapientes huius ſæculi: ſiue principes: ſiue vates: iſtis ſapientibus ſæculi: hoc quod nos expoſuimus fatuum dei ſapientius eſt. Mirabile quiddā volumus inſerere: quoniā ſapientia mundi ſtultitia eſt apud deū: & infatuauit deus ſapientiā mundi: nō in ſapientia ſua infatuauit mundi ſapientiam vt eſſe ſtultitiæ arguatur Neq; enī dignatur ſapientia dei ad mundi ſapientiā conuincendam, tota deſcendere: ſed potius modicū: hoc eſt incarnationis ſacramentū. Quid neceſſariū fuit quod fatuū dei erat: vt hoc parūo & fatuo dei infatuaretur ſæculi ſapientia? Nō enī valebat ſæculi ſapientia magnitudinem in ſe venientis ſapientiæ ſuſtinere. Verum exemplū interponam: vt perſpicue poſſit intelligi: quo modo fatuū dei ſtultam fecerit ſapientiā mundi. Fingamus pauliſper me: qui aliquid putor noſſe: cū inſipiente aliquo & inerudito conferre ſermonē qui nihil intelligat: nihil acutæ diſputationis interroget: nūquid non opus mihi eſt ad iſtius ſtultitiā coarguendā dialecticæ artis callidita-
tem: & profundorū ſenſuum acumen adhibere? Nonne ad vnius ſermonis iactum vilis & modici: qui tamen illius intelligentiæ videatur acerrimus: fatuū eum ad inſipientē eſſe conuincam Sic igitur ad mundi ſapientiā ſtultificandā: nō eſt opus ſapientiā dei deſcendere: & cum ea colluctari: quæ deorſum eſt ſapientia: ſed ſufficit fatuū dei: quoniā ſapientius eſt homībus: & infirmū dei fortius eſt homībus: & omnia cōtraria ſaluator meus & dñs aſſumpſit: vt contrarijs diſſoluat contraria: & confirmet ab infirmitate eius: & ſapientes efficiamur a fatuo eius: & in hoc introducti poſſimus aſcendere ad ſapientiā & virtutē dei Chriſtū ieſum: cui eſt gloria & virtus & imperiū in ſæcula ſæculorū Amen.

Ad Caſtorinā materterā epiſtola de odio fugiendo & pace cōſequēda: in qua præcat vt veterī rancore depoſito ſibi reconcilietur.

EPISTOLA IIII.

Ohānes idē apoſtolus & euangeliſta in epiſtola ſua ait: Quicūq; odit fratrem ſuū ho- 1.Io.3.
i micida eſt: & recte. Cū enī homicidiū ex odio ſæpe naſcat: quicūq; odit: etiā ſi necdū gladio pcuſſerit: aīo tamē homicida eſt. Cur ais tale principiū: ſcilicet vt veterī rancore depoſito: mundū pectoris deo paremus habitaculū? Iraſcimī (inquit Dauid) & noli pſs.4.
te peccare. Hoc quid velit intelligi apoſtolus plenius interpretat: Sol nō occidat ſuper iracundiam veſtram. Quid agemus nos in die iudicij: ſuper quorū ira nō vnius diei: ſed tantorū annorū Ephe.4.
ſol teſtis occubuit? Dominus loquit in euangelio: Si offers munus tuū ad altare: ibiq; rememoratus fueris: quia frater tuus habet aliquid aduerſum te: relinque ibi munus tuū ante altare: & vade reconciliari priuſ fratri tuo: & ſic offeres munus tuū ad altare. Ve mihi miſero: ne dicam & tibi qui tanto tempore aut nō obtuli munus ad altare: aut ira permanente ſine cauſa obtuli. Quomodo in quotidiana prece nunq; dixīmus: Dimitte nobis debita noſtra ſicut & nos dtmittimus debitoribus noſtris: animo diſcrepāte cū verbis: oratiōe diſſidente cū factis. Præcor itaq; (quod & ante annū prioribus litteris rogauerā) vt pacem quā nobis reliquit dñs habeamus: & meū deſideriū & tuā mentē Chriſtus intueat. In breui ante tribunal eius recōciliata ſeu ſciſſa cōcordia: aut præmiū recuperabit aut pœnā. Quod ſi tu (quod pcul abſit) noluerīs: ego liber ero. Epiſtola me hæc mea cū lecta fuerit abſoluet.

Præmiſſis his quæ ad inſtitutionē ac pfectionē humanā generaliter cōuenire videnť: ſubijciēda ſunt quæ ſigillatim vnicuiq; ætati graduiq; cōueniūt: vbi ſpecialiter de virtutibus pertractat Et ſcd'm naturæ ordinē primæ ætatis præmittenda ſunt.

SECVNDVS LIBER SIVE TRACTATVS TERTIAE PARTIS PRINCIPALIS EPISTOLARVM BEATI HIERONYMI DE INSTITVTIONE PVERILIS AETATIS.

Beati Hieronymi ad Athletã de inſtitutione filiæ: docẽtis qualiter educãda: cui nutrici committẽda ſit: quõ in timore dñi & ĩ bonis moribus imbuẽda: & a quali præceptore ſit erudienda: monẽtis eã grãdiuſculã a fuco: a frequẽtia virorũ: a balneis: muſica: lautiori conuiuio & vino cohiberi. In vilioribus opibus manuũ ac moderatis ieiunijs exerceri: lectõibus diuinorũ ac ꝓbatorũ auctorũ inſtitui: Ac docentis in quibus potiſſimũ libris debeat oblectari. EPI. V.

A Eatus apoſtolus Paulus ſcribit ad Corinthios: & rudẽ Chriſti eccleſiã ſacris inſtruẽs diſciplinis: inter cætera mãdata hoc quoq; ꝓpoſuit dicens: Si qua mulier
1. Cor. 7. b habet virũ infidelẽ: & hic cõſentit habitare cũ ea: nõ dimittat virũ. Sanctificatus eſt enĩ vir infidelis ꝓ mulierẽ fidelẽ: & ſanctificata eſt mulier infidelis ꝓ virũ fidelẽ. Alioquin filij noſtri immũdi eſſent: nunc aũt mũdi ſunt. Sicut forte hactenus videbanť nimiũ diſciplinæ vicula laxata: & præceps indulgẽtia præceptorũ. Cõſideret domũ patris tui clariſſimi quidẽ & eruditiſſimi viri: ſed adhuc ambulantis in tenebris: & intelliget conſiliũ apoſtoli illud ꝓfeciſſe: vt radicis amaritudinẽ dulcedo fructuũ tẽperaret: & vires virgulæ balſama ꝑciosa ſudarẽt. Tu enĩ es nata de impari mr̃imonio. De te & Toxotiõe Paula generata eſt. Quis hoc crederet vt Albini põtificis neptis de ꝓmiſſione martyrũ filia naſceret: vt putẽ q̃ etiã gaudẽte auo: adhuc paruula lingua balbutiẽs Xp̃i alleluia decãtaret: vt virginem dei in ſuo gremio nutriret ſenex. Et bene fœliciterq; expectauimus. Sãcta & fidelis domus vnũ ſanctificat infidelẽ. Cãdidatus eſt fidei quẽ filiorũ & nepotũ turba circũdat. Ego puto etiã ipſum Iouẽ ſi habuiſſet talẽ cognationẽ potuiſſe ĩ Chriſto credere. Deſpiciat licet & irrideat epiſtolam meã: & me ſtultũ & inſanũ clamet: hoc & gener eius faciebat prius q̃ crederet: fiunt nõ naſcũtur xp̃iani. Auratũ ſquallet capitoliũ. Fuligine & aranearũ telis oĩa Romæ templa cooperta ſunt. Mouẽť vrbs ſedibus ſuis: & inundãs populus añ delubra ſemiruta currit ad martyrum tumulos Si nõ extorquet fidẽ prudentia: extorqueat ſaltẽ verecũdia. Hoc Athleta religioſiſſima in Chriſto filia dictũ ſit vt nõ deſperes parẽtis ſalutẽ: & eadem fide qua meruiſti filiam: & patrem recipi-
Mat. 19. as: totaq; domus beatitudine ꝓfruaris: ſciens illud a domino repromiſſum: Q ue apud homĩes
Luc. 23. impoſſibilia apud deũ poſſibilia ſunt. Nunq; ſera cõfeſſio. Latro de cruce tranſijt in paradiſum
Dañ. 4. Nabuchodonoſor rex Babylonis poſt efferationẽ corpis & cordis & beluarũ in hæremo conuictum: mentẽ recepit ſanã. Et vt omittã vetera: ne apud incredulos nimis fabuloſa videanť: ante paucos annos propinquus noſter Gracchus nobilitatem patritiam ſonans nomine: cum præfecturam regeret vrbanam: nonne ſpecum mitræ: & omnia portentuoſa ſimulachra: quibus Coraxniphus miles Leoperſes: helios Bromius pater initiantur: ſubuertit: fregit & vſſit: & his quaſi obſidibus ante præmiſſis impetrauit baptiſmũ Chriſti. Solitudinem patitur & in vrbe gentilitas. Dij quondam nationũ cum bubonibus & noctuis in ſolis culminibus remanſerunt. Vexilla militum crucis inſignia ſunt. Regum purpuras & ardentes diadematũ gemmas patibuli ſalutaris pictura condecorat. Iam ægyptus: olim Serapis Chriſtianus factus eſt. Marnas gaçe luget incluſus: & euerſionem templi iugiter pertimeſcit. De India: Perſide: æthiopia monachorũ quotidie turmas ſuſcipimus. Depoſuit pharetras armenius: Vani diſcũtq; pſalterium Scythiæ frigo gora feruent calore fidei. Getarum rutilus & flauus exercitus eccleſiarum circumfert tentoria: & ideo forſitan contra nos æqua pugnant acie: quia pari religione confidunt. Pene lapſus ſum ad aliam materiam: & currente rota dum vrceum facere cogito: amphoram finxit manus. Propoſitum enĩ mihi erat ſanctæ Marcellæ & tuis precibus initiatum ad martyrem: id eſt, ad te ſermonem dirigere: & docere quomodo inſtituere Paulam noſtram debeas: quæ prius in Chriſto conſecrata eſt q̃ genita: quã ante noſti q̃ in vtero concepiſti. Vidimus aliquid tẽporibus noſtris
1. Reg. 1. de prophetalibus libris. Anna ſterilitatẽ alui fœcunditate mutauit. Tu luctuoſam fœcunditatẽ
Iudĩ. 13. vitalibus libris cõmutaſti: cõfidens loco accepturã te filios: quæ primũ fœtũ dño reddidiſti. Iſta
Luc. 1. ſunt primogenita quæ offerunť in lege. Sic natus eſt Samuel: ſic ortus Sampſon eſt: & ſic Iohannes baptiſta ad introitum Mariæ & exultauit & luſit. Audiebat enĩ verba domini per os virginis pertonãtis: & de vtero matris in occurſum eius geſtiebat irrumpere. Igitur quæ de repromiſſione nata eſt: dignã habeat ortu ſuo inſtitutionẽ parentũ. Samuel nutrit in templo. Iohannes ĩ ſolitudine præparať. Ille ſacro crine venerabilis eſt: vinum & ſiceram nõ bibit: adhuc paruulus cũ domino ſermocinatur: hic fugit vrbes: zona pellicea cingitur: locuſtis alitur & melle ſilueſtri B & in typum pœnitentiæ prædicandæ tortuoſiſſimi animalis veſtitur exuuijs. Sic erudienda eſt

anima quæ futura eſt templũ dei: nihil aliud diſcat audire: nihil loqui: niſi quod ad timorem dei pertinet. Turpia non intelligat: cantica mundi ignoret. Adhuc tenera lingua pſalmis dulcibus imbuat. Procul ſit ætas laſciua puerorũ: ipſæ puellæ & pediſſequæ a ſæcularibus conſortijs arceantur: ne quõd male didicerint peius doceant. Fiant ei litteræ vel buxeæ: vel eburneæ: & ſuis nominibus appellentur. Ludat in eis: vt ludus eius eruditio ſit: & non ſolum ordinem teneat litterarum & memoriã nominũ: & cantica tranſeat: ſed ipſe inter ſe crebro ordo turbetur: & medijs vltima: primis media miſceantur: vt eas non ſono tm̃: ſed & viſu nouerit. Cum vero cœperit trementi manu ſtilum in ceram ducere: vel alterius ſuprapoſita manu teneri regantur articuli: vel ĩ tabella ſculpantur elementa: & per eoſdem ſulcos marginibus trahantur veſtigia: vt foras non queant euagari. Syllabas iungat ad purum: & quibus illa ætas delectari poteſt: munuſculis inuitetur. Habeat & in diſcendo ſocias: quibus inuideat: quarum laudibus mordeatur: non obiurgãda eſt ſi tardior ſit: ſed laudibus excitandum eſt ingenium: vt viciſſe gaudeat: & victa doleat. Cauendum in primis ne oderit ſtudia: ne amaritudo eorum percepta in infantia vltra rudes annos tranſeat. Ipſa nomina per quæ conſueuit paulatim verba contexere: non ſint fortuita: ſed certa & coaceruata: de induſtria videlicet prophetarũ & apoſtolorũ: & omnis ab Adã patriarcharum ſeries. de Matthæo Lucaq; deſcendat: vt dum aliud agit futuræ memoriæ præparetur. Magiſter probæ ætatis & vitæ conditioniſq; eſt diligendus: nec poterit erubeſcere vir doctus id facere in propinqua vel nobili virgine: quod Ariſtoteles fecit in Philippi filio: vt ipſe in librariorũ vtilitate initia monſtraret litterarũ. Nõ ſunt contemnẽda quaſi parua: ſine quibus magna conſtare nõ poſſunt: ipſe elementorũ ordo: & parua inſtitutio præceptorũ: aliter de erudito: aliter de ruſtico ore proferẽ. Vnde & tibi eſt prouidendũ: ne ineptis blanditijs fœminarũ: dimidiata dicere verba filiam conſueſcas: & in auro atq; purpura ludere: quorũ alterum linguæ: alterũ moribus officit: ne diſcat in tenero: quod ei poſtea dediſcendũ eſt. Gracchorũ eloquentiæ multũ ab infantia ſermo matris contuliſſe ſcribit̃. Hortenſij oratio ĩter paternos ſinus coaluit. Difficulter radit̃ quod rudes animi perbiberunt. Lanarum conchylia quis in priſtinũ colorem reuocet. Recẽs teſta diu & ſaporem retinet & odorem: quo primũ imbuta eſt. Græca narrat hiſtoria Alexandrum potentiſſimũ regem orbis dominatorẽ: & in moribus: & in inceſſu Leonidis pædagogi ſui non potuiſſe carere vitijs: quibus adhuc paruulus fuit infectus. Procliuis eſt enĩ malorũ æmulatio: & quorum virtutes aſſequi nequeas: cito imitaris vitia. Nutrix ipſa nõ ſit temulenta: non laſciua: non garrula: habeat modeſtam gerulam: nutritium grauẽ. Cũ auum viderit in pectus eius tranſiliat: & collo dependeat: nolenti alleluia decantet. Rapiat eam auia: patrẽ riſibus cognoſcat: ſit omnibus amabilis: & vniuerſa propinquitas roſa eccleſiæ nata gaudeat. Diſcat ſtatim quã alteram habeat auiã: quam amitã: cui imperatori: cui exercitui tyruncula nutriat̃: illas deſideret. At illa tibi innitetur ab exceſſu: ipſe habitus & veſtitus deceat ei cui promiſſa ſit. Caue ne aures eius perfores: ne ceruſa & purpuriſſo conſecrata Chriſto ora depingas: nec collum auro & margaritis premas: nec caput gemmis oneres: nec capillum irruffes: & ei aliquid de gehennæ ignibus auſpiceris. Habeat illas margaritas quibus poſtea venditis emptura eſt precioſiſſimũ margaritũ. Prætexata nobiliſſima quondam fœmina: iubente viro Hometio: qui patruus Euſtochij virginis fuit: habitum eius cultumq; mutauit: & neglectum crimen mundano more texuit: vincere cupiens & virginis propoſitum & matris deſiderium: & ecce ſibi eadem in nocte cernit veniſſe angelum terribili voce minantem pœnas: & hæc verba frangentẽ: Tu auſa es viri imperiũ præferre Chriſto? Tu caput virginis dei tuis ſacrilegis attrectare manibus: quæ iam nunc areſcent: vt ſentias excruciata quid feceris: & finito menſe quinto ad inferna ducaris. Si autem perſeueraueris ĩ ſcelere: & marito ſimul orbaberis & filijs. Omnia per ordinem expleta ſunt: & ſeram miſeræ pœnitentiam velox ſignauit interitus. Sic vlciſcitur Chriſtus violatores templi ſui: ſic gemmas & pcioſiſſima ornamenta defendit: & hoc retuli: non q; inſultare velim calamitatibus infœlicium: ſed vt moneam cum quanto metu & cautione ſeruare debeas quod deo ſpopondiſti. Heli ſacerdos offendit deũ ob vitia liberorũ. Epiſcopus fieri nõ poteſt qui filios habuerit luxurioſos: non ſubditos: & econtrario de muliere ſcribitur. Q; ſalua fiet p filiorũ generationem: ſi pmanſerit ĩ fide & charitate & ſanctificatione cum pudicitia. Si pfecta ætas & ſui iuris imputat̃ parentibus quanto magis lactens & fragilis: quæ iuxta ſententiã domini ignorat dextram ac ſiniſtram: id ẽ boni & mali neſcit differentiã? Si ſollicita prouidet: ne filia percutiatur a vipera: cur non eadem cura prouideas: ne feriatur a malleo vniuerſæ terræ: ne bibat de aureo calice Babylõis: ne egrediatur cum Dina: & velit videre filias regionis alienæ: ne ludat pedibus: ne trahat tunicas. Venena non dantur niſi melle circumlita: & vitia non irrepunt niſi ſub ſpecie vmbraq; virtutum.

1. Reg. 4.
1. thi. 2.

Et quomodo inquies: peccata patrꝫ filijs non reddunt̃: nec filiorꝫ parẽtibus: ſed anima quæ pec
Ioh.9. cauerit: ipſa morietur? Hoc de his dicit̃ qui poſſunt ſapere: de quibus in euãgelio ſcriptũ eſt: Aeta
tem habet: loquat̃ per ſe. Qui autem paruulus eſt: & ſapit vt paruulus: donec ad annos ſapien
tiæ: & Pythagoree litteræ. Y. eum ꝓducant ad biuiũ: tam bona eius q̃ꝫ mala parentibus imputã
tur. Niſi forte exiſtimas chriſtianorꝫ filios: ſi baptiſma nõ receperint: ipſos tamen reos eſſe pec
cati: & nõ etiam ſcelus referri ad eos qui dare noluerint: maxime eo tempore quo contradicere
non poterant qui accepturi erant. Si in regione vitæ ſalus infantiũ maiorũ lucrũ eſt: offerre filiã D
poteſtatis tuæ fuit: q̃q̃ alia ſit tua conditio quæ prius eã nouiſti q̃ cõcipes: vt autem oblata non
negligas: ad periculũ tuũ ꝓtinet. Qui claudã & inutilem qualibet ſorde maculatã obtulerit ho
ſtiã ſacrilegij reus eſt: quanto magis qui partẽ corpis ſui: & illibatæ animæ puritatem regis am
plexibus parat: ſi negligens fuerit puniet̃: poſtq̃ grandiuſcula eſſe cœperit: & in exemplũ ſpon
ſi ſui creſcere ſapientia: ætate & gr̃a apud deũ & homines: pergat ad templũ veri pr̃is cũ paren
tibus ſuis: ſed cũ illis nõ egrediat̃ de templo. Quærant eam in itinere ſæculi inter turbas & fre
quentiã, ꝓpinquorꝫ: & nuſq̃ eam alibi reperiant niſi in aduentu ſcripturarꝫ, pphetas & apoſtolos
de ſpũalibus nuptijs ſciſcitantẽ. Imitet̃ Mariã quã Gabriel ſolã in cubiculo ſuo reperit: & ideo
ps.44. forſitan timore ꝓterrita: quia virꝫ quem nõ ſolebat aſpexit: æmulet̃ eam de qua dicit̃: Omis glo
Cañ.1. ria eius filiæ regis abintus. Loquebat̃ & ipſa electo charitatis iaculo vulnerata: Introduxit me
rex in cubiculum ſuum. Nunq̃ exeat foras: ne inueniant eã qui circumeunt ciuitatẽ: ne percuti
Cañ.8. ant & vulnerent: & auferant ſpiritũ pudicitiæ: & nudã in ſanguine derelinquãt: quin potius cũ
aliquis oſtiũ eius pulſauerit: dicat: Ego murus: & vbera mea turris: laui pedes meos: nõ poſſum
inquinare eos. Non veſcat̃ in publico: id eſt. in parentũ conuiuio: ne videat cibos quos deſide
ret. Et licet quidã putent maioris eſſe virtutis: præſentem contemnere voluptatem: tamẽ ego ar
bitror ſecurioris continentiæ eſſe neſcire quod quærat. Legi quondam in ſcholis puer: Egre re
prehendas quod ſinis conſueſcere. Diſcat iã nunc & vinum non bibere in quo eſt luxuria. Añ
annos robuſtæ ætatis periculoſa eſt teneris & grauis abſtinẽtia: vſq̃ ad idem tempus ſi neceſſi
tas poſtulauerit & balneas adeat: & vino vtat̃ modico, ꝓpter ſtomachũ: & carnium edulio ſuſtẽ
tetur: ne prius deficiant pedes q̃ꝫ currere incipiant: & hoc dico iuxta indulgentiã: non iuxta im
periũ: timens debilitatẽ: nõ docens luxuriã: alioquin quod iudaica ſupſtitio ex parte facit in re
iectione quorundã animaliũ atq̃ eſcarꝫ: quod & Indorꝫ Bracmanes. & ægyptiorꝫ Gymnophi
ſtæ in polentæ & oriçæ: & pomorꝫ ſolo obſeruãt cibo: cur virgo Xp̃i non faciat in toto? Si tan
ti vitrꝫ: quare nõ maioris ſit p̃cij margaritũ? Quæ nata eſt ex ꝓmiſſione ſic viuat: vt illi dixerũt:
qui de repromiſſione generati ſunt. Aequa gr̃a æquũ habeat & laborẽ. Surda ſit ad organa ty
bia: lyra: cythara: cur facta ſint: neſciat. Reddat tibi quotidie penſũ de ſcripturarꝫ floribus ſertũ
Diſcat græcorꝫ verſuũ numerũ: ſequat̃ ſtatim & latina eruditio: quæ ſi nõ ab initio os tenerꝫ cõ
poſuerit: in peregrinũ ſonũ lingua corrumpit̃: & externis vitijs ſermo patrius ſordidat̃. Te ha
beat magiſtrũ: te viridis imitet̃ infantia: nihil in te & in patre ſuo videat: quod ſi fecerit: peccet.
Mementote vos parentes virginis: & id ſcitote: magis eam exemplis doceri poſſe q̃ꝫ voce. Ci E
to flores pereunt: cito violas & lilium & crocũ peſtilens aura corrumpit: Nunq̃ abſq̃ te ꝓcedat
in publicũ. Baſilicas martyrꝫ: & eccleſias ſine matre non adeat. Nullus ei iuuenis: nullus cincin
natus arrideat. Vigiliarꝫ dies & ſolennes ꝓnoctationes ſic virguncula noſtra celebret: vt ne trã
uerſo quidem vngue a matre diſcedat. Nolo de ancillulis ſuis aliquã plus diligat: cuius crebro
auribus ſuſurret. Quicquid vni loquitur: hoc omnes ſciant. Placeat ei comes non compta neq̃
formoſa atq̃ laſciua: quæ liquido gutture carmen dulce moduletur: ſed grauis: pallens: ſordida
ta: ſubtriſtis: proponatur ei probæ fidei: ac morum & pudicitiæ virgo veterana: quæ illam doce
at: & aſſueſcat exemplo ad orationes & pſalmos nocte conſurgere: mane hymnos canere: ter
tia: ſexta: nona hora ſtare in acie quaſi bellatricem Chriſti. Accenſaq̃ lucerna reddere ſacrifici
um veſpertinum. Sic dies tranſeat: ſic nox illam inueniat laborantem: orationi lectio: lectõi ſuc
cedat oratio. Breue videbitur tempus: quod tãtis dierum varietatibus occupatur. Diſcat lanam
facere: tenere colũ: ponere in gremio calathũ: rotare fuſum: ſtamina pollice ducere: ſpernat bõ
bicum telas: ſericum: vellera & aurum in fila lenteſcens. Talia veſtimenta portet quibus pella
tur frigus: non quibus veſtita corpa nudent̃. Cibus eius oluſculũ ſit & ſimila: caroq̃ & piſcicu
li. Et ne gulæ præcepta longius traham: de quibus in alio loco plenius ſum locutus: ſic comedat
vt ſtatim eſuriat: vt ſtatim poſt cibum poſſit legere & pſallere. Diſplicent mihi (in teneris maxi
me ætatibus) longa & immoderata ieiunia: in quibus iunguntur hebdomades & oleæ in cibo:
ac poma vetantur. Experimento didici: aſellum in via cum laſſus eſſet: diuerticula quærere. Faci

ant hoc cultores Isidis & Cybele: qui guloſa abſtinentia phaſides aues: ac fumantes turtures vorant: ne ſcilicet cærealia dona contaminent: hoc in perpetuo ieiunio ſit præceptum: vt legitimi itineris viæ perpetuo ſuperent: ne in prima manſione currentes: corruamus in mediis. Cæterꝫ vt ante ſcripſi: in quadrageſima continentiæ vela pãdenda ſunt: & tota aurigæ rheticula equis laxanda, pperantibus. Qꝫq alia ſit conditio ſæcularium: alia virginum & monachorum. Sæcularis homo in quadrageſima ventris ingluuiem decoquit: & in cochleaꝫ morem ſuo ipſe ſucco ſuſtentat: vt futuris dapibus ac ſaginæ aliquantulum parcat. Virgo & monachus ſic in quadrageſima cibos dimittãt: vt ſibi meminerint ſemp eſſe currendũ. Finitus labor moderatior: infinitus immoderatior eſt. Ibi enĩ reſpiramus: hic perpetuo incedimus. Sed quãdo ad ſuburbana pergis: domi filiam non relinquas: neſciat ſine te poſſe viuere: & cum ſola fuerit: pertimeſcat: non habeat colloquia ſæcularĩũ: & malaꝫ virginum contubernia. Nõ interſit nuptijs ſeruulorum: neqꝫ familiæ perſtrepitus luſibus miſceatur. Scio præcepiſſe quoſdã: ne virgo Xp̃i cum eunuchis lauet: nec cum maritatis fœmis: quia alij non deponant animos virorum: aliæ tumentibus vteris præferãt fœditatẽ. Mihi oĩno in adulta virgine lauacra diſplicent: quæ ſeipſam debet & erubeſcere: & nudam videre non poſſe. Si enĩ vigilijs & ieiunijs macerat corpus ſuum & in ſeruitutẽ redigit: ſi flammã libidinis & incentiuæ feruẽtius extinguere cupit continẽtiæ frigore: ſi appetitus ſordidus turbare feſtinat naturalẽ pulcritudinẽ: cur econtrario balneaꝫ fomentis ſopitos ignes ſuſcitat? Pro gemmis & ſerico diuinos codices amet: quibus non auri & pellis Babyloniæ vermiculata pictura: ſed ad fidem placeat emendata & erudita diſtinctõ. Diſcat primo pſalterium: his ſe canticis ſanctã vocet: & in Prouerbijs Salomonis eruditaſ ad vitam. In Eccleſi aſten conſueſcat quæ mundi ſunt calcare. In Iob virtutis & patientiæ exempla ſectet. Ad euangelia tranſeat. Iamqꝫ ea poſitura de manibus: apoſtoloꝫ acta & epiſtolas tota cordis imbibatvoluntate. Cunqꝫ pectoris ſui cellariũ his opibus locupletauerit: mandet memoriæ pphetas Pẽtateucũ & Regũ & Paralipomenõ libros. Eſdre quoqꝫ & Heſter volumina. Ad vltimũ ſine periculo diſcat Canticum canticorum: quem ſi in exordio legerit: ſub carnalibus verbis ſpiritalium
F nuptiarum epithalamium non intelligens: periculum eſt ne vulneret. Caueat omnia apocrypha Et ſi quando ea non ad dogmatum veritatem: ſed ad ſignorum reuerentiam legere voluerit: ſciat non eorum eſſe quorum titulis prænotant. Multaqꝫ his admixta vitioſa: & grandis eſſe prudentiæ aurũ in luto quærere. Cypriani opuſcula ſemp in manu teneat. Athanaſij epiſtolas & hilarij libros inoffenſo currat pede. Illorũ tractatibus: illorũ delectet ingenijs: in quorũ libris pietas fidei non vacillat. Cæteros ſic legat: vt magis iudicet qꝫ ſequatur. Reſpõdebis: Quomõ hæc omnia mulier ſæcularis in tanta frequentia hominũ Romæ cuſtodire potero? Noli ergo ſubire onus quod ferre non potes: ſed poſtq̃ ablactaueris eam cum Iſaac: & veſtieris cum Samuele mitte auiæ & amitæ. Redde precioſiſſimã gemmã Mariæ: & cunis Ieſu vagientis impone. Nutriatur in monaſterio: ſit inter virginum choros: iurare non diſcat: mentiri ſacrilegium putet: neſciat ſæculum: viuat angelice: ſit in carne ſine carne. Omne hominum genus ſui ſimile putet: & vt cætera taceam: certe te liberet ſeruandi difficultate: & cuſtodiæ periculo: melius eſt deſiderare abſentem qꝫ pauere ad ſingula: quid loquaſ: cũ quo loquaſ: cui annuat: quem libenter aſpiciat. Trade Euſtochio paruulam: cuius nunc & ipſe vagitus pro te oratio eſt: trade comitem ſanctitatis futuram heredem: illam videat: illã amet: illã primis miretur ab annis: cuius & ſermo & inceſſus & habitus doctrina virtus eſt. Sit in gremio auiæ: quæ repetat in nepte quicquid præmiſit in filia: quæ longo vſu didicit nutrire: ſeruare: docere virgines: in cuius corona centenarij quotidie numeri caſtitas texit. Fœlix virgo: fœlix Paula Toxotij: quæ per auiæ amitæqꝫ virtutes nobilior eſt ſanctitate qꝫ genere. O ſi tibi cõtingeret ſocrũ & cognatã tuã cernere: & in paruis corpuſculis ingentes animos contuereris: p inſita tibi pudicitia non ambigerẽ quin præcederes filiã: & primã dei ſententiã in ſecundã euangelij legem mutares: & paruipenderes aliorũ deſideria liberoꝝ: & teipſam magis offerres deo. Sed quia tempus eſt amplexandi & tempus lõge fieri a complexibus: & vxor nõ habet poteſtatẽ corpis ſui: & vnuſquiſqꝫ in qua vocatiõe vocatus eſt in ea pmaneat in dño: & qui ſub iugo eſt: ita debet currere: ne in luto comitem derelinquat: totũ redde in ſobole: quod in te interim diſtuliſti. Anna filiũ quem deo vouerat: poſtq̃ obtulit in tabernaculo nunq̃ recepit: indecens arbitrata: vt futurus propheta in eius domo creſceret: quæ adhuc alios habere cupiebat. Deinde poſtqꝫ concepit & peperit: non eſt auſa ad templũ accedere: & vacua apparere corã domino: niſi prius redderet quod debebat: taliqꝫ immolato ſacrificio: reuerſa domũ: quinqꝫ liberos ſibi genuit: quia primogenitum deo peperat. Miraris fœlicitatem ſanctæ mulieris: imitare fidem. Ipſe ſi Paulã miſeris: & nutritiũ & magiſtrũ ſpondeo:

geſtabo humeris: balbutientia ſenex verba formabo: multo glorioſior mundi philoſopho: qui non regem Macedonum Babylonio periturum veneno; ſed ancillam & ſponſam Chriſti erudiam: regnis cœleſtibus offerendam.

Beati Hieronymi de honorandis parentibus tractatus: vbi monet filios præcepto legis honorare parentes: qui primi ſunt illis cauſa naſcendi: matres colere quæ conceptu: partu atq; educatione grauem exhibuerint filijs famulatū. Illis viciſſim ſeruire: eorq; obſequij imperio exemplo Machabæi: qui dum genitrici paruit ipſius ſuaſu eſt martyr effectus.

EPISTOLA VI.

Arentū meritis ſubiugās filios oīpotēs deus: ſeruiēdi legē in officijs poſteris dedit G
p vt hoc diuino cogant facere imperio: quod debuit pietas ſuadere: dicente illo in libro
Exo, 20 Exodi: in quo ita ſcriptū eſt: Honora patrē tuum & matrē tuā ſicut præcepit tibi dñs: vt bene ſit tibi: vt ſis longæ vitæ ſuper terrā: quā dñs deus tuus dabit tibi. Audite filij ſalutiferā iuſſionē: & præcepta legis affectu debiti amoris implete. Seruite patribus futuri prēs: & matres veſtras tenera diligite pietate: vt veſtræ coniuges mereant matrū nomine nuncupari. Nemo patrem aſperis verbis lædat: nō fiat amara dulcedo. Hoc ſit inter parentes & filios: quod iubente domino natura continuit. Affectū ſonet quicquid linguæ dixerint liberorum. Inter charas coniunctaſq; perſonas pietatis iura ſeruentur. Hoc filiorū ora loquant: quod parentes delectat audire. Præbeat patribus amoris mixta formido: qui primi nobis ſunt cauſa naſcendi. Exhibete pribus filij quod poteſtas paterni nomis cogit: quæ a deo eſt eorū meritis attributa: vt ipſa de vobis exigat quod natura iubere nō potuit. Matribus quoq; debitā impendite reuerētiam: quæ nobis vteri labore ſeruientes pondus noſtri corporis tolerant: atq; ignotam portantes infātiā famulatū quendā exhibent naſcituris. Illo tempore nō ſibi tm mater eſurit: nec acceptos ſola digerit cibos. Materno victu alitur & ille qui latet: eiuſq; mēbra alterius comeſtione paſcuntur vt homo futurus alienis morſibus ſaturetur. Quid ipſa memorē nutrimenta: & ipſæ infātiæ dulces iniurias: quas nutritoris affectus de ſuis parabolis ſumit? Quid cibos in matre confectos? Quid fœmineis manantes ex membris lacteū ſoluuntur in ſuccum: & fauces inualidas liquido ſapore perfundunt. Cogente natura ſumunt infantes de matre quod bibant: & dente non nato hoc ſibi currentibus labris eliciunt: quod non ſit neceſſe mordere. Seruiunt materna poſteris pectora: ſeruiunt ipſis in cunabulis: manus & terga mēbris deuota lactentium gratos artus accipiunt. Optat mater paruulum creſcere: optat cito videre maiorem: eumq; numeris iuuenū miſcere feſtinat: nunq; ſibi forſitan ſeruiturū. His tot tantiſq; præcedentibus factis parentibus: matri tota debet alacritate ſeruiri. Reddatur naturæ debitum: reddatur & poſteris quod debetur. Exolue fili quod debes: & officia debita qualicunq; exhibe famulatu: quia parētibus nemo poteſt reddere quod debetur. Humilitas talibus oblata perſonis viuendi tempus extendit: & morte dilata multū noſtram prorogat vitam: vicemq; facientibus reddens officia noſtra domino iubente cōmendat: qui intantū nomen parentū diligit: vt ſeipſum patrē iuſſerit dici. Irreuerens autem filius quid de dño ipſe mereatur: Salomonis dicta teſtantur. Contumelijs afficiens patrē: & contemnēs ſenectā matris cōfundet: & in opprobrijs erit filius derelinquens cuſtodire diſciplinam patris: meditabitur ſermones malitiæ. Maledicenti patrē & matrē extinguetur lumen: & pupillæ oculorū eius videbunt tenebras. Audi fili patrem qui te genuit: nec contempſeris quia ſenuit mater tua. Pareat patri lingua quam genuit: & matrē ſuā nemo crudeli verbo percutiat. Sic te rapiat fili iuuenilis ætatis auctoritas: vt noueris vnde ſis natus. Memento ſcripturæ ſententiæ:
Exo, 21. vbi ſpirituſancto loquente dictū eſt: Q uia qui maledixerit patri aut matri morte moriatur. Memento ergo parentū eſſe q; talis es: quorū manibus crementa ſumpſiſti. Fauces tuæ necdum lacteū perdiderunt ſaporē: quem tibi pia mater infundens linguā iſtam pauit potu corporis. Impende debitū patri matriq; ſeruitiū: qui nunq; tuos vagitus horrentes: totū in te lambebant oſculis corpus. Sit tibi grata ſalus ipſorum: quibus charior eſt tua vita q; propria. Redde amoris vicē colendæ pietatis. Facta parentū tuis cunabulis cōmoda officijs propriis exolue. Parentes enim adeo debent habere dulciores: quia per alios reparari nō poſſunt: & cū eos lex naturæ ſubtraxerit: nec patrē tibi alterū poteris inuenire: nec matrē. Mutato coniugio victricius pater eſt: nec nouerca poteſt nomen matris implere. Nullus igitur filiorū auctorem lucis ſuæ cædat iniurijs. Nemo parentibus optet aduerſa: qui liberos ſuæ ſaluti anteponunt Intolerabile nefas eſt ex illo ore proteruum audire ſermonem: aut illis pulſari manibus: quas amor diluit oculorum veſtrorum. Timete ſententiā quā dñs promiſit ingratis. Meretur eni cæcitatis ſuæ ſubire ſuppliciū: qui parentum vultus vel toruo viſu deſpexerit: & elatis oculis læſerit pietatem. Si quicq; ſapitis filij eo

animo videte venerabiles facies: quo vos ipsæ conspiciũt: & eorum labris dulcibus osculis inhærere: quia eorum oscula adhuc habetis in membris. Senibus seruire perfacile est: quos nemo potat: nemo nutrit succo corporis sui. Foueatur itaq; parentum senectus: & factis eorum vicissitudo reddatur. Habet enim quandam senectus infantiã. Videant liberi vestri quid faciant vobis: vicem similem reddituri. Imitamini filium Machabæum: qui matri mortem suadenti seruiuit: & durũ imperium gratanter aggressus est ne offenderet genitricem. Maluit fratrum sociari funeribus: q̃ voluntati matris obsistere. Ita enĩ matris suadentis voluntas perfecta est: vt deo filium faceret martyrem: & fratrũ coronis comparticipẽ. Denicq; obsequiũ suum melius morte probans: suasionẽ sermonis matris impleuit: & lucẽ istam moriendo contemnẽs: consors martyrũ factus est: vt illa germanitas æterno collegio firmaretur. Ecce quid præstitit animus matri subiectus: Deuotus filius obediendo promotus est: qui nolens maternam aliqualiter lædere pietatem: perpetuam vitam passione suscepit: qui dominũ confitendo merebatur cum fratribus a domino coram angelis coronari.

TRACTATVS TERTIVS TERTIAE PARTIS DE INSTITVTIONE CONVERSATIONE AC DISTINCTIONE CLERICORVM.

Bti Hiero. ad Nepotianũ de vita clericoꝝ exordiẽs a figura Dauid: qui senex Sunamitis fouebat ãplexu: ostẽdit senes frigescere corpe: sed ñ sapiẽtia: & pinde senili auctoritate vẽdicata: clericis proponit præcepta viuendi. Monet eos sui nomĩs interpretari vocabulũ: vt tanq; in sortẽ domini ascripti nitantur esse quod dicuntur. Docet esse hospitales: & fœminarum vitare consortia: communionis earũ pericula proponens: aspernari diuitias: & fugere delicatiora conuiuia: discere scripturas: & docere quæ faciant in doctrina: non arrogantes sed sale cõditos esse debere: subiectos esse pontifici: & pontifices pastores esse debere nõ dominos

EPISTOLA VII.

I p Etis a me Nepotiane charissime litteris transmarinis: & crebro petis vt tibi breui volumine digeram præcepta viuendi: & qua ratione qui sæculi militia derelicta vel monachus cœperit esse: vel clericus: rectum Christi tramitem teneat: ne ad diuersa vitiorum diuerticula rapiatur. Dum essem adolescens: immo pene puer: & primos impetus lasciuientis ætatis hæremi duricia refrenarem: scripsi ad auunculũ tuum sanctum Heliodorũ exhortatoriã epistolã: plenam lachrymis quærimoniisq;: & quæ deserti sodalis monstraret affectũ. Sed in illo opere pro ætate tunc lusimus: & calentibus adhuc rethorũ studiis atq; doctrinis: quædã scholastico flore depinximus. Nũc iã cano capite: & arata rugis fronte: & instar boũ pendentibus a mento palearibus.

Frigidus obsistit circum præcordia sanguis. Vir. æn. ei. 3.
Vnde & in alio loco idem poeta canit.
Omnia fert ætas animum quoq;. Et post modicũ. Vir. bu. ægl. 9.
Nunc oblita mihi tot carmina: vox quoq; mœrin. Iam fugit ipsa.
Quod ne de gentili tm̃ litteratura proferre videamur: diuinoꝝ voluminũ sacramẽta cognosce Dauid annos natus. lxx. bellicosus quondã vir: senectute frigescẽte nõ poterat calefieri. Quæritur itaq; puella de vniuersis filiabus Israel Abisac sunamitis: quæ cũ rege dormiret: & senile corpus calefaceret. Nõne tibi videt si occidentẽ sequaris litterã: vel figmentũ esse de mimo: vel Atellanaꝝ ludicra? Frigidus senex obuoluit vestimentis: & nisi complexu adolescentulæ nõ tepescit. Viuebat adhuc Bersabee: supererat Abigayl: & reliquæ vxores eius & cõcubinæ quas scriptura cõmemorat. Omnes quasi frigidæ repudiant: & in vnius tm̃ grandeuus calescit amplexibus. Abraã multo Dauid senior fuit: & tamen viuente Sara aliã nõ quæsiuit vxorem. Isaac duplices Dauid annos habuit: & cum Rebecca iam vetula nunq; refrixit. Taceo de prioribus añ diluuiũ viris: qui post annos nongẽtos: nõ dico senilibus: sed pene iã carios artubus: nequaq; puellares quæsiere amplexus. Certe Moyses dux Israelitici populi. cxx. annos habebat: & Sephoram nõ mutauit. Quæ est igit Sunamitis vxor: & virgo tã feruens vt frigidum calefaceret: tam sancta vt calentẽ ad libidinẽ nõ prouocaret? Exponat sapientissimus Salomon patris sui delitias: & pacificus bellatoris viri narret amplexus. Posside sapientiã: posside intelligentiã. Ne obli K uiscaris: & ne declinaueris a verbis oris mei. Ne derelinq̃s illã & apprehẽdet te: ama illã & cõseruabit te. Principiũ sapientiæ posside sapientiã: & in omi possessione tua posside intelligẽtiã: circũda illã & exaltabit te: honora illã & amplexabit te: vt det capiti tuo coronã gratiaꝝ. Corona q̃q; delitiarũ pteget te. Omes pene virtutes corporis mutant in senibus: & crescente sola sapien- Pro. 4.

tia: decreſcũt cæteræ vires: ieiunia: vigiliæ: & elemoſynæ: chameuniæ: id eſt. in pauimentũ dormitio: huc illucq; diſcurſus: peregrinorũ ſuſceptio: defenſio pauperũ: inſtantia orationũ: & perſeuerantia: viſitatio languentiũ: labor manuũ vnde præbeantur elemoſynæ. Et ne ſermonẽ longius protrahã: cuncta quæ p corpus exercent: fracto corpore minora fiunt. Nec hoc dico: q; iuuenibus & adhuc ſolidioris ætatis: his dũtaxat qui labore & ardentiſſimo ſtudio: vitæ quoq; ſanctimonia: & orationis frequẽtia ad dominũ Ieſum ſcientiã conſecuti ſunt. Frigeat ſapiẽtia quæ in plærisq; ſenibus ætate marceſcit. Sed q; adoleſcentia multa corporis bella ſuſtineat: & inter incentiua vitior; & carnis titillationes: quaſi ignis in lignis viridibus ſuffocet: & ſuũ non poſſit explicare fulgorẽ. Senectus vero rurſus eor; qui adoleſcentiã ſuã honeſtis actibus inſtruxerũt: & in lege dñi meditati ſunt die ac nocte: ætate fit doctior: vſu ſtructior: proceſſu tpis ſapientior: & veter; ſtudiorũ dulciſſimos fructus metit. Vnde & ſapiens ille vir græce Themiſtocles cũ expletis. cvij. annis: ſe mori cerneret: dixiſſe fert ſe dolere q; tunc egrederet de vita: quãdo ſapere cœpiſſet. Plato octogeſimo & vno anno ſcribẽs eſt mortuus. Et Iſocrates nonagínta & nouem annos in docendi ſcribẽdiq; labore cõpleuit. Taceo cæteros philoſophos: Pythagorã: Democritũ: Xenocratẽ: Zenonẽ: Cleantẽ: quĩ iã ætate lõgeua ĩ ſapiẽtiæ ſtudijs floruerũt. Ad poetas venio: Homerũ: Heſiodũ: Simonidẽ: Steſichor; qui grandes natu cigneũ neſcio quid: & ſolito dulcius vicina morte cecinerũt. Sophocles cũ ppter nimiã ſenectutem & rei familiaris negligentiã a filijs accuſaret amentiæ: Oedippi fabulã (quã nup ſcripſerat) recitauit iudicibus: & tantũ ſapientiæ ĩ ætate iam fracta ſpecimẽ dedit: vt ſeueritatẽ tribunaliũ in theatri fauorẽ verteret. Nec mir; cũ etiã Cato Cenſorinus: & Romani generis diſertiſſimus iã & ſenex græcas litteras nec erubuerit nec deſpauerit diſcere. Certe Homerus refert: q; de lingua Neſtoris iã vetuli: & pene decrepiti dulcior melle oratio fluxerit. Sed & ipſius Abiſac noĩs ſacramẽtũ: ſapiẽtiã ſenũ indicat ampliorẽ. Interp̃tat enĩ pater meus ſupfluus vel patris mei rugitus. Verbũ ſupfluum ambiguũ eſt: ſed in præſenti loco virtutẽ ſonat: q; amplior in ſenibus: & redundans ac larga ſapientia. In alio autẽ loco ſupfluus quaſi nõ ueceſſarius ponit. Abiſac aũt: id eſt. rugitus. ppríe nuncupat: quod vt maris fluctus reſonat: & (vt ita dicã) de pelago veniẽs fremitus audit. Ex quo oſtẽdit abũdantiſſimũ: & vltra humanã vocẽ diuini ſermonis in ſenibus tonitruũ cõmorari. Porro Sunamitis in lingua noſtra coccinea dicit: vt ſignificet calere ſapientiã: & diuina lectione feruere: quod licet dñici ſanguis indicet ſacramẽtũ: tamẽ & feruorẽ oſtendit ſapientiæ. Vnde & obſtetrix illa in Geneſi coccinũ ligat in manu Phares: qui ab eo q; parietẽ diuiſerat: duos ante populos ſeparantẽ: diuiſoris: id eſt Phares ſortitus eſt nomẽ. Et Raab meretrix in typo eccleſiæ: reſticulã myſteriũ ſanguinis continentẽ: vt Hiericho pereũte domus eius ſaluaret: appendit in feneſtra. Vnde & in alio loco de viris ſanctis ſcriptura cõmemorat: Hi ſunt qui venerunt de calore domus patris Rechab. Et dñs noſter in euangelio: Ignẽ inquit veni mittere in terrã: & quid volo niſi vt ardeat? Q ui in diſcipulorũ cordibus ſuccẽſus cogebat eos dicere: Nonne cor noſtrũ ardens erat in nobis dũ loqueret in via: & aperiret nobis ſcripturas? Q uorſũ hæc tam lõgo repetita principio? Ne a me quæras pueriles declamatões: ſniarũ floſculos: verbor; lenocinia: & per fines capitulorũ ſingulorũ acuta quædam breuiterq; cõcluſa: quæ plauſus & clamores excitent audientiũ. Amplexet me mõ ſapientia: & Abiſac noſtra quæ nũq; ſeneſcit: in meo requieſcat ſinu. Impolluta eſt: virginitatiſq; ppetuæ: & quæ in ſimilitudinẽ Marie cũ quotidie generet: ſemperq; parturiat: incorrupta eſt. Hinc reor dixiſſe & apoſtolũ: Spũ feruentes. Et in euangelio dominũ prædicaſſe: q; in fine mũdi: quãdo iuxta prophetã Zachariam: ſtultus paſtor eſſe cœperit ſapientia decreſcente refrigeſcet charitas multorũ. Audi igitur vt beatus Cyprianus ait: Non diſerta ſed fortia. Audi fratrem collega: patrẽ ſenio: qui te a cunabulis fidei vſq; ad perfectam ducat ætatẽ: & per ſingulos gradus viuendi præcepta conſtituens in te cæteros erudiat. Scio quidẽ ab auunculo tuo beato Heliodoro: qui nũc pontifex Chriſti eſt: te & didiciſſe quæ ſancta ſunt: & quotidie diſcere: normãq; vitæ eius exemplũ habere virtutũ. Sed & noſtra qualiacunq; ſunt: ſuſcipe: & libellum hunc libello illius copulato: vt cum ille te monachũ erudierit: hic clericũ doceat eſſe perfectũ. Igit clericus qui Chriſti ſeruit eccleſiæ: interpretet primo vocabulum ſuũ: & nominis definitiõe prolata nitat eſſe quod dicit. Si enĩ cleros græce ſors latine appellatur: propterea vocant clerici: vel quia de ſorte ſunt dñi: vel quia dñs ipſe ſors: id eſt pars clericorum eſt. Q ui aũt vel ipſe pars domini eſt: vel dñi partẽ habet: talẽ ſe exhibere debet: vt & ipſe poſſideat dñm: & ipſe poſſideat a dño. Q ui dñm poſſidet & cũ ppheta dicit: Pars mea dñs: nihil extra dominũ habere põt. Q; ſi quippiam aliud habuerit præter dominũ: pars eius non erit dominus. Verbi gratia: Si aurũ: ſi argentũ: ſi poſſeſſiones: ſi variã ſuppellectilẽ: cũ iſtis ptibus dñs ps eius

Themiſtocles
Plato
Iſocrates
Pytagoras
Democritus
Zenon
Xenocrates
Homerꝰ
Heſiodus
Simonides
Steſichorus
Sophocles
Geñ. 38.
Ioſue. 2.
1. Parꝰ. 2.
Luce. 12.
Luc. 24.
Ro. 12.
Mat. 24.
p̃s. 77.

fieri nō dignatur. Si autem ego pars domini sum: & funiculus hæreditatis eius: nec accipio partem inter cæteras tribus: sed quasi leuita & sacerdos viuo de decimis: & altari seruiēs altaris oblatione sustentor: habens victū & vestitū his contētus ero: & nudam crucem nudus sequar. Obsecro itaq; te: & repetens iterū iterumq; monebo: ne officium clericatus genus antiquæ militiæ putes: id est, ne lucra sæculi in Christi quæras militia: ne plus habeas q̄ quando clericus esse cœpisti: & dicatur tibi: Clerici eorum nō proderunt eis. Nōnulli enim sunt ditiores monachi q̄ fuerant sæculares & clerici: qui possident opes sub Christo paupere: quas sub locuplete & fallace diabolo non habuerant: vt susciperet eos ecclesia diuites: quos mundus tenuit ante mendicos. Mensulam tuam pauperes & peregrini nouerint: & cū illis Christum conuiuā noueris. Negotiatorem clericū & ex inope diuitem: ex ignobili glorioſum: quasi quandā pestem fuge. Corrūpunt mores bonos confabulationes pessimæ. Tu aurū cōtemnis: alius diligit: tu calcas opes: ille sectatur: tibi cordi est silentiū: māsuetudo: secretū: illi verbositas: attrita frons: cui nūdinæ placent: & plateæ ac medicorū tabernæ. In tanta morū discordia quæ potest esse cōcordia? Hospiti olū tuū aut raro aut nunq̄ mulierū pedes terant. Omnes puellas & virgines Christi aut æqualiter ignora, aut æqualiter dilige. Vide ne sub eodem tecto manseris: ne in præterita castitate confidas. Nec Dauid sanctior: nec Sampsone fortior: nec Salomone potes esse sapientior. Memento semper q̄ paradisi colonū de possessione sua mulier eiecerit. Aegrotanti tibi quilibet sāctus frater assistat: & germana: vel mater: aut probatæ quælibet apud omnes fidei. Q̄ si huiuscemodi nō fuerint consanguinitatis castimoniæq; personæ: multas anus nutrit ecclesia: quæ & officium præbeant: & beneficium accipiant ministrando: vt infirmitas quoq; tua fructum habeat elemosynæ. Scio quosdam conualuisse corpore: & animo ægrotare cœpisse. Periculose tibi ministrat: cuius vultum frequenter attendis. Si propter officiū clericatus: aut vidua a te visitatur: aut virgo: nunq̄ domū solus introeas: talesq; habeto socios: quorum contubernio non infameris. Si lector: si acholytus: si psaltes te sequitur: non ornētur veste sed moribus: nec calamistro crispent comas: sed pudicitiā habitu polliceantur. Solus cum sola secreto & absq; arbitris vel teste nō sedeas. Si familiarius est aliquid loquendū: habet nutricem maiorem domus: virginem: sororem: viduam: maritum: nō est tam inhumana: vt nullū præter te habeat cui se audeat credere. N Caueto omnes suspitiones: & quicq̄d probabiliter fingi potest: ne fingatur ante deuita. Crebra munuscula & sudariola: & fasciolas. & vestes ori applicitas: & oblatos & degustatos cibos: blādasq; & dulces litteras sanctus amor nō habet. Audi me mel meū: lumen meum: meumq; desiderium Christus est. Omnes delitias & lepores: & vsu dignas vrbanitates: & cæteras ineptias amatorum in comœdijs erubescimus: in sæculi hominibus detestamur: quanto magis in monachis & in clericis: quorū & sacerdotiū propositō: & propositum ornatur sacerdotio? Nec hoc dico: q̄ aut in te: aut in sanctis viris ista formidē: sed q̄ in omni proposito: in omni gradu & sexu: & boni & mali reperiant̄. Malorūq; condemnatio laus bonorū sit. Pudet dicere: sacerdotes idolorū: mimi & aurigæ & scorta hæreditates capiūt: solis clericis & monachis hoc lege prohibetur: & prohibetur nō a persecutoribus sed principibus christianis. Nec de lege conqueror: sed doleo: cur meruerimus hanc legem. Cauteriū bonū est: sed quo mihi vulnus vt indigeā cauterio? Prouida seueraq; legis cautio: & tamē nec sic refrenat̄ auaricia: p fideicommissa legibus illudimus: & quasi maiora sint: imperatore scita q̄ Christi leges timemus. Euāgelia contemnimus: sit hæres & mater filio: id ē, gregis sui ecclesia: quæ illos genuit: nutriuit & pauit. Quid nos inferimus inter matrem & liberos? Gloria episcopi est pauper opibus prouidere. Ignominia omniū sacerdotū est propriis studere diuitijs. Natus in paupere domo & in tugurio rustico: qui vix milio & cibario pane rugientem satiare ventrem poteram: nūc similā & mella fastidio. Noui & genera & nomina piscium: in quo littore concha lecta sit: calleo: saporibus auiū discerno prouincias: & ciborum me raritas: ac nouissime Dama ipsa delectant. Audio præterea in senes & anus absq; liberis quorundam turpe seruitiū. Ipsi apponūt mātilam: apponūt mappulam: obsident lectum: purulentias stomachi: & flegmata pulmonis manu propria suscipiunt. Pauent ad introitum medici: trementibusq; labijs an cōmodius habeant: sciscitant̄: & si paululū senex vegetior fuerit: periclitantur: simulataq; letitia mens intrinsecus auara torquetur: timent enim ne perdant ministeriū: & viuacem senem Matusalem annis comparant. O quanta apud deum merces: si in præsenti precium non sperarent: quantis sudoribus hæreditas cassa expetitur. Minori labore promissa margarita Christi emi poterat. Diuinas scripturas sæpius lege: immo nū q̄ de manu tua sacra lectio deponatur. Disce quod doceas: obtine eum qui secd̄m doctrinam est fidelem sermonem: vt possis exhortari in doctrina sana: & contradicētes reuincere. Perma-

1. Cor. 15

ne in his quæ didiciſti: & credita ſunt tibi: ſciens a quo didiceris. Paratus ſemper ad ſatiſfactionem: omni poſcenti te rationẽ de ea: quæ in te eſt ſpe. Nõ confundãt opera tua ſermonẽ tuũ: ne cũ in eccleſia loqueris: tacitus quilibet reſpondeat: cur ergo hæc quæ dicis ipſe nõ facis? Delicatus magiſter eſt: qui pleno vẽtre de ieiunijs diſputat: accuſare auariciã & latro poteſt. Sacerdotis Chriſti os: mẽs: manuſq; cõcordent. Eſto ſubiectus põtifici tuo: & quaſi animæ parentẽ ſuſcipe. Amare filiorum: timere ſeruorũ eſt. Si pater ſum inquit: vbi eſt honor meus? Si dominus ego ſum: vbi eſt timor meus? Plura tibi in eodẽ viro obſeruanda ſunt nomina. Monachus pontifex auunculus tuus: qui iã te in omnibus quæ ſancta ſunt docuit. Illud etiã dico: q; epi ſacerdotes ſe eſſe ſciant: nõ dños honorent clericos quaſi clericos: vt & ipſis a clericis quaſi epis honor deferat. Scitũ illud eſt oratoris Domitij: Cur ego te inquit habeã vt principẽ: cũ tu me nõ habeas vt ſenatorẽ. Quod Aaron & filios eius hoc eſſe epiſcopũ & p̃ſbyteros nouerimus: vnus dominus: vnũ templũ: vnũ ſit etiã miniſteriũ. Recordemur ſemp quid apoſtolus Petrus præcipiat
1. Pe. 5. ſacerdotibus: Paſcite eũ qui in vobis eſt gregẽ dñi: prouidentes non coacte ſed ſpõtanee ſc̃m deũ: neq; turpis lucri gratia: ſed voluntarie: neq; vt dominantes in clerũ: ſed forma facti gregis & ex aĩo: vt cũ apparuerit princeps paſtorũ: percipiatis immarceſcibilẽ gloriæ coronam. Peſſimæ conſuetudinis eſt: in quibuſdã eccleſijs tacere preſbyteros: & præſentibus epiſcopis nõ lo-
1. Co. 14. qui: quaſi aut inuideant: aut nõ dignentur audire. Et ſi alij (inquit apoſtolus Paulus) fuerit reuelatum ſedenti: prior taceat. Poteſtis enĩ per ſingulos prophetare: vt omẽs diſcant: & omnes conſolentur: & ſpiritus prophetarũ prophetis ſubiectus eſt. Non enĩ diſſenſionis eſt deus: ſed pacis: gloria patris eſt filius ſapiens. Gaudeat epiſcopus iudicio ſuo cũ tales Chriſto elegerit ſacerdotes. Docente te in eccleſia nõ clamor populi: ſed gemitus ſuſcitet: lachrymæ auditorũ laudes tuæ ſint. Sermo preſhyteri ſcripturarũ lectione conditus ſit. Nolo te declamatorẽ eſſe & rabulũ garrulumq; ſine ratione: ſed myſteriorũ peritũ: & ſacramentorũ dei tui eruditiſſimũ verba voluere: & celeritate dicendi apud imperitũ vulgus admirationẽ ſui facere indoctorũ hominũ eſt. Attrita frons interpretatur ſæpe quod neſcit: & cũ alijs ſuaſerit: ſibi quoq; vſurpat ſcientiã. Præceptor quondã meus Gregorius Naçianzenus: rogatus a me vt exponeret: quid ſibi vellet ĩ Luca ſabbatum Δεύτερόπρωτον id eſt, ſecundo: primũ eleganter luſit: Docebo te inquiens ſuper hac re in eccleſia: in qua mihi omĩ populo acclamante cogeris inuitus ſcire quod neſcis. Aut certe ſi ſolus tacueris: ſolus ab omnibus ſtultitiæ condemnaberis. Nihil tam facile q̃ vilem plæbeculã & indoctã concionẽ: linguæ volubilitate decipere: quæ quicquid non intelligit plus miratur. M. Tullius apud quem pulcherrimũ illud elogiũ eſt: Demoſthenes tibi præripuit: ne eſſes primus orator. Tu illi: ne ſolus: in oratione pro Q. Ligario Gallo quid de fauore vulgi: & de imperitis concionatoribus loquatur: attende ne his fraudibus illudaris. Loquor enĩ quæ ſum ipſe nuper expertus. Vnus quidem poeta nominatur homo perlitteratus: cuius ſunt illa colloquia poetarum & philoſophorũ: cum facit Euripidẽ & Menandrum inter ſe: & alio loco Socratem atq; Epicurũ diſſerentes: quorũ ætates non annis ſed ſæculis ſcimus eſſe diſiunctas: atq; is quantos plauſus & clamores mouet? Multos enim condiſcipulos mouet ĩ theatro: qui ſimul litteras non didicerant. Veſtes pullas æque vita vt candidas. Ornatus vt ſordes pari modo fuge: quia alterum delitias: alterum gloriam redolet. Non abſq; amictu lineo incedere: ſed preciũ veſtium linearũ nõ habere laudabile eſt: alioquin ridiculũ & plenum dedecoris eſt: referto marſupio: q; ſudariũ orariumq; non habeas gloriari. Sunt qui pauperibus parum tribuunt vt amplius accipiant: & ſub prætextu elemoſynæ quærant diuitias: quæ magis venatio appellanda eſt: q; elemoſynæ genus. Sic beſtiæ: ſic aues: ſic capiuntur & piſces. Modica in hamo eſca ponitur: vt matronarũ in eo ſacculi protrahantur. Scit epiſcopus cui cõmiſſa eſt eccleſia quem diſpenſationi pauperũ curæq; præficiat. Melius eſt ſponte nõ habere quod tribuas: q; impudenter petere quod recondas. Sed & genus arrogantiæ eſt: clæmentiorẽ te velle videri q; pontifex Chriſti
Virgi. ĩ buc. eſt. Nõ omĩa poſſumus omẽs. Alius in eccleſia oculus eſt: alius lingua: alius manus: alius pes: auris: venter: & cetera. Lege Pauli epiſtolã ad Corinthios: vbi diuerſa mẽbra vnũ corpus effici
1. Cor. 12 unt. Nec ruſticus & tm̃ ſimplex frater ideo ſe ſanctũ putet ſi nihil nouerit: nec peritus & eloq̃ns in lingua æſtimet ſanctitatẽ. Multoq; melius eſt e duobus imperfectis ruſticitatẽ ſanctam habere: q; eloquentiam peccatricẽ. Multi ædificant parietes: & columnas eccleſiæ ſubſtruunt: marmora nitent: auro ſplendent laquearia: gẽmis altare diſtinguitur. & miniſtrorũ Chriſti nulla electio eſt. Neq; vero mihi aliquis opponat: Diues ĩ iudæa templũ: menſas: lucernas: thuribula: patellas: ſcyphos: mortariola: & cetera ex auro fabrefacta. Tunc hæc probabant a domĩo: quãdo ſacerdotes hoſtias immolabãt: & ſanguis pecudũ erat redemptio peccatorũ: q̃q̃ hæc omĩa præ-

cesserint in figura. Scripta sunt autē propter nos in quos fines sæculoꝝ decurrerunt. Nunc vero cum paupertatē domus suæ pauper dominus dedicarit: cogitemus crucē eius: & diuitias lutum putabimus. Quid miramur ꝙ Christus vocat iniquū māmona? Quid suscepimus & amamus quod Petrus se nō hr̄e glorioſe testatur? Alioquin si tm̄ litterā sequimur: & in auro atq; diuitijs simplex nos delectat historia: cū auro obseruemus & cætera. Ducant pontifices Christi vxores virgines: q̄uis bonæ mentis sit qui cicatricem habuerit: & qui deformis est priuet̄ sacerdotio: lepra corpis animæ vitijs præferat̄. Crescamus & multiplicemur: & repleamus terrā: nec immolemus agnū: nec mysticū pascha celebremus: quia hæc absq; templo fieri lege prohibent̄. Figamus septimo mense tabernaculū: & solēnia ieiunia buccina concrepemus. Q; si hæc omnia spiritalibus spiritalia comparātes: scientesq; cū Paulo ꝙ lex spiritalis est: & Dauid verba cantantis Ro.7.
Q Reuela oculos meos: & cōsiderabo mirabilia de lege tua: sic intelligamus: vt dominus quoq; no p̄ s.118.
ster intellexit: & interp̄tatus est sabbatū. Aut aurū repudiemus cū cæteris superstitionibus iudæorū. Aut si aurū placet: placeant & iudæi: quos cū auro aut ꝓbare nobis necesse est aut damnare. Conuiuia tibi vitanda sunt sæculariū: & maxime eorū qui honoribus tument. Turpe est ante fores sacerdotis dñi crucifixi & pauperis: & qui cibo quoq; vescebat̄ alieno: lectores consulum & milites excubare. Iudicemq; prouincie melius vis apud te prandere q̄ in palatio. Q; si obtendes te facere hoc: vt roges pro miseris atq; subiectis: iudex sæculi plus deferet clerico continenti q̄ diuiti: & magis sanctitatē tuā venerabitur q̄ opes. Aut si talis est qui non audiat clericos pro quibuslibet tribulantibus nisi inter phialas: libenter carebo huiusmodi beneficio: & Christū rogabo ꝓ iudice: qui magis & citius subuenire potest q̄ iudex. Melius enī est confidere in domino q̄ confidere in homine. Melius est sperare in dño q̄ sperare in principibus. Nunq̄ vinum redoleas: ne audias illud philosophi: Hoc non est osculū porrigere: sed vinū propinare. Vinolentos sacerdotes & apostolus damnat: & vetus lex prohibet: Qui altario seruiunt: vinū & siceram Deut.29
nō bibant. Sicera hebræo sermone omnis potio nominat̄ quæ inebriare potest: siue illa quæ fermento conficit̄: siue pomoꝝ succo: aut cū faui decoquunt̄ in dulcē & barbarā potionē: aut palmarū fructus exprimunt̄ in liquorē: coctisq; frugibus aqua pinguior coloratur. Quicquid inebriat: & statū mentis euertit: fuge similiter vt vinū. Nec hoc dico ꝙ dei a nobis creatura damnetur. Si quidē & dñs vini potator est appellatus: & Timotheo dolenti stomachū modica vini sorbitio relaxata est. Sed modū ætatis & valitudinis pro corporum qualitate exigimus in potando. Mat.11.
Q; si absq; vino ardeo adolescens: & inflāmor calore sanguinis: & succulento validoq; sū cor- 1.Thi.5.
pore: libenter carebo poculo in quo suspitio veneni ē. Pulchre dicit̄ apud græcos: & nescio vtrū apud nos æque resonet: Pinguis venter nō gignit mentē tenuē. Tantū tibi ieiuniorū modū impone: quantū ferre potes. Sint tibi ieiunia pura: casta: simplicia: moderata: & non superstitiosa.
R Quid prodest oleo non vesci: & molestias quasdā difficultatesq; ciboꝝ quærere: caricas: piper: nuces: palmarū fructus: similā: mel: pistacia? Tota hortorū cultura vexatur: vt cibario nō vescamur pane: & dum delitias sectamur: a regno celorū retrahimur. Audio præterea quosdā contra rerum hominūq; naturā aquam nō bibere: nec vesci pane: sed sorbitiunculas delicatas & contrita olera: betarūq; succū non calice sorbere sed concha. Prohpudor non erubescimus istiusmodi ineptijs? nec tedet superstitionis? Insuper etiam famē abstinentiæ in delitijs quærimus. Nā fortissimū ieiuniū est aqua & panis. Sed quia gloriā nō habet: & oīes pane & aqua viuimus: quasi publicū & cōmune ieiuniū nō putatur. Caue ne hominū rumusculos aucuperis: ne offensam dei populorū laude cōmutes. Si adhuc (inquit apostolus) homīibus placerē: Christi seruus nō es- Gal.1.
sem. Desinit placere homīibus: & seruus factus est Christi per bonā famā & malā: a dextris & a siniſtris Christi miles gradit̄: nec laude extollit̄: nec vitupatione frangit̄. Nō diuitijs tumet: nō contrahit̄ pauptate: & læta contēnit & tristia. Per diē sol nō vrit eū: neq; luna per noctē. Nolo te orare in angulis platearū: ne rectū iter præcū tuarū frangat aura popularis. Nolo te dilatare fimbrias: & ostentui habere philateria: & conscientia repugnāte pharisaica ambitione circūdari. In de pendet euangeliū: inde lex & ꝓphetæ siue sacra & apostolica doctrina. Melius est enī hæc oīa in mente portare q̄ in corpore. Fidelis mecū lector intellige: quid taceā: & quid magis tacendo loquar. Tot te regulæ quot species gloriaꝝ vanarū percurrāt. Quāto melius erat hoc nō in corpore sed ī corde gestare? & dñm habere fautorē nō homines? Vis scire quales dñs quærat ornatus? Habeto prudentiā: iusticiā: temperantiā: fortitudinē. His cœli plagis includere: hæc te quadriga velut aurigā Christi ad metā concitū ferat. Nihil hoc monili preciosius: nihil hac gēmarū varietate distinctius: ex omni parte decoraris: cingeris atq; protegeris: & ornamento tibi sunt & tutamini: gēmæ vertuntur in scuta. Caue quoq; ne aut linguā aut aures habeas prurientes: id ē.

ne aut ipſe alijs detrahas: aut alios audias detrahentes: Sedens inquit aduerſus fratrem tuum detrahebas: & aduerſus filium matris tuæ ponebas ſcandalum: hoc feciſti & tacui. Exiſtimaſti iniquę ero tui ſimilis: arguam te & ſtatuam contra faciem tuam. Parce detractioni linguæ: cuſtodi ſermones tuos: & ſcito quia cuncta quæ de alijs loqueris: tua ſententia iudicaris: & in his ipſe deprehēſus eris quæ in alijs arguebas. Neq; vero illa iuſta ē excuſatio: referentibus alijs: iniuriā facere nō poſſum. Nemo inuito auditori libenter refert. Sagitta in lapidem nunq; figitur: interdum reſiliens percutit dirigentē. Diſcat detractor dum te videt nō libenter audire: non facile de-
Pro. 24. trahere. Cū detractoribus (ait Salomō) ne cōmiſcearis: quoniam repente veniet perditio eorum & ruinam vtriuſq; quis nouit? tā videlicet eius qui detrahit: q; illius qui cōmodat aurē detrahenti. Officiū tuum eſt viſitare languentes: noſſe domos matronarū: ac liberos earū: & nobilium virorum cuſtodire ſecreta. Officij ergo tui ē: nō ſolum oculos caſtos ſeruare: ſed & linguam. Nun q; de formis mulierū diſputes: nec quid in cuiuſq; domo agatur alia domus per te nouerit. Hippocrates adiurat diſcipulos ſuos anteq; doceat: & i verbis ſuis iurare compellit: extorquet ſacramento ſilentiū: ſermonē: inceſſum: manſuetudinē: habitū: moreſq; deſcribit. Quāto magis nos quibus animarū cura cōmiſſa eſt: omniū chriſtianorū domos debemus amare quaſi pprias. Cōſolatores nos potius in mœroribus ſuis q; cōuiuas in pſperis nouerint. Facile cōtemnit clericus qui ſæpe vocat ad prandiū: & ire nō recuſat. Nunq; petētes: raro accipiamus rogati. Beatius enī eſt magis dare q; accipere. Neſcio enī quomodo etiam ipſe qui deprecat vt tribuat: cum accepe-
1. Cor. 7. ris viliorem te iudicat: & mirū in modū ſi eum rogantē contempſeris: plus te poſterius venera-
tur. Prædicator continentiæ nuptias ne concilíet. Qui apoſtolū legit: ſupereſt vt qui habent vxores: ſic ſint quaſi nō habeant: cur virginē cogit vt nubat? Qui de monogamia ſacerdos ē: quare viduam hortatur vt bigama ſit? Procuratores & diſpenſatores domorū alienarum: quomō poſſunt eſſe clerici: qui pprias iubent cōtemnere facultates? Amico quippe rapere furtum eſt. Eccleſiam fraudare ſacrilegium eſt. Accepiſſe quod pauperibus erogandum eſt: & eſurieutibus plurimis: vel cautū velle eſſe: vel timidū. Aut quod apertiſſimi ſceleris eſt: aliud exinde ſubtrahere: omniū prædonū crudelitatē ſuperat. Alter fame torquet: & tu iudicas quoniam ventri eius ſatis ſit. Aut diuide ſtatim quod acceperis: aut ſi timidus diſpēſator es dimitte largitorē: vt ſua ipe diſtribuat. Nolo vt ſub occaſione mea ſacculus tuus plenus ſit. Nemo mea melius me ſeruare poteſt. Optimus diſpenſator eſt qui ſibi nihil reſeruat. Coegiſti me Nepotiane chariſſime: lapidato iā virginitatis libello: quē ſanctæ Euſtochio Romæ ſcripſeram: poſt annos decē rurſus Bethleem ora reſerare: & confodiendū me linguis oīm prodere. Aut enī nihil ſcribēdū fuit: ne hominū iudiciū ſubiremus: quod tu facere quoq; voluiſti: aut ſcribentes nos noſſe: cunctorum aduerſum nos maledicorū tela eſſe torquēda. Quos obſecro vt quieſcant & deſināt maledicere. Non enim vt aduerſarijs: ſed vt amicis ſcripſimus. Nec inuecti ſumus in eos qui peccāt: ſed ne peccent monuimus. Neq; in illos tm̄: ſed & in noſipſos ſeueri iudices fuimus. Volenteſq; feſtucam de oculo alterius tollere: noſtrā primū trabē eiecimus. Nullū læſi: nullius nomen de mea ſcriptura deſignatum ē. Neminē ſpecialiter meus ſermo pulſauit. Generalis de vitijs diſputatio ē. Qui mihi iraſci voluerit: prius ipſe de ſe q; talis ſit confitebit.

Epiſtola beati Hieronymi p̄ſbyteri ad Oceanū de vita clericorū, vbi ad eorū inſtitutionē proponit epiſtolam Pauli ad Timotheū de epiſcopo: vt ex illo cæteri gradus clericorū diſcant quomodo viuere debeant. Monet illos fœminarū vitare conſortia: oſtendens ex illarū cōuerſatione etiam ſi cognatione iungant quantū periculi immineat. EPI. VIII.

S Ophronius euſebius Hieronymus Oceano ſuo ſalutē. Deprecatus es vt tibi breuiter exponerē: qualiter clerici debeāt victitare in hac vita mortaliū. Hinc me plærique maledictis æmuli præſtolant, quia non ſileo veritatē: tñ mihi chariſſime ab apoſtolo ſu-
1. Thi. 3. mamus exordiū: qui ait: Humanus ſermo & oī acceptiōe dignus. Si quis epatū deſiderat bonū opus deſiderat. Oportet enī epm irrep̄henſibilē eſſe: & reliqua. Totū comp̄hendit eſſe cauendū: cū irrep̄henſibilē ponit. Quō igit alterū rep̄hendet: cū ipſe qui accepit poteſtatē vt doceat: ſit rep̄henſus? Quia vita epi forma debet eſſe clericorū. Ex epo gradus cæteri clericorū cōdiſcūt quō debeāt viuere ī hac vita mortali. Seipſos imitabiles debēt pponere ſacerdotes: vt alij iuniores gradus humiles conſecuti: vita & teſtimonia ſacerdotū poſſint exurgere. Præcipue illud reor attētius tibi eſſe puidendū: quia prima tētamēta ſunt clericorū: mulierū frequenter acceſſus. Iſte ſexus rep̄henſibiles exhibet clericos. Quid tibi reuera cū fœminis: qui ad altare cū dño fabularis? Te cūcti in publico: te ī agro ruſtici aratores ac vinitores q̄tidie grauiter lacerabunt: ſi cōtra diſpoſitū fidei cū fœminis habitare cōtendis. Et quia (vt arbitror) cōcupiſcis irrep̄

henſibilis inueniri: teſtimonio bono vtere. Nũquid in choro apl̃orum fœminæ affuerunt? Prohibe tecum virgines morari: etiã quæ de genere tuo ſunt. Diligis eas? Exterius ordina: frequenter viſita: iunctus obſequio clericoꝝ. ne dum ſecretaliter ac ſolus ingredieris: macules teſtimoniũ tuũ. Illud etiam adijciendũ eſt: quia ſi vxorem duceres: lex te nõ phiberet habitare cum conſerua. Cum vxoris enĩ conſenſu eiuſmodi ad regimen ſacerdotij promouentur: maxime cũ apoſtoli epiſtola præceptum hoc habeat: Vnius vxoris virũ ad honorem clericatus eligendum. Te vero nõ ita ſolitaria præcepta cõſtringunt. Aliter coniugati: aliter virgines admonentẽ eccleſia-
V ſtici onus ſubire miniſterij. Fœminarũ cum clericis nullo pacto cõiuncta præcipitẽ cõuerſatio. Ianua diaboli: via iniquitatis: ſcorpionis pcuſſio: nociuumq; genus eſt fœmina. Cum ꝓximat ſtipula: incendit ignem. Flãmigero igne percutit fœmina conſcientiã pariter habitãtis: exuritq; fũdamenta montium. Ego id dico: ſi cum viris fœmine habitent: viſcariũ nõ deerit diaboli: ex eis aucupatum ẽ ab initio peccatum. Ferreas mentes libido domat. Si alligauerit quis ignem ĩ ſinu ſuo: & veſtimenta eius nõ comburentẽ? Aut ſi quis ambulauerit ſuper carbones ignis: pedes ſuos nõ cõburet? Mihi crede: nõ põt toto corde cum domino habitare: qui fœminarum acceſſibus copulatur. Sed dicis: qui ambulat inquit ſimpliciter: ambulat cõfidenter. Bene & argute. Sed & oportet teſtimoniũ bonum habere ex his qui foris ſunt. Licet coram deo recte incedas: tamẽ coram hominibus bona ꝓuidenda ſunt: quia & aſtutiores ſunt filijs lucis filij tenebrarũ. Cum ergo hoc genus a te amputatẽ: das reprehẽdentibus te locũ. Ipſe te detrahentium morſibus tradidiſti: ſi agapetarum cõſortium nõ dimiſeris. Benignus es: gaudeo: pudicus: falſum eſt. Si aliquis ſenſerit clericũ habitare cũ fœmĩs: nõ credit eũ eſſe caſtũ. Si pudicitiã quæris: quare habitas cũ fœminis? Fœminã quã bene videris cõuerſantẽ mẽte dilige: nõ corpali frequentes ornatu. Nõ veſtis tenera clericũ facit aut ſacerdotẽ: ſed caſta mẽtis intẽtio. Hæc enĩ deuotionẽ honoris in te cuſtodit. Honorẽ quidẽ glorioſum: boni opis fama cõſeruat. Sacerdotes ꝙppe decet: vel cæteros clericoꝝ gradus (vt ſupra dictũ ẽ) a fœmĩs ſegregari. Si igitẽ generis gratiã iudicas eaſdem nullo pacto dimittere: memẽto Thamar: ꝙ ab Ammõ frẽ ſuo corrupta ſit. Idipſum ꝓſequor dilectiſſi me vbi vnius ẽ tabernaculi cõuerſatio: carnis nõ facile tollit delectatio. De duobus enim quod vnus deſiderat: ſi loqui nõ põt: tentatẽ tñ. Remotio igitẽ viri caſtitatis collocat arma. Conſtruit in melioribus caſtra: pudoris honorẽ cõſolatẽ. Potuit enĩ & Maria mater dñi de choro apl̃orum nõ diſcedere: ſi liceret. Tecla poſt tentationẽ paſſionis Antiochiæ: a Paulo ꝓhibet pariter pergere Nemo miles cũ vxore ꝓgit ad bellũ: nõ inuideo charitati tuæ: ſit tibi cũ caſtis virginibus longeua dilectio. Tũc in bono meritũ collocabis: & famã meliorabis: ſed ſi cõgregatões cõſtituis puellaꝝ: pulchre cenſeo ĩ hebdomada ſecũda viſitatõe ad benedicendũ cõgregationem venias: ſed nõ ſolus. ne rumigeruli linguis te macerãtibus lacerent. Alienã enĩ cupiunt vicini diſcutere vitam: nõ ſuã. Propterea digne accipe meorũ præcepta verboꝝ: & monita humilitatis: quæ fraterno affectu calamo imperãte exp̃ſſimus: dulciter lege. Iã vero vt rep̃hẽſibilis diuini altaris nõ ſit ſacerdos: pauca de reliquis apoſtoli teſtimonijs quãtũ dominus donat: exponã. Sufficiunt ſuperiores cauſæ quæ dictæ ſunt. Veꝝ ne aliquis minus intellígẽs ad eꝑos tm̃ ſentiat apoſtolũ fuiſſe locutũ: quid de diaconibus ad Timotheũ præceptũ ſit: quid de preſbyteris ad Titũ: cõmemorare delectat. Sed prætereundũ nõ eſt ſupiorẽ explanare ſententiã. Vnius vxoris virũ: & noua & vetus præceptio ſacerdotẽ cẽſet eligendũ: quia digamos ad mĩſteriũ plericq; epĩ applicuerũt: ſed aſſeruerũt: cõcubina fuit illa: nõ vxor: quaſi nõ hæc ſint cõmercia fœditatis in illa quæ ĩ hac ex-
X ercentẽ: quæ vxor aſſeritẽ. An quia cõiugij tabulas nõ fecit: cõcupiſcentia alia nõ fuit? Nullo pacto digamos: vel cõcubinarũ cathenis inſertos: decet ſubire ſacerdotij mĩſteriũ. In Leuitico ſcriptum ẽ ac præfinitũ: quales eligi debeãt ſacerdotes: ſicut habes. Et dixit dñs ad Moyſen: Sacerdos vxorẽ accipiat virginẽ de ſemine patrũ ſuoꝝ. Viduam vero aut deſtitutã: aut a viuo marito derelictã non accipiat. Bñ audiui præcipiẽte dño Moyſi: quia nec vxor debet ſacerdoti digama cõuenire: ne honorẽ polluat ſacerdotij: ſicut vnius vxoris virũ: ſic vnius viri mandat vxorẽ. Si ergo clericus monogamus fuerit: & vxor eius digama: noli eũ mĩſterio applicare. Digamã enĩ duxit vxorẽ. Hæc Tito præcepta idem apoſtolus de ordinãdis clericis dedit. Et quia liber finem expectat: ad id redeamus vñ egreſſi ſumus. Nec ſi duæ vel tres pariter dei ancillæ morentẽ: ſolũ ad eas ingredi cõuenit ſacerdotẽ. Si quis hæc præcepta nõ obſeruauerit: hoſtis eſt aniæ ſuæ. Qui ſi poſt monita noſtra aliquis clericus agapetas amplius quæſierit amare cũ Chriſtũ: ſcd'm ſynodalẽ regulam cõueniatẽ: & præcepta patrũ in Nicea definita ei leganẽ. Iam vero ſi cõuentus fuerit prædicta & reliquerit: cõſecuti ſumus maximũ lucrũ. Alioquin ſi neglexerit: talis ab eccleſia Xpi anathematiçãdus ẽ. Germinãt enĩ fœminæ ſpinas cũ viris habitãtes: & archana mentiũ

Leuit. 21

Tit. 1.

acuto mucrone pcutiunt. Proh nefas: dolor est dicere: sed prætermire nō decet. Christo istæ nubere venerūt: nō clericis. Vnde sine nuptijs genus nouū vxorū? Et hoc ad nos quid pertinet quod infamare nō cessamus? A machera cessemus. Bonus honor est ī ecclesia: si a consortio virorū fœminæ sint lōge. Monachū vel clericū solitudo facit: nō publicum. Quid te virginale delectat alloquium? Cur sanctimonialiū contra fidem frequentas ī ecclesia: vel ī ipso publico? Si eos quos diligunt viderint: ridentibus oculis salutationis tenera verba procedunt. Deinde cum salutauerint: si eas dei viros prætermire celerius viderint: contemptores suos iudicant & irascuntur. Ordinatur diinde desertæ satisfactio: post satisfactionem prandium quasi noua lætitia disponit. Inter pocula improperant verba contemptus: ille vero lamentari se simulat: quasi peccati genus īducens. Lege quia talis debet esse solitarius: qualē Hieremias esse descripsit. Ait enī: Sedebit so
Treñ.3. litarius & tacebit: quia leuauit se sup se. Bonum est viro cum leuauerit iugum ab adolescētia sua Et quia Iesus relictis apostolis solus ibat orare: Mariā quoq; ī penetralibus angelus solam inuenit: nō cum agapeta loquentē: & illa virilem introitū trepidauit. Tu quæ fornax es malitiæ: qd a viro desideras frequentius salutari? & nescis quia dupliciter formam perdis: tuam simul & cle
rici: cuius mīsterio ecclesia Christi debet ornari. Inordinata consuetudo est: delicatis sermōibus Y
fabulosa calamitas. Sed si hospitalitatē cupis habere: habes tuas sorores: illæ apud te in domum vocari debent: non clerici. Erit ad ædificationem tuam sancta virgo quod dixero. In beatissimi Martini vita legimus commemorasse Sulpitium: q̄ transiens sanctus Martinus: quandam virginem moribus & castitate præcelsam: cupiens visitare: illa noluit: sed xenium misit ei: ac perfe nestram respiciens: ait sancto viro: Mi pater sancte ora p me: quia a viro nunq̄ sum visitata. Gratias egit deo sanctus Martinus: & q̄ talibus imbuta moribus castam custodierit voluntatem. Et benedicens eam abijt lætus. Hucusq; sufficiat de fœmīs dictum. Cōsummata q̄ppe virginū causa: transeamus ad reliqua. Hospitalē præcepit apostolus clericū ordinādū. Hoc præcepto pater
Geñ.18. Abraham & Loth angelos susceperunt: quia hospitalitatem inter cæteras dilexerunt virtutes. Sic & Onesiphorus Paulū doctrinæ fontē susceptt. Hæ imitatores sint vestræ: & ne sinatis incolā prætermire: q̄ apud vos panē nō comedat. Sequit. Nō pcussorē. Nō enī pugilē describit apostolus: qui cōscientias nō pcutiat singulorū: sed modestū: & reliq̄: Domū suam bene regentē. Per q̄ horribile erit: si domī clerico detrahat. Lædet sacerdotis opinionē ī plæbe: quādo de pximis eius male loqtur populus. Sup oīa hæc præcepit clericis boni testimonij fundamēta cōponere: vt bonorū operū testificatio casto cōfirmet affectu.

Beati Hieronymi p̄sbyteri ad Euagriū epla: qualiter p̄sbyter & diaconus differant: qua ostendit p̄sbyterū diacono ī honore lōge præstare. Et ī primitiua ecclesia eundē fuisse ep̄m & p̄sbyterū: Sed ī scismatis remediū vnū fuisse præpositū: & ī hoc orbis potius q̄ vrbis sequēdā cōsuetudinē: & hīc excerptus ē textus ī decre. xc. dis. c. legimus. EPI. IX.

Esa.32. I Egimus ī Esaia: Fatuus fatua loqtur. Audio quendā ī tantam erupisse vecordiam: vt A
diaconos presbyteris. i. epis anteferret. Nam cum apl's pspicue doceat eosdem esse p̄byteros quos epos: qd patit mensarū & viduarum mīster: vt sup eos tumidus se efferat: ad quorū preces Xpi corpus sanguisq; cōficit? Quæris auctoritatē. Audi testiō-
Phil.1. niū. Paulus & Timotheus serui Xpi Iesu: oīmibus sanctis ī Xpo Iesu q̄ sunt ī Philippis: cū epis & diaconibus. Vis & aliud exemplū ī actibus apl'orū: Ad vnius ecclesiæ sacerdotes ita Paulus lo-
Act.20 quit: Attendite vobis & cuncto gregi: ī quo vos spūssanctus posuit epos: vt regeretis ecclesiam dñi: quam acqsiuit sanguine suo. Ac ne quis contentiose ī vna ecclesia plures epos fuisse cōtendat. Audi & aliud testimoniū: ī quo manifestissime comprobat eundē esse epm atq; presbterū
Tit.1. Propter hoc reliqui te Crete: vt quæ deerāt corrigeres: & constitueres presbyteros per ciuitates sicut & ego tibi mādaui. Si quis est sine crimīe: vnius vxoris vir: filios habens fideles: nō ī accusatione luxuriæ: aut non subditos. Oportet enī epm sine crimine esse quasi dei dispensatorem.
1.Thi.4 Et ad Timotheum: Noli negligere gratiā quæ tibi data est pphetiæ per impositionē manuum p̄
1.Pe.5. sbyteri. Sed & Petrus in prima epistola: Presbyteros inquit in vobis præcor conpresbyter & testis passionum Christi: & futuræ gloriæ quæ reuelanda est: particeps regere gregem Christi: & inspicere nō ex necessitate: sed voluntarie iuxta deum. Quod quidem græce significantius dicit ἐπισκοποῦντες id ē: supintendētes: vnde & nomen episcopi tractū est. Parua tibi videntur tantorū virorum testimonia? Clangat tuba euangelica: filius tonitrui: quem Iesus amauit plurimū: qui de pectore saluatoris doctrinarū fluenta potauit. Presbyter electe domine & filios eius:
1.Io.1. quos ego diligo in veritate. Et in alia epistola: Presbyter Cayo charissimo quē ego diligo in veritate. Q̄ autem postea vnus electus est qui cæteris præponeret: in scismatis remediū factumē

ne vnuſquiſq; ad ſe trahens X̄pi eccleſiā rumperet. Nā & Alexandriæ a Marco euāgeliſta vſq; ad Heraclā & dionyſiū epos p̄ſbyteros ſemp vnū de ſe electū in excelſiori gradu collocatū: ep̄m nominabāt: quō ſi exercitus imperatorē faciat: aut diaconi eligāt de ſe quem induſtriū nouerint & Archidiaconum vocent. Quid enī facit excepta ordinatione epiſcopus quod p̄ſbyter nō facit
gelīū annunciant: de euangelio viuant. Et dicit alios coapostolos suos vsos fuisse hac potestate: nō vsurpata sed data. Plus ille fecit vt nec quod debebat acciperet. Ipse ergo donauit & debitū:
Luce.10 sed alius nō exigit indebitū. Ille plus fecit. Fortassis enī ipsū significabat: qui ægrū cum adduceret ad stabulariū dixit: Si quid amplius erogaueris: in redeundo reddā tibi. De his ergo qui non indigēt lacte gregis: qd plura dicamus? Misericordiores sunt: vel potius ipsi misericordie officium largius impendūt. Possunt enī: & quod possunt faciunt: laudent hi: nec damnent illi. Nā & ipse apostolus qui hoc nō quærebat: fructuosas tn̄ oues esse cupiebat: nō steriles sine lactis vbertate. Itaq; cū esset quodā tpe ī magna indigētia victus ī cōfessione veritatis: missum est illi a fra-
Phil.2. tribus vnde necessitati & indigentiæ mīstraret. Respōdit aūt illis gratias agens & dixit: Bene fecistis cōmunicare necessitatibus meis. Ego enī didici ī quibus sum sufficiēs esse. Scio & abundare & penuriā pati. Oia possum in eo qui me cōfortat. Verūtamē vos bn̄ fecistis vsibus meis mittere. Sed vt ostenderet in eo quod illi bn̄ fecere quod nō ipse quæreret: ne inter illos esset qui se- V
ipsos pascūt nō oues: nō tā suæ gaudet subuentū necessitati: q̄ illoꝝ gaudebat fœcūditati. Quid ergo ibi quærebat? Nō requiro inquit datū: sed requiro fructū: Nō ergo inqt vt explear: sed ne vos inanes remaneatis. Qui ergo nō possunt facere quod Paulus: vt in manibus suis transignāt: accipiant de lacte ouiū: sustentent suam necessitatē: nō hoc sibi quærant tanq̄ cōmodū suum: vt ex necessitate suæ pecuniæ videant annūciare euangelīū: sed hominibus illuminandis præbeant

lucē verbi veritatis. Sint enī tanq̄ lucernæ sicut dictum est: Sint lumbi vestri præcincti: & lucer- Luce. 12
næ ardentes: Et nemo accendit lucernā & ponit eam sub modio: sed super candelabrū: vt luceat Mat. 5.
omnibus qui in domo sunt. Sic luceat lumen vestrū corā homībus: vt videant bona opera vestra
& glorificent patrē vestrū qui ī cœlis est. Sī ergo tibi lucerna accenderetur in domo: nōne ad ſjce
res oleū ne extingueretur? Porro si lucerna accepto oleo non luceret: non erat plane digna quæ
in candelabro poneretur: sed quæ continuo frangeretur. Vnde enī viuitur: necessitatis est accipe
re: charitatis est præbere. Nō tanc̄ venale sit euangeliū vt istud sit precīū eius quod sumunt qui
annunciant vñ viuant. Sī enī sic vendunt: magnā rem vili precio vendunt. Accipiant sustentati-
onē necessitatis a populo: mercedē dispēsatōis a dño. Nō enī est idoneus populus reddere mer-
cedē illis qui sibi ī charitate euangeliū seruiūt: nō expectēt illi mercedē vnde & isti salutē. Quid
ergo isti increpantur vnde arguantur: qui cū lac sumerent: & lanis se tegerent: oues neglígebāt.
Sua ergo tantum quærebant nō quæ Iesu christi. Sed quoniā diximus quid sit lac sumere: quæ- Phil. 2.
X ramus quid sit lanis se tegere. Qui præbet lac victū præbet: qui præbet lanā honorem præbet.
Ista sunt duo quæ a populis quærunt: qui semetipsos pascunt non oues. Commodū supplendæ
necessitatis: & fauor honoris & laudis. Etenim vestimentū propterea bene intelligitur in hono-
re: quia nuditatem tegit. Etenim vnusquisq̄ homo infirmus: & quid est quisquis vobis præest:
nisi quod vos estis. Carnem portans mortalis est: manducat: dormit: surgit: natus est: moriturus
est. Sī ergo cogitatis quid sit: & ipse homo est: tu tamen honorando eum velut angelum conte-
gis quod infirmū est. Huiusmodi indumentū acceperat a bona dei plæbe idem Paulus cum dice
ret: Sicut angelum dei suscepistis me: testimoniū vobis perhibeo: quia si fieri posset: oculos ve- Gal. 4.
stros eruissetis & dedissetis mihi. Sed cum tantus honor exhibitus esset: nūquid propter ipsum
honorem sibi exhibitum: ne forte cum argueretur negaretur: & minus ipse apostolus laudare-
tur pepercit errantibus. Nam si hæc fecisset: esset inter illos qui seipsos pascunt: non oues: Dice
ret apud seipsum: Quid ad me pertinet. Quisq̄ quod velit agat: victus meus saluus erit: lac &
lana satis est mihi: eat quisq̄ quo potest: Ergo integra tibi sunt omnia: sic eat quisq̄ quo potest:
nolo te præpositū facere: vnum te constituo de ipsa plæbe: Sī patitur vnū mēbrū: cōpatiunt om- 1. Cor. 12
nia mēbra. Proinde ipse apostolus cū eos cōmemorat quales fuerint erga illū: Ne quasi oblitus
eorum honorificentia videretur: & testimoniū perhibet: sicut angelū dei susceperint eum: & q̄
si fieri posset oculos suos vellent eruere & illi dare: Et tamē accedit ad ouem languidā: ad ouem
putridam: secare vulnus: nō parcere putredini. Ergo inimicus factus sum vobis verū prædicās.
Ecce & accepit de lacte ouiū: sicut paulo añ memorauimus: & indumentū ex lanis ouium: sed ta
men oues nō neglexit. Nō enī sua quærebat: sed quæ Iesu christi. Absit ergo vt dicamus vobis: Phil. 2.
Y Viuite vt vultis: securi estote: deus neminē perdit: & tantūmodo fidem christianā tenete. Nō per
det ille quod redemit: nō perdet pro quibus sanguinem suū fudit. Et si spectaculis voluerītis ob
lectare animos vestros ite. Quid mali est. Et festa ista quæ celebrantur per vniuersas ciuitates
in letícia conuiuantiū & publicis mensis seipsos vt putant iocundantiū: reuera magis pereuntiū
ite celebrare. Magna ē dei misericordia quæ totū ignoscat. Coronate rosis vos anteq̄ marcescāt Sap. 2.
In domo dei vestri quādo volueritis cōuiuamī: implemī cibo & vino cū vestris. Ad hoc enī da-
ta est ista creatura vt perfruamini. Nō enī impijs & paganis eam dedit deus: sed vobis eā dedit.
Hæc si dixerimus: forte congregabimus turbas ampliores. Et si sunt quidā qui nos sentiant hoc
dicentes nō recte sapere: paucos ostendemus. Quod si fecerimus: nō verba dei: nō verba Chri-
sti dicentes: sed nostra: & sumus pastores nosmetipsos pascētes non oues. Cū aūt dixissem quæ
dīligant isti pastores: dicā & quæ negligant. Vitia enī ouiū late patent. Crasse oues ppaucæ sūt:
id ē. solidæ in cibo veritatis: vtētes pascuis bñ de munere dei: Sed mali illi pastores nō parcūt ta-
libus. Parū est q̄ illas languētes & infirmas & errātes & perditas nō curāt: sed istas fortes & pin-
gues necant quantū in ipsis ē. Illæ viuent de misericordia dei: sed quātum ad pastores malos atti
net: occidunt male viuēdo: malū exemplū præbēdo. An fruſtra dictū ē seruo dei eminēti in mē-
bris summi pastoris: Circa oēs teipm bonor̄ oper̄ præbe exemplū: & forma esto fidelis. Attē- Tit. 2.
dit enī ouis etiā fortis plærūq̄ præpositū suū male viuentē: si declinet oculus a regulis dñi: & in
tēdat ī hoiem: incipit dicere ī corde suo: Sī præpositus meus sic viuit: ego quid sum qui nō faciā
quod ille facit. Sī fortē ergo occidit ouē: iā de cæteris quid faciet qui illud quod nō ipse fortifica-
uerat: sed forte & robustum inuenerat male viuēdo interficit. Dico charitati vestræ: & si viuunt
oues: & fortes sunt oues ī verbo dñi: & tenēt istud quod audierūt a dño suo: Quæ dicūt facite: q̄ Mat. 23.
aūt faciūt facere nolite: tñ qui ī cōspectu dñi male viuit: quantū in illo est eū a quo attendit occi-
dit. Nō sibi ergo blādiatur: quia ille nō ē mortuus: sed homicida ē: quomō cū lasciuus hō inten

dit ad mulierẽ concupiſcendũ eã. Ecce illa caſta ẽ: & mœchus ẽ iſte. Dñi enĩ vera & apta ẽ ſnĩa:
Mat. 5. Quiſqs viderit mulierẽ ad cõcupiſcẽdũ eã: iã mœchatus ẽ eã ĩ corde ſuo. Nõ puenit ad illius cubiculũ: & interiore iã ſuo cubili volutaꝫ. Sic oĩs q male viuit ĩ cõſpectu eoꝝ qbus præpoſitus ẽ:
quãtũ ĩ ipſo ẽ occidit & fortes oues. Q ui ergo imitaꝫ præpoſitũ malũ moriꝫ: qui nõ imitaꝫ viuit Z
tñ q̃tũ ad illos ptinet ambos occidit. Et qđ craſſũ ẽ interficitis: & oues meas nõ paſcitis. Iã audiſtis qui diligãt: audite qui negligãt: qđ infirmũ ẽ nõ confortaſtis: & qđ tabuit nõ corroboraſtis:
Ecci. 2. & qđ cõtribulatũ ẽ. i. cõfractũ: nõ colligaſtis: & qđ errabat nõ reuocaſtis: & quod perĩt nõ inq ſiſtis: & quod forte fuit confeciſtis. i. interfeciſtis & occidiſtis. Infirmũ quippe animũ gerit ouis:
qñ tẽtatões ſibi ꝓfuturas nõ credit. Paſtor enĩ negligẽs qñ ſic credit: talis infirmus nõ illi dicit: Fi
li accedẽs ad ſeruitutẽ dei: ſta ĩ iuſtícia & timore: & præpara aĩam tuã ad tẽtationẽ. Q ui aũt hoc
loquiꝫ cõfortat ĩfirmũ: Ex ĩfirmo facit firmũ: vt nõ eũ crediderit. Proſpera huius ſæculi ſperare
Si aũt doctus fuerit ſperare, ꝓſpera ſæculi: ipſa, ꝓſperitate corrũpiꝫ. Supuenientibus autẽ aduerſitatibus ſauciaꝫ: aut fortaſſis extinguiꝫ Nõ ergo eũ ædificat ſup petrã qui ſic ædificat: ſed ſuper
arenã. Petra autẽ Chriſtus ẽ. Xp̃i autẽ paſſiones imitandæ ſunt: nõ xp̃iano delitiæ conquiren
Mat. 7. dæ. Confortaꝫ infirmus cũ ei dicit: Spera quidẽ tentatões huius ſæculi: ſed ab homĩbus eruet te
Mat. 27. dñs: ſi ab illo nõ recedet retro cor tuũ. Nã ad confortandũ cor tuũ venit ille pati: venit ille mori:
venit ille ſputis illini: venit ſpinis coronari: venit obprobria audire: venit poſtremo ligno confi
gi. Oĩa hæc ille, p te: tu nihil, p illo ſed, p te. Q uales aũt ſunt qui timent eos lædere quibus loquũtur: nõ ſolũ nõ præparãt ad imminẽtes tẽtatões: ſed etiã, pmittũt fœlicitatẽ huius ſæculi: quã deus ipſi ſæculo nõ, pmiſit. Ille prædicit labores vſq; in finẽ vẽturos ipſi ſæculo: & tu vis ab iſtis laboribus exceptũ eſſe xp̃ianũ: quia qui xp̃ianus ẽ: aliquid plus paſſurus ẽ ĩ ſæculo. Eteni ait apo
2. Thi. 3. ſtolus: Oẽs q volũt in xp̃o viuere: ꝓſecutionẽ patient. Tu dicis ſi voluerís ĩ xp̃o pie viuere: abũ
dabũt tibi oĩa bona: & ſi filios nõ habes: ſuſcipies & nutries omnes. Nemo tibi moriꝫ: hæc enĩ ẽ
ædificatio tua. Attende quid facias: vbi ponas. Super arenã eſt quod conſtituis: venturus eſt imber: influxurus ẽ fluuius: flaturus ẽ ventus: & impingent in domum iſtam: & cadet: & fiet ruina
eius magna. Leua de arena: & pone ſupra petram: in Xp̃o ſit quem vis eſſe xp̃ianũ. Attende ad
p̃s. 68. paſſiones Xp̃i: attende ad illum ſine vllo peccato: Quæ nõ rapuit exoluẽtẽ. Attende ſcripturã
Heb. 12. dicentẽ: Flagellat autẽ omnẽ filiũ quem recipit. Et para te flagellari: aut certe nõ quæras recipi.
Flagellat autem omnẽ inquit filium quem recipit: Et tu forte exceptus a paſſione flagellorũ: ex
Ioh. 1. ceptus a numero filiorum. Ita ne inquies flagellat omnẽ filium vt vnicum: & vnicus ille de pa A
Gal. 4. tris ſubſtantia natus æqualis patri in forma dei verbum: per quem facta ſunt omnia: nõ habebat
vbi flagellaretur: ad hoc carne indutus eſt: vt ſine flagello non eſſet. Q ui ergo flagellat vnicum
ſine peccato: nũquid relinquit adoptiuũ cum peccato. In adoptionẽ vocatos nos eſſe apoſtolus
p̃s. 2. dicit: Adoptionẽ filiorũ accepimus: vt eſſemus vni cohæredes: eſſemus etiã hæreditas. Poſtula a
me & dabo tibi gentes hæreditatẽ tuam. Exemplũ nobis, ꝓpoſuit & in paſſionibus ſuis. Sed ne
futuris tentationibus deficiat infirmus: nec falſa ſpe decipiendus ẽ: nec errore frangendus: Sed
dic ei: Præpara animã tuam ad tẽtationẽ. Sed forte incipit labi: contremiſcere: nolle accedere: ha
bes aliquid: Fidelis deus qui nõ vos ſinat tentari ſupra q̃ ferre poteſtis. Illud autem promittere:
& prædicare futuras paſſiones: infirmũ confirmare eſt. Timenti autem nimiũ & ex hoc deterrito cum polliceris miſericordiã dei: nõ quia tentatões deerunt: ſed quia nõ permittit tẽtari ſupra
q̃ poteſtis ferre: fractũ colligare eſt. Sunt enĩ qui cum audierint futuras tribulatões: armãt ſe magis: & quaſi potum ſuum ſicut paruã ſibi eam putant fideliũ medicinã: Sed quærẽt martyris gloriam. Sunt alĩ qui auditis futuris & neceſſario venientibus tentationibus: quas proprie oportet
venire chriſtiano. Q uas nemo ſentit niſi qui voluerit eſſe vere chriſtianus. Imminẽtibus ergo
ſibi aliquibus: frangitur & claudicat: affert conſolationis alligamentum: alliga quod fractũ eſt.
Dic ne timeas: nõ deerit in tentationibus ille in quem credidiſti fidelis deus: qui non ſinit te ten
2. Coꝛ. 13 tari ſupra q̃ potes ferre. Nõ hoc a me audis Apoſtolus dicit. Q ui etiã dicit: An vultis experimẽ
tum eius accipere qui in me loquitur Chriſtus? Hoc ergo cum audis ab ipſo Chriſto: audis & ab
p̃s. 79. illo paſtore qui paſcit iſrael. Illi enim dictũ eſt: Potabis eos in lachrymis in menſura. Q uod enĩ
ait apoſtolus: Non ſinit tentari ſupra q̃ poteſtis ferre: hoc ait propheta in menſura tm̃. Tu noli
dimittere corrigentem: adhortantem: trementem & conſolantem: & ſanantem. Q uod infirmũ
eſt inquit non confortaſtis. Paſtoribus malis dicit: paſtoribus falſis: paſtoribus ſua quærẽtibus:
Phil. 2. non quæ Ieſu chriſti: Ex cõmodo lactis & lanæ gaudentibus: oues omnino non curantibus. Et
quod male habuit non corroboraſtis: aut infirmũ: id eſt, non firmũ. Nam dicuntur infirmi etiam
ægrotantes: ſed inter infirmũ & ægrotum: id eſt, male habentem hoc mihi videt intereſſe. Eteni

ista fratres quæ distinguere vtcūq; conamur: forte & nos possumus maiore diligentia melius distinguere: & alius peritior vel lumine corporis plenior: interim ne fraudemini quantum ad ver-
B ba attinet scripturæ quod sentio loquor. Infirmo ne accidat temptatio & eum frangat: timēdum est. Languens autem iam cupiditate aliqua ægrotat: cupiditate aliqua impeditur ab intrāda via dei: a subeundo iugo Christi. Attendite illos homines volentes bene viuere: iam statuentes bene viuere: & minus idoneos mala pati: sicut parati sunt bona facere. Pertinet autem ad christia-nam firmitatem: non solum operari quæ bona sunt: sed & tolerare quæ mala sunt. Qui ergo videntur feruere in operibus bonis: sed imminentes passiones tolerare nolle: aut non posse: infirmi sunt: Qui vero aliqua cupiditate mala amatores mundi ab ipsis bonis operibus reuocantur: languidi & ægroti iacent: quippe in ipso languore tanq; sine viribus nihil boni possunt operari. Talis in anima paralyticus ille fuit: quem cum domino inferre non possent: qui eum portabant: Mar. 2.
tectum aperuerunt: & deposuerunt: id est. tanq; si in anima hoc velis facere vt tectum aperias: & deponas ad dominū animam paralyticam: dissolutam omnibus membris: & vacantem ab omni opere bono: grauatam vtiq; peccatis suis: & languentem morbo cupiditatis suæ. Si ergo dissoluta sunt membra omnia: & est paralysis interior: vt perueniās ad medicum (forte enī latet medicus: hoc est iste verus intellectus in scripturis occultus) est aperire tectum & deponere paralyticum. Quod qui non faciunt & facere negligunt: audistis quæ audiant: Quod male habuit nō corroborastis: & quod contribulatum est nō colligastis: iam hinc diximus. Fractus enī erat ter-
rore tēptationis. Accidit aliquid vnde quod fractum est colligetur consolatione illa. Fidelis de- 1. Cor. 10
us qui nō vos sinit temptari supra q̄ potestis ferre: sed faciet cum tēptatione etiam exitum vt possitis sustinere. Et quod errabat nō reuocastis. Ecce vnde inter hæreticos piclitamur. Et quod errabat nō reuocastis: & quod periit nō inquisistis. Hinc inter manus latronū: & dentes luporū furentiū vtcunq; versamur: & p his periculis nostris vt oretis oramus: Et contumaces oues quia q̄runt errantes: alienas sese a nobis dicunt: Errore suo & pditōe sua dicūt: Quid vos vultis? quid vos quæritis? quasi nō ipsa causa sit vt quærere eos velimus: Et quare quærimus? errāt & peūt. Si in errore inqt sum: si in interitu: quid me vis? quid me quæris? Quid in errore es? Reuocare volo quia peristis: inuenire volo. Sic volo errare: sic volo perire. Sic vis errare: sic vis perire: q̄nto melius ego nolo. Prorsus audeo dicere: Importunus sum. Audio enī dicentē apostolū: Prædica ver- 2. Thi. 4
bū: insta oportune: importune. Quibus oportune: quibus importune? Oportune vtiq; volentibus: iportune nolētibus. Prorsus iportunus audeo dicere: Tu vis errare: tu vis perire: ego nolo.
C Nō vult postremo ille qui me terret. Si voluero vide quid dicat: vide qd increpet. Quod errabat nō reuocastis: & quod periit nō inquisistis. Te magis timebo q̄ ipsū? Oportet nos oēs exhiberi añ tribunal Xpi. Reuocabo errantē: requirā perditū. Et si me lanient inquirentē vepres siluarū: per oīa angusta me coartabo: oēs sepes excutiā: quantū mihi viriū dns terrens donat: omnia p-agrabo: reuocabo errantē: requirā pereūtē: Timeo negligentē: etiā quod forte est occidā. Vide enī quod sequit: Et quod forte fuit cōfecistis. Si neglexero errantē atq; pereuntē: & eū qui fortis ē delectauit errare atq; pire. Cupio lucra exteriora: sed timeo plus dāna interiora. Si indifferentē habuero errorē tuū: attendit qui fortis est: putat ire in hæresim q̄n aliquid cōmode sæculo reluxerit: vnde imitet: statim mihi dicit fortis ille periturus: Cū te pditū nō requiro: & via hac deus ē. quid interest? homines inter se litigātes hoc fecerūt: vbicunq; colendus ē deus. Si forte illi dixerit aliquis donatista: Nō tibi do filiam meā nisi fueris de parte mea: Illi opus est vt attendat & dicat: Si nihil mali esset esse de parte eorū: nō cōtra illos dicerent tanta pastores nostri: pro illorum errore satagerent. Si ergo cessemus & taceamus: cōtraria locuturus ē: vtiq; si malū esset esse in parte Donati: loquerentur contra: redarguerent eos: satagerent lucrari illos: si errant reuocarent illos: Nō frustra ergo cum iam dixisset superius: Quod crassum est interfecistis. Ipsa est enim repetita sententia nisi ex his quæ supra dixit nata esset: Quod errabat non reuocastis: & quod perit non requisistis: & hoc faciendo quod forte est interfecistis. Proinde audi quid sequitur de ista negligentia malorum: immo falsorum pastorum: Et cum dispersæ sunt oues meæ: eo q̄ nō sit pastor: & factæ sunt in comesturam omnibus bestijs agri. Furantur lupi insidiantes: rapiūt leones frementes: cum oues non hærent pastori. Nam præsens est pastor: sed male agentibus non ē pa-
D stor: & inhærent pastoribus nō pastoribus: seipsos non oues pascentibus: & letalis error consequitur. Eunt in bestias deprædantes se: & eorum morte satiari cupientes. Tales enim sunt omnes qui gaudent de erroribus alienis: bestiæ sunt pastæ morsibus dispersarum. Et dispsæ sunt: & errauerunt oues meæ in omnē montem: & in omnē collem altum. Viam montibus & collibus tumor terrenus & superbia sæculi extulit. Superbia Donati fecit sibi partem subsequentem: cū

Parmenianus illius confirmauit errorẽ. Ille mons est: ille collis ẽ. Sic omnis cuiuslibet auctor erroris terrena elatione intumescens permittit ouibus requiem: bona pascua: & aliquando inueniunt ibi oues pascua de pluuia dici: nõ de duritia montis. Habent enim & ipsi scripturas: habent sacramenta: nõ sunt ista montiũ: sed cũ inueniuntur in montibus male remanent ĩ mõtibus. Errando enĩ in montibus & in collibus deserendo gregẽ: deserunt vnitatẽ: deserit vnitas cõhortes contra leones & lupos. Inde ergo reuocet deus ipse: Reuocet modo: audietis ipsum reuocantem Errauerunt inquit oues meæ in omnẽ montẽ: & in omnẽ collẽ altũ: hoc est in omnẽ tumorẽ ter-
p̃s. 120 ræ. Sunt enĩ & montes boni. Leuaui oculos meos ĩ montes: vnde veniet auxiliũ mihi. Et vide qa nõ tibi a montibus spes est. Auxiliũ inquit meũ a domino: qui fecit cœlum & terrã. Noli putare iniuriã facere te montibus sanctis quãdo dixeris. Auxilium meũ nõ in montibus: sed a domino qui fecit cœlum & terrã. Ipsi montes hæc tibi clamant. Audio in vobis sacramentũ fieri: vt vnus
1. Cor. 1. quisq; vestrũ dicat: Ego sum Pauli: ego Apollo: ego Cephe: ego autẽ Christi. Leua oculos ĩ istũ montem remaneas. Audi enĩ quid sequitur: Nũquid Paulus crucifixus ẽ p vobis? Ergo postea q̃ leuaueris oculos in montes: vnde venit auxiliũ tibi: id est. in auctorem scripturarũ diuinarum
p̃s. 82. Attende omnibus medullis suis: omnibus ossibus clamantem: Domine quis similis tibi? vt secu-
p̃s. 120 rus sine vlla iniuria montiũ dicas: Auxiliũ meũ a domino qui fecit cœlum & terrã. Nõ solũ tunc tibi nõ succedere montes: sed tunc amabunt: tunc magis fauebunt. Si in ipsis spem tuam posue E
Apo. 22. ris: contristabuntur. Angelus multa diuina & mira ostendẽs homini: ab homine adorabat tanq̃ leuantem oculos in montẽ: ait illi se reuocans ad dominũ: Noli inquit facere: illũ adora. Nã ego conseruus tuus sum & fratrum tuorũ. In omnẽ montem: & in omnẽ collem: & in omnẽ faciem terræ lucent. Ipsi amant: ipsi diligunt: volunt mori: vt abscondat vita ipsorũ ĩ Christo super omnẽ faciẽ terræ: sed tamen hæretici per totã faciem terræ: alij hic: alij ibi: nusq̃ tamen desunt: ipsi nõ nouerunt. Alia secta in Africa: alia hæresis in oriente: alia ĩ Aegypto: alia in Mesopotamia. Verbi gratia. Diuersis locis sunt diuersæ: sed vna mater superbia omnes genuit: sicut vna mater nostra catholica omnes xp̃ianos fideles toto orbe diffusos. Nõ ergo mirũ si superbia parit dissensionẽ: charitas vnionem: tamen ipsa catholica mater & ipse pastor in ea vbiq; quærit errantes: confortat infirmos: curat languidos: alligat confractos: alios ab istis: alios ab illis non seinuicem scientibus. Sed tamen illa omnes nouit: quia cum omnibus fusa est. Verbi gratia. Est in Africa pars Donati. Eunomiani non sunt ĩ Africa: sed cum parte Donati ẽ hic catholica. Sunt in oriente Eunomiani: ibi autẽ non est pars Donati: sed ibi est catholica. Illa sic est tanq̃ vitis crescendo vbiq; diffusa. Illic sunt tanq̃ sarmenta inutilis agricolæ falce præcisa merito sterilitatis suæ: vt vitis putaretur: non amputaretur. Sarmenta ergo illa vbi præcisa sunt ibi remanserunt. Vitis autem crescens in omnia: & sarmenta sua nouit quæ in illa manserunt: & iuxta se quæ de illa præcisa sunt. Inde tamen
Ro. 11. reuocat errantes: quia & de ramis fractis dicit apostolus: Potens est enĩ deus iterum inserere illos: siue dicas oues errantes a grege. Siue dicas ligna præcisa deuite: nec ad reuocãdas oues: nec rursus inserenda ligna minus idoneus est deus: quia ille summus pastor: ille verus agricola: & ĩ F omnẽ faciem terræ dispersæ sunt: & nõ fuit qui requireret: sed ĩ malis illis pastoribus nõ fuit homo qui reqreret. Propterea pastores audite verbũ dñi. Viuo ego dicit dominus deus. Videte vnde cepit: tanq̃ iuratio dei est testificatio vitæ. Viuo ego dicit dñs: mortui sunt pastores: sed securæ sunt oues. Viuit dñs. Viuo ego dicit dominus deus. Quia autẽ pastores mortui sunt quærentes nõ quæ Iesu christi. Erunt ergo & inuenientur pastores: nõ quæ sua sunt quærentes sed iesu christi. Erunt plane & inuenientur plane: nec deerunt nec defuerunt. Videamus ergo quid dicat dominus qui se dicit viuere. Vtrum dicat ablaturũ se oues a pastoribus malis pascentibus seipsos nõ oues: & daturum se eas pastoribus bonis pascẽtibus oues nõ se. Viuo ego dicit dominus deus: Quia pro eo q̃ facte sunt oues meæ ĩ comesturã omnibus bestijs campi: eo q̃ nõ esset pastor. Rursus pastorẽ dicit & paulo ante: & nũc nõ ait: sed ex eo q̃ nõ sint pastores. Ouibus enim talibus male errantibus: male pereuntibus nõ ẽ pastor: & si præsens ẽ pastor: & si præsens sit pastor: quia & cum præsens sit lux. Et nõ quæsierunt pastores oues meas: & pauerunt pastores se ipsos: oues autem meas nõ pauerunt. Propter istud pastores audite verbum domini. Hæc dicit dominus deus: Ecce ego super pastores: & inquiram oues meas de manibus eorũ. Inquiret mor
Eçe. 3. & 33. tem eorum. Dicit enĩ alio modo per eundem prophetam Fili hominis speculatorẽ dedi te domui israel: & audies ex ore meo sermones: & præmonstrabis eos ex me cum dixero peccatori: Morte morieris: & non fuerit locutus vt caueat impius a via sua: ille facinorosus in suo facinore morietur: sanguinem autem eius de manu tua requirã. Tu autem si prænunciaueris facinoroso vi-

am eius vt auertatur ab ea: & non fuerit auersus a via sua: ille in facinore suo morietur: tu animã tuam liberabis. Quid est fratres? Videtis q̃ sit tacere periculosum. Moritur ille & recte moritur
G in impietate sua: & peccato suo moritur. Negligentia enim eius occidit eum. Nam pastorẽ inueniet viuentẽ: quia ait: Viuo ego dicit dominus. Sed cũ fuerit negligens nõ admonẽte illo qui ad hoc est præpositus & speculator vt admoneat: & ille iuste moritur: & iste iuste damnatur. Si autem dixeris inquit impio: Morte morieris: cui ego fuero gladiũ cõminatus: & ille neglexerit vitare imminentẽ gladium, & venerit gladius & interfecerit eum: ille in peccato suo morietur: tu autẽ animã tuã liberasti. Propter hoc ad nos quidẽ ptinet nõ tacere. Ad vos autẽ & si taceamus: de scripturis sanctis verba pastoris audite. Videamus ergo: quia sic proposueram: vtrum auferat oues a pastoribus malis. Hoc enĩ dicit dominus: Ecce egoipse sup pastores: & inquirã oues Eçe. 34.
meas de manibus eorũ: & auertã ab eis vt nõ pascant oues meas: nec pascãt amplius pastores semetipsos. Quæ dicunt facite: quæ faciunt facere nolite: tanq̃ diceret: Mea dicunt: sua faciũt. Si diceret: Facite securi quod faciunt: ipsos damnabo male viuentes: vobis autem parcam qui secuti estis præpositos vestros. Si hoc diceret: dederat malis pastoribus pascentibus non oues sed se. Sed quoniã terret non solum cæcum ducentẽ sed cæcũ sequentem. Neq̃ enĩ ait Cadit ĩ foueam Mat. 15.
ducens: & nõ cadit sequens: sed cæcus cæcum ducens ambo in foueã cadunt. Admonuit oues & ait: Quæ faciunt facere nolite. Cum enĩ non faciatis quæ faciunt mali pastores: non vos ipsi pascunt. Cum autem facitis quæ dicunt: ego vos pasco. Mea dicunt enĩ & nõ faciunt. Securi inquiunt sequimur episcopos nostros. Dicunt hoc sæpe hæretici quãdo veritate manifestissima conuincuntur: Nõne oues sumus. Illi de nobis reddent rationẽ: reddent plane mala de morte nostra de morte eius maligne reddit malus pastor malã rationẽ. Nunquid ideo viuit ouis: quia designa
H tur pellis ipsius? Increpatur pastor quia neglexit ouem errantem: & propterea in fauces lupi irruit vt deuoraretur. Quid illi prodest quia affert pellem signatã? Paterfamilias vitam eius inquirit. Sed ecce malus pastor attulit pellem: reddat de pelle rationẽ: vere mentiturus est. Videbit de super qui postea iudicat: cui verba: ille facta numerat: cogitationes inspicit: Reddat pastor malus rationẽ pellis ouis mortuæ. Clamaui ei verba tua & sequi noluit: dedi operã vt a grege nõ ab erraret: & nõ obtẽperauit. Plane si hoc dicat: & verũ dicat (nouit autẽ ille vtrũ verum dicat) reddat bonã rationẽ de oue mala Si autẽ inspicit deus quia neglexit errantẽ: quia nõ quæsiuit pereuntẽ. Quid, pdest q̃ inuenit pellẽ quã referret? ipsam reuocaret ne pellẽ mortuæ demonstraret. Si ergo nõ bonã rationẽ reddit: quia nõ quæsiuit errantẽ: qualẽ fecit qui fecit errantẽ? Hoc ẽ q̃d dico: Si ĩ catholica cõstitutus eps nõ bonã rationẽ reddit de oue: si nõ quæsierit errãtẽ de grege dei: q̃lẽ rationẽ redditurus ẽ hæreticus: q̃ nõ solũ nõ reuocauit ab errore: sed etiã cõpulit ĩ errorẽ Sed videamus vt dixi quõ reuocet deus oues a pastoribus mal': iã cõmemoraui: Quæ dicũt faci Mat. 23.
te: quæ aũt faciũt facere nolite. Et nõ ipsi vos pascũt sed deus: qa velint nolint pastores vt pueniant ad lac & lanã: verba dei dicturi sunt. Qui p̃dicas nõ furãdũ furaris: dicit apl's ad eos q̃ bona Ro. 2.
dicũt: & mala faciũt. Tu audi p̃dicantẽ ne fureris: qa fieri non põt de spinis legere vuã. Et rursus dixisti mihi: q̃ quæcũq̃ dicũt facite: quæ aũt faciũt facere nolite. Quõ vis de spinis me colligere vuã verbi? Cui respõdebit: Nõ ẽ illa vua spinarũ: sed aliq̃n increscẽs sarmẽtũ implicat se in se Mat. 7.
pe: & pẽdet vua inter densa spinarũ: sed nõ surgit de radice spinarũ. Tu si esurieris & aliud nõ habes vñ sumas: caute manũ mitte ne laceraris a spinis, i. ne facta imiteris malorũ: & lege vuã inter spinas pendentẽ: sed de vite nascentẽ. Attẽde: veniet botri alimẽtũ: spinis seruat' ignis tormẽtorũ. Extrahã inqt oues meas de manibus eorũ: & nõ erũt eis adhuc ĩ cibũ. Hoc & ĩ psalmo dicitur Nõne cognoscẽt oẽs qui opant' iniq̃tatẽ: qui deuorãt ppl'm meũ vt cibũ panis? Et nõ erũt eis ad
I huc ĩ cibũ. Q̃m hæc dicit dñs deus: Ecce egoipse abstuli a mal' pastoribus oues: monẽdo vt dixi ps. 13.
ne quod faciũt mali pastores faciunt incaute negligentes oues. Et quid ait: cui dat q̃d illis abstulit: forte bonis pastoribus? Nõ hoc sequit'. Et quid dicemus frẽs: nõne sũt pastores boni? Nõne Hier. 3.
alio loco scripturarũ dicit? Et cõstituã eis pastores scd'm cor meum: & pascẽt eas de disciplina. Quõ ergo oues quas malis pastoribus tollit: nõ dat bonis: sed tanq̃ omnino nusq̃ remanserint Ioh. 21.
boni? Dicit: Ego pascam. Petro dixerat: Pasce oues meas. Quid ergo faciemus: cum Petro cõmendentur oues? Non ibi dixit dominus: Ego pascam oues meas: non tu. Sed Petre amas me? pasce oues meas: an forte quia modo non inuenitur Petrus? Iam enim assumptus est in requiem apostolorum & martyrum: nõ est cui dicat securus dominus ouium: Pasce oues meas: & quod ammodo quasi necessitate descendit ad officium pascendi oues suas: nõ habens quibus cõmendet: nec tñ deserẽs. Hoc enĩ videtur sequi. Hoc enĩ dicit dñs deus: Ecce egoipse: cui dicebamus: Qui pascis israel intende: qui deducis tanq̃ ouẽ Ioseph populũ ĩ ægypto constitutũ: Iã diffusus

in gentibus israel: ipse est Ioseph. Nostis enī quia migrauit Ioseph in ægyptum vendentibus fra
Mat. 25. tribus factum est. Vēdiderunt Christum iudæi sine causa: & inter apostolos ipse Iudas vendi-
tor fuit. Cœpit esse Christus in gentibus. Ibi honoratus est: ibi creuit populus eius: nō eum dese
rit pastor eius. Excita inquit potentiā tuam & veni: vt saluos facias nos. Plane facit & faciet. Ait
enī: Ecce ego ipse inquiram oues meas: & visitabo eas sicut visitat pastor gregem suū. Non cu-
rauerunt mali pastores: non enī suo sanguine redemerunt. Sicut visitat inquit pastor gregem su
um in die. In qua enī die? Cum fuerit nimbus & nubis: id est, in pluuia & nebula. Pluuia & nebu
la error seculi huius: caligo magna surgēs de cupiditate hominū: & nebula conterēs terrā. Et dif
ficile ē vt nō errent oues ex ista nebula: sed pastor nō deserit eas: inquirit eas: penetrat nebulam
oculis acutissimis: nō impeditur caligine nubiū: videt vndiq; errantē reuocat: tm̄ fiat quod in
Ioh. 10. euāgelio dicit: Quæ sunt oues meæ audiūt vocē meā: & sequunt me. In medio ouiū dispersarū
sic inquirā oues meas: & educā eas ab oīi loco quo dispsæ sunt. Illuc ī die nubis & nimbi qñ dif
ficile ē eas inuenirī. Tūc ego inueniā: crassa nebula ē: pinguis nimbus ē. Oculos enī eius nihil la K
tet. Et educā eas de gētibus: & colligā eas de regionibus: & inducā eas in terrā earū: Et pascā eas
sup mōtes earū: Cōstituit montes israel auctores scripturaq; diuinarū. Ibi pascite vt secure pasca
tis quicquid inde audieritis: hoc vobis bene sapiat: quicquid extra est: respuite ne erretis ī nebu-
la. Audite vocem pastoris: Colligite vos ad montes scripturæ sanctæ. Ibi sunt delitiæ cordis ve-
stri: ibi nihil venenosum: nihil alienum: vberrima pascua est: vos tm̄ sane venite: sane pascimi-
ni. In montibus israel & in riuis & in omni habitatione terræ. A montibus enī quos ostendimus
p̄s. 18. manauerunt riui prædicationis euangelicæ: cū in omnē terrā exiuit sonus eorū. Et facta ē oīis
habitatio terræ ad pascendas oues læta atq; fœcūda. In pascuis bonis pascā eas: & in montibus
israel errunt stabula. Erunt illic: hoc est vbi requiescant: vbi discant. Verum est: manifestum est:
nō fallimur. In gloria dei requiescent tanq; in stabulis & dormient: hoc ē, requiescent in delitijs
bonis: & in pascua pinguī pascentur super montes israel. Iam dixi: montes israel: montes bonos
quo leuamus oculos: vt inde nobis veniat auxiliū nostrū a domino: qui fecit cœlū & terrā. Ideo
ne vel in montibus bonis esset spes nostra: cū dixisset: Pascā oues meas super montes israel. Rur
sus ne tu spem poneres in montibus: subiecit statim: Ego pascam oues meas. Leua oculos tuos ī
montes: vnde veniet auxilium tibi. Sed attende dicentē: Ego pascam. Auxilium enī tuum a deo:
qui fecit cœlum & terrā. Ego requiescere faciam eas dicit dominus deus. Sed vt requiescere fa-
ciat: Primo curauit: posterius dicit: hic ē dñs deus. Primo quod petierat reqrā: Quod errauit re-
uocabo: & quod imminutū est colligabo: & quod exanime est confortabo: & quod pingue ē cu-
stodiam. Quod nō faciebant mali pastores seipsos pascentes nō oues. Nō ait dñs: Cōstituā ali-
os bonos pastores qui faciant hoc: sed ego inquit pascā oues meas: nulli cōmittā: Securi vos fra-
tres: securæ vos oues: Nobis videtur timēdū: quas idē pastor bonus claudit sic: Et pascā eā cum
iudicio. Vide quia solus pascit cum iudicio. Quis enī hō iudicat de homīe? Temerarijs iudicijs
plena sunt oīa. De q̄ desperauimus subito conuertit & fit optimus: De quo multū præsumpsi
mus: subito deficit & fit pessimus. Nec timor noster certus ē: nec amor nr̄ certus ē. Quid sit ho- L
die quisq; homo: vix nouit ipse homo: tamen vtcunq; ipse quod hodie: quid aut oues: nec aut ip
se pascit. Ergo cū iudicio dispartientis propria proprijs: hæc istis: illa illis: debita eis quibus de-
betur hoc aut illud. Nouit enī quid agat: cum iudicio pascit quos iudicatos redemit. Pascit ergo
Hier. 17. ipse cum iudicio. In propheta enī Hieremia ait: Clamauit quidē perdix: congregauit quæ nō pe
perit: faciens diuitias suas non cū iudicio. Pascit ille pastor cum iudicio: Quare ille sine iudicio?
Quia cōgregauit quæ nō peperit: Quare iste cū iudicio? quia fouet quod pepit. De pastore tm̄
bono loquit: Pastores boni aut nō sunt: aut latēt. Si enī nō sunt: quid agimus? Si latent: quid de
eis tacet? Perdix quidē illa a quibusdā maioribus: & ante nos scripturas tractantibus: diabolus
intellectus ē: cōgregans quæ nō peperit. Nō enī ille creator: sed deceptor ē: faciens diuitias suas
nō cum iudicio. Nō enī ad eum pertinet qui isto aut illo mō erret: oēs errātes vult quibuslibet er-
roribus: q̄ diuersæ sunt hæreses: q̄ diuersi errores. Ille enī in oībus vult errare hoies. Nō dicit di-
abolus: Donatistæ sint: nō sint Arriani: siue illic sit siue istic: ad eum pertinet congregātē sine iu
dicio. Idola inquit adoret: meus ē: iudeorum superstitione remaneat: meus ē: deserta vnitate ī il-
lam vel illā hæresim pgat: meus ē. Cōgregat ergo sine iudicio faciēs diuitias suas. Sed qd faciēs
sequat ī dimidio dieq; eius? Derelinquet eas: & ī nouissimis suis erit insipiēs. Venit ille congre
gans oues suas in dimidio dierū eius: priusq; sperabat: anteq; putabat derelinquet eas: & erit in- M
sipiens in nouissimis eius. Quare in primis suis sapiens erat: vt in nouissimis suis sit insipiens?
Audite fratres: dicit aliquando quidē in scripturis: Sapientia pro stultitia abusione verbi: non

proprietate. Vnde enī dicitur. Vbi ſapiens: vbi ſcriba: vbi conquiſitor huius ſæculi? Nōne ſtul- 1. Coř. 1.
ticiam fecit deus ſapientiam huius mundi? Et iſte perdix: id eſt. draco: id eſt tanc̄ ſemper ſapiēs
erat: & non Adam per Euam decipit. Vtrum dicere putas eſt bonum conſiliū: dare exiſtimatus
eſt contra deum creditus ē. Quod non dicitur ſapientia abuſiue verbi & in malo: conſuetudine
quidem ſcripturarum veſtrarū. Nam quemadmodū loquūtur auctores mūdi: quid ad nos? Ha-
bes in eodem libro. Erat ibi ſerpens ſapientior omnibus beſtijs. aſtutus & acutus ad decipiendū Geñ. 3.
agnoſcitur: nō poſtea ei creditur: Et dicitur ei: Renunciamus tibi: ſufficiat q̄ incautos primo de-
cepiſti. Ergo ita erit in nouiſſimis ſuis inſipiens: Qui cōgregauit quæ non peperit: & fecit diui- Hier. 17.
tias ſuas non cum iudicio. Paſcit contra illum redemptor noſter cum iudicio. Et exiſtat aliq̄s hæ-
reticus: & ſi nō frater diaboli: certe adiutor & filius: & ipſum dixerim perdicem contentioſū ani
mal: hoc eſt anima: vt aucupes norunt etiā contendendi ſtudio capitur. Contendunt iſti cōtra ve
ritatē: & cōtendere ex quo ſe diuiſere: modo dicūt cōtendere volumus: quia iam capti ſunt nolo
contendere. O capte aliquando tu eras qui primis temporibus ſeditōis tuæ traditores arguebas
innocētes damnabas: iudicio impatoris: iudicio ep̄or̄ nō cōſentiebas victus: Totiēs appellabas
apud ipſū: in patrē ſtudioſiſſime litigabas: cōgregabas quæ nō peperiſti. Vbi ē nunc ceruix tua?
vbi līgua tua? vbi filius tuus? Certe in nouiſſimis tuis factus es inſipiens: pauiſti ſine iudicio. Nō
enī verum vis: vel de errore tuo vel de veritate iudicare. Paſcit contra Chriſtus cum iudicio: di-
ſcernit oues ſuas ab ouibus nō ſuis. Quæ ſunt oues meæ inquit audiunt vocem meā: & ſequū- Ioh. 10.
tur me. Hac inuenio omnes paſtores bonos in vno paſtore. Non enim vere paſtores boni deſūt:
N ſed in vno ſunt: multi ſunt: qui diuiſi ſunt. Hic vnus prædicatur: quia vnitas commendatur. Neq̄
enim vere modo ideo tacentur paſtores: & dicitur paſtor: quia non inuenit dominus cui cōmen
det oues ſuas. Tunc autem ideo commendauit: quia Petrum inuenit: immo vero & in ipſo Pe-
tro vnitatem cōmendauit. Multi erant apoſtoli: & vni dicitur: Paſce oues meas. Abſit vt deſint
modo boni paſtores: abſit a nobis vt deſint: abſit a miſericordia ipſius vt nō eos gignat atq̄ cō-
ſtituat. Vtiq̄ ſi ſunt bonæ oues: ſūt & boni paſtores. Nā de bonis ouibus fiūt boni paſtores: ſed
oēs boni paſtores in vno ſunt. Vnū illi paſcunt: Chriſtus paſcit. Nō enī vocem ſuam dicunt ami- Ioh. 3.
ci ſponſi: ſed gaudio gaudent propter vocem ſpōſi. Ideo ergo ipſe paſcet cum ipſi paſcent: & di-
cit: Ego paſco: quia in illis vox ipſius: in illis charitas ipſius. Nā & ipſum Petrum cui commen-
dauit oues ſuas: quaſi alter alteri vnum ſecum facere volebat: & ſic ei oues cōmendaret: vt eſſet il
le caput: ille figuram corporis portaret: id eſt: eccleſiæ. Et tanq̄ ſponſus & ſponſa eſſent duo in car
ne vna. Proinde vt oues cōmendaret: quid illi prius dicit: ne illi tanq̄ alteri commendaret. Petre
amas me? Et reſpondit: Amo. Et iterum: Amas me? Et reſpondit: Amo. Et tercio: Amas me? Et
reſpondit: Amo. Confirmat charitatē vt conſolidet vnitatem. Ipſe ergo paſcit vnus in his & hi in
vno: & tacetur de paſtoribus: ſed nō tacetur de illis ouibus. Gloriant paſtores: ſed qui gloriātur 1. Coř. 1.
in domino gloriētur: hoc eſt in chriſto paſcere: & cum Xp̄o paſcere: præter Xp̄m nō paſcere: ne
q̄ vota impia paſtorū tanc̄ iſta futura mala tempora ꝓpheta prædiceret: dixit: Ego paſco: non
habeo cui cōmendē: etiā cum ipſe Petrus erat: & cū adhuc ipſi apoſtoli erant in hac carne & in hac
vita. Tūc ait ille vnus in quo vero omnes vnū: Habeo alias oues quæ nō ſunt de hoc ouili: opor Ioh. 10.
tet me & has adducere: vt vnus ſit grex & vnus ſit paſtor. Sint ergo omnes in paſtore vno: & au-
diant vocem paſtoris vnā quā audiant oues: & ſequātur paſtorē ſuū: nō illum aut illū: ſed vnū.
Et oēs in illo vnam vocē dicent: diuerſas voces nō habeant. Obſecro vos fratres: vt idipſū dica- 1. Coř. 1.
tis omnes: & nō ſint in vobis ſciſmata. Hāc vocē liquatā ab oñi ſciſmate: purgatā ab omni hære-
ſi audiant oues: & ſequant paſtorē ſuū dicentē: Quæ ſunt oues meæ vocē meā audiūt: & ſequū
O tur me. Nam vis noſſe hæretice q̄ non habes vocē paſtoris: & periculoſe te ſequatur ouis tectū
indumento ouium: & intus lupum rapacē: audiant vocem tuā. Videamus an Chriſti eccleſiam Mat. 7.
quærit infirmus ouis a grege aberrans: neſciens vbi ſit grex: quærit quo ſe aggreget: quo intret
ædē: vocem audiamus an Xp̄i ſit. Audimus vtrū agni ſit an pdicis. Ouis dei gregē ſuū quærit.
puta ouē de oriēte veniſſe in Africā: qūærit gregē ſuū: icurrit in te: in baſilicā tuā intrare vult: cōmo
ueris ignota facie: vel tu vel miniſter tuus ſtans vel ſedens ad oſtiū interrogat ouem quærentē
gregem ſuum: immo gregem dei cum grege ſuo intrare vult: ibi eum eſſe putat. Quæris paga-
nus ſit an chriſtianus? Reſpondit: Chriſtianus. Ouis eſt enim dei. Quæris ne forte cathecumi-
nus ſit & irruat in ſacramentis? Reſpondit: Fidelis. Quæris cuius cōmunionis ſit? Reſpondit:
Catholicus: chriſtianus. Si fidelem catholicū reprobas: tenes: ita vero proiicere proba: a te repro
batus Chriſto probatur. Vtinā & illi qui ſunt apud te cognoſcant te: & in dimidio dierū derelin
quent te: Quidā fratres noſtri heſterno die ierūt ad baſilicā eorū: & ſi ad malos fratres: tamē ad

fratres. Attendite fratres mei quid interſit inter fiduciã veritatis & timorẽ falſitatis. Quando ali quos eorũ in hoc populo agnoſcitis: quomodo gaudetis: quia in vobis ille eſt qui quærit quod perierat. Suggeretur aliquando nobis vt vos audiat & diſcedat: audiet & irridebit: audiat & irri deat. Aliquando ſapiet: aliquando cognoſcet: aliquando relinquitur populo ſuo: remanẽt in cor de ſuo. Renunciat errori ſuo: gratias agit deo ſuo. Illi autem quid? qui eſtis? Chriſtiani ſumus: Non: ſed exploratores. Et illi Catholici ſumus: conati ſunt iniuriare meliori cõſilio: pœnitet eos atq; vtinã ſic pœniteat: & ibi remanere pœnituit eos qui ingreſſi ſunt iniuriare: tamen quos pro iecerunt chriſtianos: fideles: catholicos: quos tenuerunt nolo dicere: quos proiecerunt video: qs tenuerunt Chriſti dicant. Dicant ergo vocem ſuam. Videamus an Chriſti ſit vox: an paſtoris ſit vox: quam ſequantur oues: ſiue per bonum ſit vox iſta: ſiue per malum hominem: vtrum ſi vox attendamus. Quærit infirmus eccleſiam. Tu quid dicis? Partis Donati eſtis. Eccleſia: Ego vocẽ paſtoris inquiro: lege mihi hoc de propheta: lege mihi de pſalmo: recita mihi de Eſaia: de lege: de euangelio recita: recita de apoſtolo. Inde ego recito eccleſiam toto orbe diffuſam: & dominũ
Ioh.10. dicentẽ: Quæ ſunt oues meæ vocem meam audiunt: & ſequuntur me. Quæ eſt vox paſtoris? Et
Luc.24. prædicaturi in nomine eius pœnitentiã & remiſſionem peccatorũ per omnes gentes incipienti bus ab Hieruſalẽ. Ecce vox paſtoris: agnoſcis eã & ſequeris ſi ouis es: Sed illi codices tradiderũt ac illi thus idolis poſuerũt. Et ille: Quid ad me de illo & illo? Si fecerũt nõ ſunt paſtores. Tu vo cẽ paſtoris edicito: quia nec de illis vocẽ paſtoris annũcias: tu accuſas non euangeliũ: tu accuſas nõ pphetã: nõ apoſtolũ. De illo credo: aliis non credo. Sed acta profers: acta profero. Credamus tuis: crede & tu meis. Nõ credo tuis: noli credere meis: Auferant chartæ humanæ: ſonent voces diuinæ. Ede mihi vnam ſcripturæ vocem pro parte Donati. Audi innumerabiles pro orbe terra P
Geñ.22. rum: quis eas enumerat? Quis eas terminat? Tamen vt pauca cõmemoremus: legẽ attende pri
ps.2. mũ dei teſtimoniũ. In ſemine tuo benedicent omnes gentes. Et in pſalmo: Poſtula a me: & da
ps.21. bo tibi gentes hæreditatẽ tuã: & poſſeſſionẽ tuã terminos terræ: Cõmemorabunt & conuertent
ps.95. ad dñm: vniuerſi fines terræ. Et adorabũt eũ in conſpectu eius: vniuerſæ patriæ gentiũ. Quoni
ps.71. am ipſius eſt regnũ: & ipſe dominabit gentiũ. Cantate dño canticũ nouũ: cantate dño oẽs ter ra. Et adorabunt eũ omnes reges terræ: oẽs gentes ſeruient illi. Quis enumerare ſufficiat? pro pe omnis pagina nihil aliud ſonat q̃ Chriſti eccleſiã toto orbe diffuſam. Sine aliquo dubio peri turã fuiſſe dicunt. Peritura prædicta eſt tot teſtimonijs manſura: nec vna vox iſta per legem: pre pphetas: per cantica paſtoris eſt. Nec enim illi verę dicere ſine verbo dei potuere quod ẽ Chriſtus
Mat.8. Audi vocẽ verbi: miratus fidẽ Centurionis: Amen inquit dico vobis: nõ inueni tantã fidẽ in iſ rael. Propterea dico vobis: quia multi ab oriente & occidente venient. Ecce eccleſia Chriſti: ecce grex Xpi. Tu vide ſi vis eſſe. Nõ enim te latet grex qui vbiq; es: nõ habebis quid reſpondeas iudi dicio tuo: quẽ nõ vis eſſe paſtorẽ tuũ: nõ habebis inquã qd reſpondeas iudicio tuo. Neſciui: nõ
ps.97. vidi: nõ audiui. Quid eſt quod nõ ſciſti? Nec eſt qui ſe abſcõdat a calore eius. Quid ẽ qd nõ vi
Eſa.52. diſti? Viderunt oẽs fines terræ ſalutare dei noſtri. Quid ẽ quod nõ audiſti? In omnẽ terrã exiuit
ps.18. ſonus eorũ: & in fines orbis terræ verba eorum. Sed recte nobis. Quare vox Xpi vox paſtoris quã oues audiant & ſequant? Nõ inuenitis quid dicatis: vocẽ paſtoris non habetis. Audite & ſe quimini. Dimittite vocẽ lupi: ſequimini vocẽ paſtoris. Damus inquit audiamus. Damus & nos vocem paſtoris. Audiamus. In Canticis inquiunt canticorum loquitur ſponſa ad ſponſum: ec cleſia ad Chriſtum. Nouimus cantica canticorũ. Sancta cantica: amatoria cantica ſancti amoris ſanctæ charitatis: ſanctæ dulcedinis. Plane volo inde audire vocẽ paſtoris: vocẽ dulciſſimi ſpon ſi eccleſiæ. Si aliquid habes audiamus. Sponſa inquiũt dicit ad ſponſũ: Annuncia mihi quẽ dile
Cañ.1. xit anima mea: vbi paſcis: vbi cubas? Et ille inquit reſpondit: in meridie. Manifeſta tibi teſtimo nia pferebã quẽadmodũ interpretareris. Poſtula a me & dabo tibi gẽtes hæreditatẽ tuã: & poſ ſeſſionẽ tuã terminos terræ. Cõmemorabunt & cõuertent ad dñm vniuerſi fines terræ. Quid eſt quod mihi de canticis canticoꝝ pfers quod forte non intelligis? Etenim illa cantica ænigmata ſunt: paucis intelligentibus nota ſunt: paucis pulſantibus aperiuntur. Tenebo te: accipe operta: vt merito tibi pandant abſcondita. Quomõ eris penetrator obſcurorũ: contemptor manifeſto Q
rum? Ecce tamen vt poſſumus fratres hæc verba diſcutiamus. Aderit deus vt videatis ibi ſanũ intellectũ. Primo quod ab omnibus imperitis facillime iudicat verba ipſa male diſtinguũt: nũc audietis: nunc probabitis. Etenim ſic ſe habet textus ipſe lectionis. Sponſa loquit ad ſponſũ: An nuncia mihi quẽ dilexit aia mea: vbi paſcis: vbi cubas? Quid ſponſa ſponſo dicat. Quid eccle ſia Xpo dicat. Nec nos dubitamus: nec illi: ſed oia verba ſponſæ. Audi verbũ. Quare quod ad huc ſpõſæ eſt vis tribuere iã ſponſo. Audi omia quæ dicit ſponſa: & tunc reſpondebit ſponſus.

Audí euidentíus hanc díſtinctionẽ quã dícturus ſum: nõ ínueníes alíquíd plus. Annuncía míhí quem dílexít anima mea: vbí paſcís: vbí cubas ĩ meridíe? Ipſa adhuc dícít: vbí paſcís: vbí cubas ĩ meridíe? Et índe quía adhuc ipſa dícít. Sequítur enĩ: Ne forte fíam ſícut operta ſuper greges ſodalíũ tuorũ. Puto omnes perítos ímperítoſq; díſcernere genus maſculínũ & fœmínínũ. Operta quæro cuíus generís ſít? Ab omí hoíe quæro: maſculíní eſt aut fœmíníní? Annũcía ínquít míhí quẽ dílexít anima mea: quẽ cũ dícít: maſculínũ alloquít: ſponſum alloquítur. Quía vero femína vírũ alloquítur: cõſequentía verba índícant: Annũcía míhí vbí paſcís: vbí cubas ín meridíe? ne forte fíam ſícut operta ſuper greges ſodalíum tuorum. Hucuſq; verba ſponſæ. Iam íncípíunt verba ſponſí de manífeſto: Níſí cognouerís temetípſam. Agnoſce vírílíter fœmína: teípſam ínquít non cognouerís. Audí relíqua: Opulẽta ínter mulíeres: níſí cognouerís temetípſam. O pulcra ínter mulíeres: exí tu ín veſtígíís gregum: & paſce hædos tuos ín tabernaculís paſtorum: nõ tabernacula paſtoris. Víde quomodo cõmínetur ſponſus: víde q; ín perículo: q; uis ílle dulcís abſtulít de medío blandímenta: q; blande ílla: Annuncía míhí quem dílexít anima mea: vbí paſcís: vbí cubas ín meridíe. Veníet ením díes medíus quando ad vmbraculum concurrant paſtores: & forte latebít me vbí paſcís: & vbí cubas ín meridíe: & volo míhí annuncíes: ne fíam operta: íd eſt. ſícut occulta & non cognita. Ego ením manífeſta ſum: ſed ne ſícut occulta: & ſícut celata: íncídam ſuper greges ſodalíum tuorum. Omnes ením hæretící a Chríſto exíerunt: omnes quí facti ſunt paſtores malí: habentes greges ſuos ſub nomíne Chríſtí: íllíus ſodales fuerunt: íllí R us conuíuíum accepere. Sodales ením dícuntur tanq; vnius conuíuíj. Latína ením língua ſíc dícti ſunt quaſí ſímul edales: eo q; ſímul edant. Audí íllum ín pſalmo arguentem ſodales malos: ps. 54. íd eſt. vnius conuíuíj: Sí ínímícus maledíxíſſet míhí: abſondíſſem me vtíq; ab eo: & ſí ſuper me magna locutus fuíſſet. Tu vero vnanímís & notus meus: quí ſímul mecum dulces capiebas cíbos. Ergo multí ſodales íngratí menſæ domínícæ exíerunt foras. Malí ſodales fecerunt ſíbí mẽſas ſuas: & erexerunt. Et ſí putas quía merídíes Africa eſt: q̃q̃ poſſem obtínere magís mũdí merídíem eſſe partes ægypti: & íllas exuſtas ſole regíones: vbí pluuía non apparet: quía ípſa eſt merídíes vbí feruet medíus díes. Vbí autem hæremus plena mílíbus ſeruorũ dei. Vnde ſí ad merídíem locorum velímus aduertere: quare non íbí paſcat magís ílle: & ílle requíeſcat: quando ante prædíctum eſt: Aberrauerunt deſerta hæremí. Sed ecce conſentío: Africa ſít merídíes. Híc ſunt ps. 106. ſodales mei. Eccleſía tranſmarína ín alíquorum ſuorum nauígante: ín Africa ſollícíta ne erret ín uocat ſponſum ſuum & dícít eí: Abundare audío hæreticos ín Africa: abundare audío rebaptiçatores ín Africa. Eſſe autem íbí vos mínus audío: & íllud audío: & hoc audío: ſed quí ſunt tuí a te volo audíre. Annuncía míhí quem dílexít anima mea: vbí paſcís: vbí cubas ín meridíe? Audío duas partes eſſe: Vnam donatí: alteram vníuerſo tuo cohærentem. Tu míhí díc quo eam: ne forte velut operta: íd eſt. ígnota ſuper greges ſodalíum tuorum íncurram ín greges hæreticorũ: conantes ponere lapídem ſuper lapídem quí deſtruatur: ne írruam ín rebaptiçatores. Annuncía Eçe. 34. míhí. Et ílle quí cõmendat vnítatem paſtoris ín hac lectíone díxít: Ego paſcam. Paſtores autem reprobat: quí multí eſſe voluerunt: vnítatem amíſerunt: ſeueríſſíme nõ blande reſpondentís: ſed pro magnítudíne perículí: Níſí cognouerís ínquít temetípſam o pulchra ĩter mulíeres. Pulchra es ínter mulíeres: ſed agnoſce. Vbí te agnoſces? In toto orbe terrarum. Sí ením pulchra vnítas ẽ íbí: vbí díuíſíonís fæditas: non pulchrítudo. Níſí cognouerís temetípſam. In me credídíſtí: agnoſce te. In me quomodo credídíſtí? Quomodo & íllí malí ſodales conſentíunt verbum carnẽ factum: natum ex vírgíne: crucífíxum: reſurrexíſſe: aſcendíſſe ín cœlos. Sí talem me credídíſtí: talem & íllí ſonant. Cognoſce te: & me ín cœlo: te ín toto orbe. Vtrum quemlíbet ex eccleſía tanq; eccleſíã Chríſtus alloquít. Nã quomodo eccleſía quærít? Eccleſía ſcd'm ípſos loquít: Annũcía míhí quẽ dílexít aĩa mea: vbí paſcís: vbí cubas? Quíd quærís eccleſía? Et ílle tanq; oſtendẽs eccleſíã dícít: In meridíe: ſícut íllí volunt. Reſpondeãt míhí quomõ eccleſía quærat eccleſíã: Annũcía míhí quẽ dílexít anima mea? Quæ loquít eccleſía? Quíd ſíbí voluít annũcíarí? Vbí paſcís: vbí cubas ĩ meridíe: íd eſt. vbí ſít eccleſía loquít: & ínterrogat vbí ſít eccleſía. Et reſpondet ílle vt putant ín meridíe. Sí ín ſolo meridíe eſt vt dícũt ín africa: & quærít quomõ ípſa ínterrogat vbí ípſa ſít: an vero portío eccleſíæ tranſmaríne bonæ ínterrogat de meridíe ne ílle erret. Et alloquítur S vnumquodq; membrorum eccleſíæ ſuæ chríſtus tanq; ſuam eccleſíam: & dícít: Níſí cognouerís te. O pulchra ínter mulíeres exí. Exíre hæretícorum eſt: Aut cognoſce te aut exí. Aut ſí te nõ cognouerís exítura quo ín veſtígíís gregũ ſequendo malos greges: ne forte putes quía obeſſe quærís ſí exís: audí quíd ſequít: Exí tu ín veſtígíís gregũ: & paſce hædos tuos íã nõ oues. Noſtís fratres vbí erũt hædí: ad ſíníſtrã erũt oẽs q exíerũt ab eccleſía: Manẽtíbus Petro: Paſce oues meas:

exeuntibus hæretico pasce hedos tuos. Est inquiunt & aliud testimoniũ nihilominus contra te. Dic vt audiamus: Erit sic contra te: quomõ hoc quod putabis pro te? Si meridiẽ inquiũt interp̃taris ægyptum: Multis quidẽ modis interpretamur meridiẽ: & ægyptum possumus ad locum mundi: & ipsam africã sic intelligã. Audi quid intelligã p meridiẽ: Intelligo feruorem spiritaliũ: p̃s. 89. flagrantem igne charitatis: splendentẽ lumine veritatis. Nam dicitur in quodam psalmo. Dexteram tuam notam fac mihi: & eruditos corde in sapientia. Ipsi sunt in meridie. Vnde dicit̃ a prophe ta: Et tenebræ tuæ sicut meridies erunt. Multis modis possumus intelligere meridiẽ: sed prsus Africam intelligo: accipio a te aliquid forte melius q̃ saperem nisi a te cõmemorarer. Africa sit meridies. Timet ecclesia transmarina incidere in rebaptiçatores: timet incidere tanq̃ ignorata in greges sodalium: quærit a sponso suo vt annũciet illi vbi pascit: vbi cubat ī meridie. In alijs pascit: in alijs nõ pascit: in alijs cubat: in alijs nõ cubat. Audiat consiliũ: veniat ad catholicã eccle siam: nõ incurrat in greges sodaliũ: nõ pascat hedos suos. Sed dic aliud quod te dicebas esse di Abac. 3. cturũ. Propheta inquit ait: Deus ab africo veniet. Alterũ Xp̃m in Africa nasci: & ire per mundũ hæretici annũciant. Rogo quid est: Ab africo deus veniet? Si diceretis: Deus in Africa remansit: vtiq; turpiter diceretis. Nunc autẽ etiam ab Africa veniet dicitis Christus: Vbi natus Christus: vbi sit passus: vbi ī cœlũ ascenderit: vnde discipulos miserit: vbi eos spũsancto repleuerit: vbi p totum mundũ euangeliçare iusserit: & obtemperauerint ei: adimpletur orbis terrarũ euangelio: & tu dicis: Deus ab africa veniet. Ergo tu mihi inquit expone: quid est deus ab africo veniet Dic totũ: & fortassis intelliges: deus ab africo veniet: & sanctus de monte vmbroso. Tu mihi expone: si iam ab africo: quomõ de monte vmbroso? De Numidia nata est pars Donati: ipsi missi sunt primi in dissensionem & tumultum & scandalum quærentes ingens vulnus Numidie miserunt sedens Tigisitanus misit. Vbi sit Tigisi notum est: qui missi sunt clerici extra congregauerunt: ab ecclesia ad clericos Carthaginis accedere voluerunt: visitatorem posuerunt: a Lucella suscepti sunt: auctor totius huius mali Numida hæreticus fuit in Numidia: vnde ventum ẽ huc cum tanto malo viscarium vix inuenitur: cũ cupsonibus habitant. Quomodo mons vmbrosus Numidia? Dic mihi ergo: noli hucusq; recitare: Deus ab africo. Exigo sententiam: & sanctus de mõte vmbroso. Sed ostende mihi partem Donati a Numidia de monte vmbroso venire: Inuenis nuda omnia: pingues quidem campos: sed frumentario: non oliueti fertiles: non cæteris nemoribus amenos: Vnde ergo mons vmbrosus in Numidiæ partibus? Vnde hoc scandalũ? Tu mihi inquis: Ergo expone quid est: Deus a lybano veniet: & sanctus de monte vmbroso? Vide facile Luce. 24 exponam. Primo illud audi quod ait dominus: Oportebat Christũ pati: & resurgere tercio die: & prædicari in nomine eius pœnitentiã & remissionẽ peccatorũ p oẽs gentes incipiẽtibus ab hierusalẽ. Vide vtiq; se in sanctis suis ad alias gentes venturũ prædixit esse. Lege visionẽ terræ filiorũ israel ī oĩbus tribubus: in libro Iesunaue: vbi aperte dictũ ẽ: Hiebus ab africo veniet: quæ Iosue. 8. est Hierusalẽ. Lege: quære: inuenies. Vtinam cũ inueneris: credas: vtinã animositatẽ deponas. Hiebus ab africo quæ est Hierusalẽ: & dñs incipientibus ab Hierusalẽ: hoc est: deus ab africo ve Act. 1. niet. Quomodo ergo a monte vmbroso? Euangeliũ iam lege: de monte oliueti Christus ascendit in cœlũ? Sequere & quid lucidius? Audisti de monte vmbroso: legem recitamus: euangeliũ recitamus. Audisti incipientibus ab hierusalẽ. Audisti p omnes gentes. Per eũ, pphetã sequere ꝗ ba illa quæ contẽpsisti: Deus ab africo veniet: & sanctus de mõte vmbroso. Cooperiet montem vmbra eius: & gloria eius plena est terra. Per oẽs ergo gentes incipiẽtibus ab Hierusalẽ: deus ab africo veniet: & sanctus de monte vmbroso & cõdenso: id est. a mõte oliueti vbi ascẽdit ī cœlũ. Vbi sup vñ misit discipulos suos: vbi etiã ascẽsurus ait: Nõ enī vestrũ est scire tempa quæ pater posuit in sua potestate: Sed accipietis virtutẽ ex alto: & eritis mihi testes in Hierusalẽ & ī iudæa & Samaria: & vsq; in totam terrã. Ergo deo veniente Xpo: & nomen eius & prædicatio euangelij eius ab Hierusalẽ. i. ab africo & monte vmbroso: id est. a mõte oliueti p omnes gentes diffamatũ est euangeliũ. Operuit montes vmbra eius. i. refrigeriũ eius: ptectio eius: & laude eius plena est terra. Cantate ergo cum tota terra canticũ nouum: nõ canticũ vetus cũ angelo terræ. Dicunt & aliud: Cyreneus inquit quidã Simõ angariatus est vt tolleret crucẽ: Legimus: sed qd te adiuuet volo scire? Cyreneus inquit afer est: quare ipse angariatus est qui crucẽ tolleret? Vbi sit Cyrene ne forte nescis lybia ẽ: Pẽtapolis ẽ: cõtigua est africe: ad orientẽ magis ptinet: vel ī distributõe, puinciarũ. Imperatorẽ cognosce: impator orietalis mittit ad iudicẽ ad Cyrenẽ: Breuiter respondebo: vbi est pars Donati: nõ inuenitur Cyrenẽ: vbi est Cyrene non inuenitur pars Donati. Manifesta veritas cõuincit errorẽ. Det mihi Cyrenẽ vbi est pars Donati. Det mihi partem Donati vbi ẽ Cyrene. Manifestum est enim fratres in Pentapoli ecclesiã esse catholicam: partem ibi Donati non

esse: sed securi irrideamus flendos: & fleamus irridēdos. Quid dicis meritū Cyrenēsis huius magnum cōmemoras: quia tulit crucem dñi: & Afrum dicimus oriētalis est. Lybia enī duobus modis dicit: vel ista quæ ꝓprie africa est: vel illa orientalis pars quæ cōtigua est africæ: & oīno collimitanea. Sed Afer fuit Cyrenensis beatū putas ꝙ angariatus crucem tulerit. Quāto melius foret diceret quis in arimathia remāsisse ecclesiā Christi: quia Ioseph ille dives ab arimathia habēs Mat.27. cutus est funeri: in sepulchro cōdidit. Laudatus est in euangelio: quia vero de arimathia fuit iste lectat angariatus: id est qui cogitur tollere crucem. Recte ergo faciūt imperatores catholici: qui vos cogunt ad vnitatem.

INCIPIT QVINTVS TRACTATVS TERTIAE PARTIS PRINCIPALIS DE STATV ET CONTINENTIA VIRGINALI. ET PRIMO DE VIRGINIBVS DEODICATIS.

Ad virgines deodicatas hortatoria: qua illas per exempla sanctorꝝ ad religiosam cōuersationem & obseruantiā virginitatis inuitat.

EPISTOLA .XIII.

A Olæ iccirco filiæ & dominæ meæ: Dominæ ideo diximus: quia sponsæ dñi mei Iesu christi in monasterio manentes nihil sentiant nisi pium Iesum christū: hinc para

ſ dysum solæ possideāt: vbi dulci & iocūda quiete ineffabilē trinitatē intueanť: in sacris litteris choris interſint angelicis: dulcibus eorꝝ melodijs misceanť: diuina in ecclesia cōtinebo mysteria. Informet mentē sanctorꝝ patriarcharꝝ ac patrū antiquorꝝ obedientia. Prophetarꝝ oracula dulci meditatōe cor accendāt ad ꝓmissa fœlicia. Apostolica documenta fidei cuncta detegant sacramēta. Euangeliorꝝ codex semper vt speculū teneať in manibus. Martyres sancti cuncta sæculi huius aduersa: & tempestates huius maris ꝓcellosi: cum omnibus diabolicis versutijs & infestationibus dæmonū doceant cōculcari. Confessorꝝ præciosa deuotio ad diuinorꝝ contemplationē assiduā affectus astringat. Regularē vitā instruat sanctorꝝ monachorꝝ mira cōuersatio. Frangere omnē sexus mollicie & virginitatis seruare ꝓpositū: præciosissima virgo virginū cum cæteris virgībus sacris edoceat sp exēplis. O fœlix societas. O fœlices vos: si talis ac tāti muneris nō sitis ingratæ: fœlicissimæ nimirū si dignitatē vestrā ipe agno scitis: quæ omniū regi & dño reginæ specioſæ matrimōio copulatæ: ipm dūmodo velitis habere meremini: quem angelici spiritus videre cōcupiscunt: in quo omnia cōsistunt: in quo sola cūcta permanent: per quem oīa fiunt: cui vniuersa famulanť: cuius pulchritudinē sol & luna miranť: cuius tactu odoreq; mortui reuiuiscūt. O excellentia dignitatis: O ineffabilis gloria. In fragili siquidē corpore deum & spōsum talem intueri potestis. Hic quæso mens vestra vigeat: hoc dies diei eructet verbū: & scientiā nox indicet nocti. Angelicis choris sanctorꝝ societatibus hic studeatis interesse: vt postmodū in corporis exitu vobis gaudentes & læti tanq̄ noti occurrant. Si sic feceritis nihil vobis dulcius: nihil iocūdius: q̄ his interesse cōuiuijs: his pabulis satiari: quibus semel degustatis terrena omnia amara cernunť. Vera tunc clasura cœnobij cuius tædet mē tes vagabūdas & deuias: nobis ꝓsūma reputabiť gloria: & reputabitis exire monasterij limites esse necesse potius mori. Experto itaq; seni cōsulēti credite filiæ: si semel gustatis q̄ dulcis est dominus: ad quem accedentes lapidem viuum ab hominibus quidem reprobatū: a deo autē electū poteritis ab eo illud audire. Venite & ostendā vobis omne bonū. Et tunc ostēdet talia qualia nō nisi assuetæ mentes norunt. Scio quid loquor chariſſimæ mei. Nam vt insipiētiā loquar ego homunculus sic abiectus: sic vilis: in domo dñi adhuc viuēs ī corpore: angelorꝝ sæpe choris interfui: de corporis ꝓ hebdomadas sustentatiōibus & nutrimētis nihil sentiēs nisi diuinæ visiōis intuitū. Post multorꝝ dierū spatia præscius futurorꝝ corpori reditus flebam. Quid ibi manēs fœlicitatis habebā: quid inenarrabilis delectatōis sentiebā: testis est ipa trinitas quā cernebā: nescio quo intuitu. Testes sunt & ipsi beati spiritus qui aderant. Testis & cōscientia mea qui tantis bonis fruebar: quæ quot & qualia sunt nescit ꝓferre mollicies corporis mei.

PROLOGVS IN REGVLA VIVENDI SANCTIMONIALIVM: quam beatus Hieronymus ad Eustochium & cæteras virgines iam senex scripsit: & distinxit capitulis: fœliciter incipit.

B t Epescens in mēbris ꝓcliuum corpus ad terrā ex qua exīt: iamq; rugosa fronte senem & naturæ pene portentū: vester prædilectarꝝ in dño filiarꝝ: & dñarꝝ Christi virgines sacratissimæ: Eustochiū & reliquæ ad agni nouas nuptias: sub obedientiæ: pudicitiæ paupertatis: & religionis in domo dñi adunatæ ꝓposito: nimiū sollicitat piæ deuotio

nis & charitatis affectus: vt tremulenta manus suæ parumper vetustatis oblita: deo viuendi nō mundo: spiritui non carni. Et q̄d arduū est: nō sibi ipsi normā & regulā: & Christi & apostolorꝝ vita collectā: & sanctorꝝ etiam patrum anachoritarꝝ: quos per septem annos hæremorꝝ antra circuiens: non sine admiratōe & informatōe repperi obseruatōis & imitatōis digno cōmendandā præconio: in præsenti libello edoceat officio calami paratas mētes ad bonum: veluti lingua iam dudum solebat voce nō mortua. O fœlix affectio: o desideriū in dño cōmendandū: vt quæ deficiente per senium & cōmunem ætatis finem lingua doctoris de casu timetis: qui promptus est: præsumptuose & nō timide ambulantibus in via dei: in qua tot latent aduersa: quot momenta sunt temporꝝ. Exposcit vestra pietas: vt depicta sibi pericula & fomenta remediꝝ accipiens ꝓcliuus semper ad malū in primordio iuuentutis rationalis & animalis animus: ac cernens: gradiatur per tuta. O prudens cōsilium: vt ꝓ voce scripturā: & ꝓ facile transeunti diu mansurū commutet. O iusta & sancta exhortatio: & perdigna exauditiōis beneficio. Sed prædilectæ filiæ: Et si iustum & sanctum est: q̄d petitis a patre: patris tamen negat ætas. Prohibet insufficiētia: licet ingerat charitas. Stupent oculi palpitātes in tenebris: horret naturæ phrenesi incōstans manus peragere iuuenilia. Hortat tamen semper charitatis ardor: ne parcat labori: vnde tantus colligi E
tur fructus: quem nō putarem in vobis quæ scripturæ de domini volūtate melius estis edoctæ: vt blādimenti aliquid fatear: licet veritatis: nisi ad alias succedētes per tempora informandū traheret tantus hic labor. Vincat igit duellum hoc charitas: quæ ipm inuincibilē vicit: vt īmortalis morereꝝ ꝓ nobis. Verum frustra hæc sperat victoria in tanta impossibilitate naturæ: nisi deuotæ orationes filiarꝝ adsint: quibus deus paruit intantū ab antiquo: vt etiā eum pœniteret eorꝝ quæ primitus minando spoponderat: q̄uis pœnitere nō possit.

Incipiunt capitula in regulā siue normā viuēdi sanctimonialiū: quā beatus Hieronymus ad Eustochiū & cæteras virgines iam senex inscripsit: put ꝓlogus indicat.

E charitate & vnitate seruanda. Capl̄m.i.
d De non habendo aliquid ꝓprium. Cap̄.ij.
De eligendo sorores ad accipiendū & administrandū bona monasterij. Cap̄.iij.
De cōmunitate & humilitate seruanda. Cap̄.iiij.
De simonia vitanda in recipiendo sorores. Cap̄.v.
De obedientia exhibenda prælatis. Cap̄.vi.
De regimine abbatissæ. Cap̄.vij.
De obedientia & subiectione erga abbatissam. Cap̄.viij.
De cōtritione facienda & generali accusatione sui in feria sexta. Cap̄.ix.
De mirifica vita sanctorum patrum. Cap̄.x.
De vanitate scientiæ mundialis. Cap̄.xi.
De promptitudine implendi mandata imposita. Cap̄.xij.
De sororum operibus in cœnobio faciendis. Cap̄.xiij.
De officio: potestate: & regimine abbatissæ. Cap̄.xiiij.
De periculo & præeminentia dignitatis. Cap̄.xv.
De ordine in operibus abbatissæ Cap̄.xvi.
De iurisditione episcopi in sorores. Cap̄.xvij.
De ordine seruando inter episcopum & præpositum presbyterum & sorores. Cap̄.xviij.
De præposito presbytero post episcopū per episcopū eundem sororibus adhibēdo. Cap̄.xix.
De ordine seruando per sorores erga mares & specialiter in loquendo. Cap̄.xx.
De fictitijs & nocuis sermonibus vitandis. Cap̄.xxi.
De silentijs diebus ac noctibus debitis obseruandis. Cap̄.xxij.
De refrenatione linguæ in loquendo. Cap̄.xxiij.
De consortio marium fugiendo. Cap̄.xxiiij.
De obsequijs seruitricum quærentium victus & necessaria sororibus. Cap̄.xxv. F
De dulcedine contemplationis erga diuina. Cap̄.xxvi.
De clausura domus. Cap̄.xxvij.
De præciosarum vestium detestatione. Cap̄.xxviij.
De periculo ambitionis vestium. Cap̄.xxix.
De consideratione extremi iudicij. Cap̄.xxx.
De abiectione exquirenda in vestibus. Cap̄.xxxi.
De austeritate exquirenda in statu. Cap̄.xxxij.

De matutino & modo dicendi diuinum officium. Cap̃.xxxiij.
De ordine horarum primæ:tertiæ:sextæ:nonæ. Cap̃.xxxiiij.
De cibis & ordine comedendi. Cap̃.xxxv.
De sobrietate & ieiunio. Cap̃.xxxvi
De lectionibus legendis ad mensam. Cap̃ .xxxvij.
De operationibus sororum post prandium. Cap̃.xxxviij.
De horis vespertinis & completorio. Cap̃.xxxix.
De charitate seruanda erga infirmas sorores. Cap̃.xl.
De auctoritate episcopi & præpositi circa obseruationes huius regulæ seu ordinis. Cap̃.xli.

Finis capitulorum.

De charitate & vnitate seruanda. CAPI. .I. EPI. .XIIII.

C Q Vis autem monasterio cõstitutus fororibus:primus sit arripiendus modus deo viuẽdi & regula:ipse solus Christus huius ꝓpositi incœptor & doctor:in vnius respõsione instruit vniuersos. Si vis (inquit idem magister hæc petẽti) advitam ingredi:serua mãdata. Q; si forte quæraẽ quæ sint:illico sic percunctãti:exposuit. Diliges dñm deũ tuum ex toto corde:mente: & viribus tuis: & plus q̃ teip̃m: & ꝓximũ tuũ sicut teip̃m. In his duobus præceptis pendet quicquid est legis: quicquid etiã ꝓphetæ & sancti viri perscrutati sunt. Et attendite sollicite quæso charissimæ: quæ ingredi nõ solum totis affectibus cupitis ad vitã: quæ vere vita est. Nam viuentibus in mundo vita non est: sed mors. Sed iam dei auxilio estis iter ingressæ: quod sine præceptis charitatis non ingrediẽ quisq̃ ad deo viuendum. Propter hoc enĩ apostolus Paulus nõ gloriaẽ in linguis angelorꝝ & hominũ: nõ in cognitiõæ mysteriorꝝ dei: nõ in spiritu ꝓphetiæ: nõ in asperitatibus carnis: nõ etiam in elemosynarꝝ opibus: q̃q̃ ad oĩa pietas valeat: dũmodo charitas desit. Hæc itaq; solum reddit hoiem deoviuẽtẽ: hæc religiosos: hæc monachos facit: sine hac monasteria sunt tartara: habitatores sunt dæmones. Cũ hac vero sunt paradisus in terris: & in eis degentes sunt angeli. Ideo q; mihi dilectæ filiæ: licet longa vos macerent ieiunia: abiecta & nigra vestis deformet:. Longa officiorꝝ & operũ texaẽ series: si intus desit charitas: ad infimũ nõdum religionis gradum peruentũ est. Propterea charissimæ hic incipiendum est iter: ad apostolicæ perfectõis apicem: si vere relatiua est charitas: & ad vnũ nõ potest ꝓprie dilectio fraterna dici: iccirco est necesse q; plures sint: qui se mutuo ex charitate diligãt: vt dicaẽ iuxta ꝓphetam: Bonũ & iocũdum est habitare frẽs in vnũ. Quod satis approbat sapientia dicens: Frater qui simul iuuaẽ a fratre: quasi ciuitas firma. Et iterũ: Si fuerint duo simul: fouebũt se mutuo: sed si vnus gradiaẽ & cadat. Ve soli: quoniã subleuantẽ nõ habet. Propterea solitariorum vita quã satis expertus sum: periculosissima est: & ardua. Et si bona q̃pluries & deo est vicina. Non tamen æque secura: vt simul habitantiũ in vinculo dilectõis: & charitatis affectu. Qui sibi inuicem per tentamẽta deficiẽtibus auxiliaṅ: sibi inuicem administrãt pietatis & charitatis obsequia. Sed certe si fratres aut sorores simul in vnum nõ habitent: nõ iam bonum: sed malum est. Omne etiã scd̃m philosophos intantũ habet bonitatis: inq̃tum vnitatis attinens suæ naturæ Quod si singulũ vnum in tota mundi machina per se creatũ est bonũ: nõ tamen est optimũ: nisi cæteris nexum. Propterea in exordio mundi vidit deus: q; cuncta quæ fecerat erant valde bona Iccirco charissimæ in apostolica vita vobis de sæculo adunatis per corpora: sit cor vnum & anima vna in dño. Velut de apostolis: & de ipsis apostolicis viris ĩ actibus eorꝝ legiẽ: Multitudinis enĩ credentiũ erat cor vnum & anima vna in dño. Nulla vita ꝓ certo est deterior: cũ; simul degere corpore: & nõ mente. Et vere infœlices sũt quibus nõ ineſt vna: sed diuersa volũtas. Sit itaq; vobis semper vnus affectus: vna volũtas: vna fraternitas: vna ꝓportio morum: vna iocũditas: vna tristitia. Ne alteri quod placet: displiceat alteri. Quo gaudet altera: tristeẽ & altera. Et sic habere poteritis religionis ꝓpositum: si vnanimes in domo dei habitetis. Hæc vere vita dei nõ diaboli: Vere monasteriũ: nõ infernus: vere vita religiosa: nõ diabolica.

De non habendo aliquid ꝓprium. CAPI. .II.

D A Nte mentis vestræ oculos semper euangelicũ illud appareat stolidissimi viri illius exemplum: qui ædificiũ suũ quod sũmopere fecerat: ingruentibus fluminibus: flantibusventis & imbribus inundãtibus pluuiarꝝ totum amisit in casura: quoniã ædificatũ erat in sabulo. Nec mirum charissimæ. Firmũ enĩ quod aut stabile: in mobili diu manere nõ potest. Aedificat fatuus in sabulo: qui in vita apostolica & religionis ꝓposito appetit ꝓpales diuitias. Hic attendite filiæ diligẽter: Hic piculũ oẽ est: hic iteritus: hic mors æterna. Q ui iam renũciauerũt oĩbus quæ possident: qui relictis omnibus quæ habebant in sæculo: ad Christũ imitandũ pauperculũ: qui

Mat.19.

1.Coꝛ.13

ps.132. Pro.18.

Act.4.

Luce.6.

vbi caput reclinet nō habet. Concurrentes ex voto: sub iuramenti pollicitatōe ꝓmiserunt: nihil temporale: nihil terrenū præter Christum solum. Non solum possidere: sed nec etiam appetere quæ iam dimiserūt: tenere vel q̄rere nō debent. Hinc Christus apostolis nō portare sacculū: neq; Mat.10 peram: neq; æs in zonis mandat: Vt ex hoc intelligant eoꝝ vitæ sectatores: q̄ nihil ꝓpriū in monasterio licet habere. Certe nō tunicā: nisi quæ ex necessitate portaī. Non caligā: nec aliud minimum quodq;. Verū & si Christus & apostoli aliqua quæ sibi dabanī: ꝓpter necessitatē tenebāt nulli singuloꝝ licebat aliquid ex his cōtingere tanq̄ suum. Sed pessimus ille ꝓditor atq; latro: ferens loculos: omnia portabat in eis veluti totius cōgregatiōis cōmunia: & minister cōmunis singuloꝝ necessitatibus ꝓuidebat. Ex hoc edocti apostoli & fideles post Christi ascensionem nihil omnino suum esse dicebant: sed erant illis omnia cōmunia: & singulis diuidebanī ꝓut vnicuiq; opus erat. Sic & vos charissimæ filiæ: & si liceat habere aliquid temporale ad victum: & tegumētum: quæ duo plene sufficiunt christiano: nihil horum alicuius sit vestrum vel cōmune: qd'cūq; etiam minimus puellulis quibusq; distribuaī: vt decet.

De eligendo sorores ad recipiendū & administrandū bona monasterij. CAPI. .III.

i Taq; obtestor vos omnes & singulas coram deo: & Christo Iesu: qui iudicaturus est oms E vt aurum & argentū atq; cito transiens pecunia: nulla cor vestrū ratione seducat: vt nitaī aliqua vestrū cum Anania & Saphyra mentiri spūsancto quem nihil latet: retinendo apud se aliquid q̄tumcunq; minimū temporale: vltra ea quæ ex necessitate portanī: nec tamen hoc: nisi de licentia abbatissæ. Semper corū mortis iudiciū terribile vos terreat. Nam legiī q̄ ex eoꝝ morte factus est timor magnus in vniuersa ecclesia: & omnes qui audierūt: timuerūt. Nudus Iesus nudas quærit amicas & sponsas. Quod si ip̄m sequi temporale aliquid appetens seu desiderās for Mat.5. te volueris: onerata grauedine nudum sequi nō poteris. Hinc beati pauperes dicunī spiritu: vt ex hoc sciaī q̄ nō sufficit cuncta temporalia in mundo relinquēdo ad monasterij paupertatē accedere: si mens misera appetit: quæ reliquit. Magis enī cōtemplanī oculi domini affectū: q̄ censum. Melius est enī in sæculo cum cæteris diuitibus diuitijs insistere: q̄ in monasterio paup ip̄as appetere. Propter quod volo: hortor & moneo vos charissimæ: vt hæc perpetuo in vestro monasterio obseruatio maneat: q̄ nulla si licet omnino tāgere: aut aliqualiter retinere audeat per horam censum: aut obolum: aut aliquid q̄tumcūq; minimū: q̄q̄ a matre aut sorore mittaī. Eligaī autem iuxta apostoloꝝ ritum cōmuni voto abbatissæ & cæteraꝝ singulis annis: aut si decens videbiī & vtile: cōfirmenī duæ aut plures ex sororibus: boni testimonij: plenæ spūsancto: & sapiētia: quibus iniungaī hoc opus: vt quoscūq; ꝓuentus tam domus: q̄ singulaꝝ soroꝝ recipiāt: & ex his sororibus necessaria fideliter administrent. Caueant quoq; ne aut ex parcitate mur mur: aut ex abundantia tumor in sororibus habeat locum. Sed iuxta apłoꝝ vitam non plus cuiq̄ aut minus tribuaī: iuxta quod exigit necessitas: nō volūtas: vt nō iam altera sit egens: altera abūdās sed vna quæq; ex ꝓuisione cōdecenti moueaī ad dei laudem. Prouideant insuper sic: quibus hic pietatis iniūctus est labor: vt singulis mēsibus aut hebdomadis siue diebus paratæ sint: tam de his quæ ꝓueniunt: q̄ de his quæ expēdunī in capitulo coram abbatissa & cōuentu soroꝝ sigillatim reddere rationē. Quod fiat saltem semel in mense: ne & ipsæ apud sorores furti sint suspectæ: & eis ex negligentia male exequendi materia detur.

De cōmunitate & humanitate seruanda. CAPI. .IIII.

f Ic sic dei sponsæ sponsum Iesum astringite: mentibus mūdis a terrenoꝝ cōtagione: quo F niam secum in habitatōe nihil patiī esse terrenū. Sic sic apostolicæ fœminæ ꝓcite peras & sacculos: vt neq; marsupia ex latere pendeant: neq; opus sit clauibus: vt iam ex ip̄is monstreī exterioꝝ indicijs: q̄ nihil habeī intrinsecū præter Iesum: q̄ nihil est clausum: quod est deditum vsibus omniū. Vestimenta duplicia sunt ex euangelio ꝓhibita vobis: vt discatis ea solum habere: quæ naturæ tm̄ subueniant: & nō quæ nutriāt tineas. Si qua vero supersunt: vno claudanī in loco: vt ex his quæcūq; soror eget induī possit. Nulla vnq̄ in vestibus præciositas: nulla meliori tas: alterā dominā: alterā ancillā ostentet: sed in omnibus æquales existant: quæ vni sponso nuptæ cōmuni voto ꝓfessæ sunt. Non quærat obsecro filia regis: filiæ militis præeminere pompis terrenis in Christi & apostoloꝝ cōsortio. Nō enī Petro vili piscatori Bartholomæus nobilis anteponiī a christo. Immo piscatori totius mundi monarchiæ tradiī principatus. Dignitatibus carnis spiritalis vita nō eget: & carnis auras christus in suo nō quærit cōiugio. In sæculo nubant paribus filiæ regum: filiæ militū præeminētias quærant & honores. In monasterio vero oblitæ populi sui & domus suæ: in dño solum gloriam quærant: & exultent: q̄ de maiori præcipitio montis sunt ad vitam apostolicā sūptæ. Propter quod admoneo vos filiæ: vt quæcunq; officia vobis

domus a matre monasterij imposita: libenti animo expleatis. Hilarem enī datorem diligit deus: 2. Cor. 6.
Nec verecundē in vilibus nobiles: nec illa recusent: sed audiant sapientem. Quanto maior es: Eccl. 3.
humilia te in omnibus. Audiant & Christū: quid apostolis de huiusmodi pompis in vltima cœna humana mente discepta-tibus definiuerit. Reges gentiū dominant eorū: & qui potestatē habent super eos: benefici vocant. Vos autem non sic: sed qui maior est in vobis: fiat sicut minor. M. at 20.
Et qui præcessor est: sicut ministrator. Verum ne doctoris doctrina ex cōtraria operatione vilescat: statim subinfert ex similitudine quadā cum interrogatōe cōcludens. Nam quis maior: qui recūbit: an qui ministrat? Nōne qui recūbit? Ego autem in medio vestrum sum: sicut qui ministrat. Erubescat siquidē stercus vilissimū: & vapor ad modicū parēs: humana mens se extollere & domus officia abnuens a cæteris sororibus sibi velle seruiri. Nam Christus cuius generationem quis enarrare nō potest: nō venit ministrari: sed ministrare. In vltima cœna discipulorū abluens pedes: hoc suis reliquit humilitatis exemplum.

De simonia vitanda in recipiendo sorores. CAPI. .V.

G d Etestabilem hæresim simoniæ quā cōmuni prauitate diaboli moniales assuetæ cōmittūt etiam in auditu horreat vestra societas. Gieçi pœna: & Simōis vos terreat prauitas. Vox Petri christi vicarij ad Simonem: numq̄ de vestris exeat auribus: Pecunia tua tecum sit in perditionē. Existimas enī donum dei haberi pecunia? Donum dei est spiritussanctus. Cōmunis mercatorū habet vsus: vt venditio cōmutet in melius. Asserit quippe simoniacus pecuniā esse præstantiorem dono dei: cum idem in ipsam cōmutat. Ad vos venientes sorores sanctas ad Christi suscipite nuptias gratis. Proponatur sanctitas pecuniæ. Exquirat bonitas vitæ: nō generositas carnis: nō vtilitas mundi. Nulla omnino pactio: nulla opinio quæ mentis puritatem perturbet præueniat. Beatum sapientia clamat: qui excutit manum ob oīm munere: & qui post aurum nō abijt: nec sperat in pecunia: quæ subuertit iudiciū. Si qua sororū inopiam ex sua abundātia supplere desiderat iuxta apostolicū ritum: omnia quæ habet in sæculo ante sororū pedes ponat: & cunctis quæ habebat in sæculo renuncians intratura: fiat sicut vna ex minimis: q̄ sublato dño cum affectu: omnia quæ portant electis ministratricibus domus præbeant: vt ex his tribuāt, put vnicuiq; opus est. Nec murmuret quidem quæ sua monasterio tradidit: si sibi non maiori sūptu administret q̄ cæteris quæ ex paupertate venerunt. Nec extollat: & ceruice erecta more fœmineo improperet cæteris: se tantū ex suis facultatibus attulisse. Plus enī attulit soror paupercula: si ingrediens affectū habendi dimisit: q̄ quæ multū afferens domo superbiā tulit. Glorietē autē potius quoniā diuitiæ quæ solitæ sunt possessores præcipitare in mortem: non prævaluerūt aduersus eam: & quæ cōmuni vsu sunt malæ: ex subuentōe sororū sibi factæ sunt bonæ. Alioquin melius fuisset sibi cum parua pœna: cum suis diuitijs in mundo pmanendo dānari: q̄ ipsas relinquendo in monasterio exorta superbia ad infernū cum maiori pœna deduci. Humilient etiam pauperes: quæ ex paupertate nihil subuentioni domus potuerūt cōtribuere: sicut & illæ. Et gratias deo in humilitate retribuāt: q̄ quæ prius in mundo viuere nō poterant: ex alienis laboribus habent: quæ sibi sufficiunt: sicut & diuites. Mirum quidem de infœlici cōditione plurium hominum. Sunt enī nōnulli viles & abiecti in sæculo: qui quotidianis laboribus se vltra vires affligentes, p victu captando vilissimo: & vix raris fabis & rapis cum rudi & hordeaceo pane saturant. Cum vero ad Christi mensam accedunt: & minutā Christi suscipiūt: suæ egestatis obliti: lautiora quærunt q̄ milites: qui sunt assueti magnificis. Hæc igit omnia in Christi & apostolica vita locū nō habeant. Omnes ex ministerio sint cōtentæ: nec murmuratōe pereant: si abundāter sibi tribuant administrantes. Recipiens siquidē naturæ necessaria: necessariū limites nō excedat. Si vero modicū: discat cum apostolo seruire dño in fame & in siti: & in egestate nuditatis & frigoris: ita vt accepta cruce gradiat post Christū abnegans semetipm.

De obedientia exhibenda prælatis. CAPI. .VI.

H v Olo autem vos mortuas sæculo: vitijs & cōcupiscentijs carnem crucifigere cum Christo & quæ iam cœperunt, pprio sese voto castrare sub perpetuæ virginitatis & castitatis proposito: in monasterio velut in duritia lapidis fore cum Christo sepultas: atq; iuxta decretū sūmi post Christū pontificis Petri: qui ligandi soluendiq; tenet principatū a dño: resuscitādarū in gloria cum Christo sic deuotōe firmet vestrum, pposītum: vt fides & spes sit tota in deo. Castigent animas in obedientia charitatis & fraternitatis amore simplici: & corde inuicem se diligentes attentius. Nihil vt puto stultius est: nihil ītolerabilius: q̄ peregrinos & aduenas præcipere ciuibus & in loco nō solito se ostendere directorē itineris: & de semitis: & de securitate itineris: de breuitate tramitis iuxta volūtatis libitum velle docere. Monstrare quippe portentū nauigatoribus:

& pro certo nunq̃ veniret ad portum: si cuius voluntati pateret deesset nauigij: quicũq; remigator ordinaret ad votum. Non ciuitas: nõ regnum: nõ minima domũcula diu maneret in rure: si cuius voluntati pateret deesset. Propter quod ipse papa Petrus qui religionis apostolicæ vitam volebat instruere sicut a magistro didicerat: vt magis intelligat qualiter anima castiget in obe-
1. Pet. 2. dientia charitatis & fraternitatis amore: exponit apertius. Omnes inquit honorificate: fraternitatem diligite: deum timete: regem honorificate. Et ne excusationis arripiat scutum: sub particulari nomine præeminentis dignitatis generaliter infert omnibus. Serui subditi inquit estote in omni timore dominis. Et ne prælati in mediũ perducat prauitas: quæ plærũq; subditis præstat causam magni casus: Nõ tm̃ inquit bonis & modestis: sed etiam discolis. Verum ne forte videat graue humanæ voluntati se abnegare: & crucem tollere: obedientiæ ꝓponit meritum: quo omnis labor dulcescat etiam grauis. Hæc inquit est gratia. O fœlix & abundans gratia. In obedientia sũma virtutũ causa est. Nam simplici gressu hominẽ ducit ad Christum: & non solum mens excusat ad reddendã deo rationem de subditis: sed nec etiam obligat reddere de seipsa. O sũma libertas: qua obtenta vix possit homo peccare.

De regimine abbatissæ. CAPI. .VII.

a Ttende diligenter mea domina charissima Eustochiũ: q̃ grauis imponit sarcina humeris 1
tuis: quæ de subditorũ animabus: de corpore: de verbis: de moribus obligaris apud diuinum examen reddere rationem Caue quæso: ne de te etiam leuis suspitio in malo possit oriri: ne dispergas quas conaris educere. Sic ordinata: sic rationi cõformia mãdata sororibus ꝓferas: vt etiam deprauatæ superbæq; mentis animent ad obedientiæ semitas. Sic dulcis: sic mitis sit sermo: vt duritiæ furorem nõ suscitet: sed frangat exortum. Sic erga inobediẽtes virilis & cõstans sit animus: vt omnis muliebris mollicies discedat e medio. Excidant in ortus primordio vepres ne nimiũ excrescentes germina seminũ suffocent. Nihil quippe in rectore periculosius est: q̃ vana humilitas ad correptionẽ erga superbos ꝓteruosq; subditos. Singularũ sororũ voluntates in re difficili pertractãda semper auide audias: nec tm̃ cuiuscunq; volũtati innitaris. Verũtamen si quicq̃ vtile prodat: non attendat persona quæ ꝓtulit. Elegit enim deus infirma: vt fortia quæq; cõfundat. Tuam vero in rebus gerendis cõmunibus non tm̃ volũtatem exquiras & teneas: nisi maior pars discretarũ filiarũ id cõmuni voto collaudet. Superbarũ insensatarũq; mentiũ est: suo tm̃ vti consilio. Non audiat cuiusq̃ voluntas sub verborũ murmure & loco abscondito: sed palã cunctis præsentibus cum omni charitate liceat dicere & audire. Si cõtemptui ꝓprio maior pars sororũ dissidet: nõ velis sola omnibus cõtraire. In exercẽdis furor: odium: inuidia seu derisio sic penitus discedat: vt nõ nisi pax: charitas: amor: & alterutrũ supportatio cognoscat: quatenus fiendorũ solus spiritus sanctus auctor meliora inspiret. Non sit inter vos quas charitas simul ꝓnit: fœminalis quædã abusio: vt vndiq; cachinnis & vocibus aer resonet: & audiẽtiũ aures præstrepitu terreant. Sed cum omni modestia stantes vna loquente cæteræ sileant. Nec altera alterã ex auiditate loquendi interrũpat: & præbeat impedimenta dicenti.

De reuerentia & subiectione erga abbatissam. CAPI. .VIII.

p Ropter quod hortor: moneo: & oro vos charissimæ & dilectissimæ filiæ: quæ iam mor- K
tuæ estis sepultæ cum Christo: quæ iam carne cõtempta cum eius gloria. Cognito q̃ omnis caro fœnum: & eius gloria flos fœni: ad nouitatem vitæ spiritus estis renatæ. Non ex corruptibile semine: sed incorruptibili: per verbum dei viuentis & permanentis in æternum: vt tanq̃ peregrinæ & aduenæ abstineatis vos ab omnibus desiderijs carnalibus: quæ militant aduersus animã: subijcientes vos in omni obedientia: & timore: & reuerentia præpositæ matri vestræ: vt iam omnino nihil aliud velle: vel nolle alicui liceat: nisi quæ abbatissa domus mãdauerit facienda. Nihil graue: nihil importabile videat: si iussum ꝓpriæ non cõcordet voluntati. Vere obediens: & qui ꝓ Christo caret omni arbitrio voluntatis: nihil nouit difficile: nihil iniustũ. Memento re charissime: quoniã Christo in vestræ religionis ingressu: dimisistis omnem volendi & nolendi licentiam: nisi quæ eius vices gerentes ordinarent de vobis. Obeditis enĩ Christo firmissimæ cum præpositæ vobis parere studetis. Tunc enim sponso Christo: cui desponsatæ fidem totam vouistis: præter quem nullum vltra amatorem admittere in desponsatione iurastis: magis gratæ: magis placentes estis: citiusq; meremini duci ad thalamũ: vt cum omni iocunditate dulcibus amplexibus astringamini: cum eius studueritis in vicaria parere mãdati. Vicarij enim honor redundat in deum. Sic iubet lex coniugij: vt sponsa sub lege sit sponsi. Aemulamini semper inter vos hac dei æmulatione: vt certatim ad inuicem altera conet excedere alterã in obedientia. Non igitur est monasterium: nõ religiosi: nõ monachi: vbi subditis obedientia deest erga prælatũ. De-

structioni est corpus expositū: cum mēbra discordant a capite.

De correctione facienda & generali accusatōe criminū in sexta feria. CAPI. .IX.

Lc Ontumax: præsumptuosa: ac superba mulier: in sancto vestro consortio: quæ dedignat esse subiecta: ac suis litibus & iurgijs scandalum præbet quieti sororū: & eis obedientiæ monstrauit cōtemptum: arduis crebrisq; ieiunijs castiget: cum resistit mandatis impositis. Si ieiunia non castigant superbiam: edomet & verberibus contumelijsq; & grauibus disciplinis: vt iam discat cum Petro: imo Christo: ni ei obediat: partem cum Christo in regno Christi & dei nō habere: q̄q̄ impositā videant extraneā: nec consona rationi: sed si nec sic indomita superbia studuerit obedire: cum apostaticis angelis expellat: quæ partem nō habebit in regno. O infœlix superbia vitæ: vt ꝑ implendis voluptatibus carnis renunciet hæreditati cœli: quam fuerat assecutura per Christum. Nōdum deo viuit: nondū religionis semitā Christiq; nuptias attigit: quæ nō efficit ita simplex & pura. vt quicquid sibi mandatū fuerit per præpositā matrem: angelico putet ore transmissum. Tunc vnaquæq; cæteris se beatiorem æstimet: cum in laboribus præponit reliquis. Non pudeat singulis hebdomadis sexta feria: quo die Saluator obprobria & mortem ꝑ homine ab homine pertulit: vnāquāq; sororum suam vitam coram omni cœtu sororū discutere: & de cōmissis contra præcepta & regulam se ꝑprio ore criminari: ac disciplinā subire: quatenus stimulata mens cogitationis: stimulo accusationis ac verborū: caueat accusanda pudēdaq; committere. Nec tamen ꝑpter hoc occulta cogitamina cordium ꝑdant: nec occulta peccata quæ solis debent sacerdotibus confiteri: sed solum quæ præceptis obuiant publicis: & exempla peccā di sororibus præbent. Si vero timore vel verecundia seipam accusare neglexerit: liceat vnicuiq; ꝑpalare tale crimen alterius: vt nullatenus radices inobedientia & superbia in sancto hortulo vestro arripiant: nō euellendas de facili. Verum si quippiam iuxta fœminarum modum: quæ nihil retinere norunt absconditum: Immo ante garrulādo manifestant: q̄q̄ sciant: aliquid de his extra cœnobij limites ꝑdiderit: subeat grauissimā pœnam: vt doctrina tacendi: doceat in pœna.

De vita mirifica sanctorū patrum: quos in heremo repperit. CAPI. .X.

Mr Eferam vobis quædam non minus imitanda per opera q̄q̄ audienda de aliquibus sanctissimis viris (vt bonorum exempla obedientiæ humilitatem: qua carente in edificij spiritalis structura: in fundamento virtutū quicquid ædificat est vanum) Veliras mentes doceant: & crebra memoria gestorū sanctorū vitæ religionem instruant & virtutem. Dum igitur per heremorum antra septem annis sanctos patres degentes ibidem in terris velut in cœlis angelos assistentes assiduo labore itineris: arduisq; videndi incōmodis: cæterisq; innumeris calamitatibus pera grando visitarem. De quorum vita moribusq; mirificis: quæ luculenter ipse perspexi: libellum compegi: qui vobis vt lucerna stat in candelabro ad meditationem religionis & vitæ. Nihil ita carum: ita studiosum appetabatur a monachis: q̄ q̄ in eis qui iuberet posset inueniri. Profecto non taceam tantam charitatem: tantamq; humilitatem quam sanctæ illæ mentes habebāt: vt adhuc cernens omnis laboris & grauedinis oblitus itineris: heremos humanæ naturæ tam detestabiles & ingratas in paradisos putarem pene conuersas: Mirum auditu: sed fœlix obtutu: sic sanctorum hominum corda charitas transformauerat in creaturas deificas: vt caro pene esset nescia carnis. Licet per Ioānem dicatur: Q̄ quicquid est in mundo: aut est concupiscentia oculorum: aut concupiscentia carnis: aut superbia vitæ. Nam vero sic simplicia & humilia corda obedientiæ & humilitatis imitabantur vestigijs: vt quasi quorundam philosophorum videretur in eis verificari opinio: qui vnam ponunt in hominibus vniuersis animam solam. Nam vero abbates & patres nihil omnino velle sciebant: nisi illud quod subditi: & subditi antea conabātur iussa implere: q̄q̄ forent emissa: & quibusdam quodāmodo indicijs nitebant prophetare de voluntate mandatis. 1.Ioh.2.

De vanitate scientie mundialis CAPI. .XI.

No Sancta fatuitas quæ natos ad labores homines in mundo: mereris transuehere ad gloriā ereptos de pœnis. Non hanc fatuitatē doctissimā Athenis Plato didicit: Non Aristoteles nō Anaxagoras: nō cæterorū stultorū mundi sapientū turba præcepit. Non certe miser ego Hieronymus fatuorū sapiētū imitator: anteq̄ sancta verbera luerem. Quanq̄ vt meas miserias detegam: me anteq̄ vicesimū annū ætatis attingerem: vrbs romana in sūmum præelegerat magistrū in omnibus pene liberalibus artibus. Nōdum sanctispiritus scholas intrauerā: nōdum cæcutiēs peruenire ad sanctæ veritatis poteram disciplinam. Non Academiæ: nō certe Romæ huius doctæ fatuitatis resonauere gymnasia: quæ sancta retinet heremus. Verum non sine labore didicisti tuam sapientiam fatuam Plato: quem mundus retinere nō poterat mundi sapientiam in-

ſequentem: per diuerſarū nationū & gentiū: regionūq; partes infinitis erumnis innumeriſq; per agrando laboribus. Nec tamen fatuiſſimæ ſapientiæ finem: qui eſt ſūmum bonū: ad quod te naturæ mouebat intentio in orbe vniuerſo reperire ſciuiſti: quem ſancti ruſtici hanc fugientes iuenerunt in heremis latitātes. Attende & tu fatuorū ſapientū princeps Ariſtoteles: & fueris abſq; dubitatione: ꝓdigium grandeq; miraculū in tota natura: cui pene videt infuſum quicquid naturaliter eſt capax humanū genus: quoniā ſapientia mundi ſtultitia eſt apud deū: ſi charitas nō informat: ſi intellectus nō captiuat ad fidem: ſi cor ad Chriſti ſeruitutem nō inclinat. Qui iudæis eſt ſcandalū: paganis ſtultitia: nobis vero credētibus honor & gloria: In quo ſolum gloriat apo
1. Cor. 1. ſtolus: Q ui gloriat inquiens in dño glorietur.

De ꝓmptitudine adimplendi mandata impoſita. CAPI. .XII.

n Ihil honorabilius: nihilue glorioſius chariſſimæ: q̄ ſeruitus Chriſti. Hæc ſane præferenda imperatorum faſtigio: hæc dignitati regiæ: hæc cuicunq; ſæculi gloriæ. Huius ſeruitutis O
Chriſti quidam inter cæteros quos vidi in heremo doctus ex monachis ad iuſſum patris: ſenioris ſuæ charitatis & humilitatis fructū cupiens augere: & obediendi aliis iuuenibus tradere normam: per grādem lapidem humeris hominū ꝓculdubio grauem: bis quolibet die per tria miliaria geſtabat in ſcapulis: nulla alia neceſſitate coactus: qd iam per octo annos effecerat. Sed quærebat quid in eius mente voluebat: ex hoc ꝙ forte noſtræ ſuperbæ menti: quæ nōdum ad eius ſanctæ fatuitatis perfectionē aduenit: videt extraneum puerorūq; ludus: & ocioſitatis opus. Teſtor deum ꝙ mihi ab eo ſollicite percūctanti tanta ſimplicitas & humilitas eſt reperta: ꝙ extunc incœpi ducere monaſticam vitam. Nam ſic deuote: ſic affectanter: ſic hilariter cōtinuis diebus explebat tam inſolitum opus: vt ſibi videret poſt expletionem captare omnem gloriam. Quinimo in huius operis fatigatiōe minime cōtentus pene moleſtabat patrem: vt medio tempore nouos induceret labores: & opera perficienda per eum. Q uid ego vagor & peruagor per ſingula. Non eſt opus exponere quicquid in ſimilibus exercet a monachis. Hoc vnum apud omnes obſeruationis præcipuū eſt: & celebre per ægyptum: vt nullum niſi obedientem & humilem: ad omnes labores perficiendos & opera ſuſcipiant. Quatenus domita caro ex grauedine: cogitationibus vanis & voluptatibus nō vacet ex ocio. Teneatis firmiſſime: ꝙ omnis concupiſcentiæ & īmunditiæ atq; peccati mater eſt ocioſitas.

De ſororum operibus faciendis. CAPI. .XIII.

h Anc ſanctam ſtulticiam ſtultamq; ſapiētiam: quotidie in monaſteriis diſcite filiæ: quam p
ſancti vos docent in monaſterio ruſtici. Subtilia & alta nolite ſapere: ſed ſuperbis & tumidis ſæculi ea relinquite: vt poſt peractum: incipiāt noſcere ꝙ littera occidit: ſpiritus viuificat: & ꝙ deus elīgit abiecta & infima: hanc ſæpe ſcholam intrate: quocūq; die & quacunq; nocte hanc diſcite lectionem. Non ocium: non torpor: & ignauia vos ad dei ſeruitia tepidas & frigidas reddat. Semper aut officijs: aut oratiōibus: aut manuū operibus ſanctis: cæteriſq; laboribus fatigatum corpus requiem & reforcillationē: non voluptatem exquirat. Sed cauete potiſſime ne quid operis vanitatis veſtris verſet in manibus. Immūdus reputat: qui īmūdum quicq; tetigerit: vel morticiniū. Non deaurata marſupia: non cingulos: nō etiam cyrothecas: quæ omnia laſciuæ & ſuperbæ mentes exoptant. Horreat deodicatum cor talia ſcire. Aut ſacri codices: vel legendo: vel ſcribendo: genua præmāt: aut hortulorū cultus exerceat: aut aliud ſanctum opus & vtile: vt ex relaxatōe quadā reforcillatus ſpiritus ad diuinū ardorē fortius accendat. Sanctorūgeſta quæ legitis imitemini. Propoſito velitis imitari quod laudatis: & ſequi quod cupitis. Veſtrā inter gētes cōuerſationem bonam habeatis: vt ex odore famæ veſtræ ſanctitatis: etiam malorū corda ad ſancta deſideria moueant. Et in eo quod deprauatæ gentes detractant de vobis tanq̄ de malefactoribus: ex operibus veſtris bonis glorificent deum. Hæc eſt enī dei voluntas: vt imprudentiū hominum ignorantiam obmuteſcere faciatis.

De officio & poteſtate abbatiſſæ. CAPI. .XIIII.

c Aue quæſo quæcūq; ſis illa: quæ præemines: ne ex officio regēdi eleueris in altum: vt im Q
peres illicita: & quæ ſunt importuna: vel importabilia: & inquieta ſubiectis. Ne tibi ille ꝓ
Bar. 4. pheticus ſermo cōueniat: Quid eſt iſrael ꝙ in terra inimicorū es? Inueteraſti ī terra aliena: coinquinata es cum mortuis: deputata es cum his qui in inferno ſunt. Dereliqſti fontē ſapiētiæ. Nam ſi in via dei ambulaſſes: habitaſſes vtiq; in pace ſuper terrā. Non enī ambulāt in via dei: qui in adminiſtratōe regiminis honores & vtilitates ꝓprias expoſcūt. Reuolue ſæpius in mentis arcano & ſtilo ferreo ſcribe in ſilice cordis. Quid dñs: cuius vices geris ad ſubditas. Cōtendentes aplōs quis maior eſſet eorum: inſtruxit: & ſequenti die receſſurus ab eis: & ſi in ſuperioribus dictum:

tamen iterum narratum fortius teneaꝫ in corde. Reges gentium dominanꝫ eoꝝ: & qui poteſta- Mat .20.
tem habent ſuper illos: benefici vocanꝫ. Vos autem nō ſic: ſed fiat ſicut minor qui eſt maior in vobis: & ſit præceſſor ſicut miniſtrator. Diſce igiꝫ a magiſtro officiū: quod tibi iniungiꝫ: ne tuo vicariatu poteſtatis traditæ limites excedas. Non efficeris certa dña: ſed miniſtra: vnus eſt enim dñs. Et ſi tibi reliquæ ſorores vt Chriſti adminiſtratrici & vicariæ obediunt: ꝓpterea nō eſt tradita tibi poteſtas: vt inter ſorores & filias hanc eleues: hanc vero deprimas ſicut velis. Sed quid tibi iniungaꝫ ab inſtitutore regiminis: diligenter inueſtiga. Rerum enī omniū monaſteriꝭ: & ſororum ſollicitudo in adminiſtratōe & ꝓuidentia tibi traditꝫ: vt iam cæteris dormientibus ſorori bus: te deceat noctes crebras inſōnes ducere: & ſenem iunioris animū ſumere: ꝓ vtilibus & neceſſariꝭs domui ꝓuidendis. Itaq; non tantū tibi honor: q̄tum onus imponiꝫ. Et ſi ſic feceris ſicut decet: præmiū multomaius cōſequeris.

De periculo præeminentiæ & dignitatis. CAPI. .XV.

R n On tibi obſecro blandiaris de dñi pietate: qui tam diu peccatores miſericorditer ſuſtinet in peccatis. Et ſi diuturna eſt expectatio: nō minus formidāda eſt vindicta: quæ tanto durior eſt: q̄to longius tempus in ſuſtinendo præceſſit. Propterea ſi ſecus q̄ debes egeris: periculū expaueſcas. Nec ideo minus: ſi ſtatim diuinum nō incurras iudiciū. Dñs enī tuus qui ſuis te ouibus adminiſtratricē: & in ſua te poſuit vinea cuſtodem: a te vult de ſingulis etiam occcultis exigere rationē. Et ſi quid eum defraudaueris: tunc diabolo venundatā in carcere: exteriorꝭ inferni poni te iubet: vbi fletus eſt æternus: & ſtridor dentium: vt exprimiꝫ in his quicquid doloris & pœne excogitari poteſt: quouſq; debitum vniuerſum reddideris. Sed ſi forte de reſtituendo debitum cōfidis: o te fatuam: Nam ꝓ minimo quoq; delicto nō habent vnde reſtituāt ſimul homines vniuerſi: niſi ipſe idem velit remittere: cui facienda eſt reſtitutio. Fœlices itaq; magiſq; ſecuræ quæ ſubſunt: illis quæ ſuperſunt: & quibus potius miniſtraꝫ: q̄ quæ miniſtrāt. Sed tamen ſuperba mens hominū improuida periculi: ſemp maioꝝ dignitatē aſcenſum expetit: nec niſi poſt factum ex deſcenſu terreꝫ. Quia q̄to altior eſt aſcenſus: tanto durior eſt deſcenſus: ſed forte deſcenſum rarum æſtimas. Sed firmiſſime doctus experientiꝭ & nō paucis dicam. Raro per gradus dignitatis aſcendit homo: quin multograuius nō deſcēdat. Verum & ſi a ꝓpoſito digrediar nolo opuſculū hoc pertrāſire: exemplū quoddā: quod ſancto quodā mihi referente ſene in hermo ex veritate ſciui. Cum iuuenis quidā ſancto ꝓpoſito & vita: electus foret ad epiſcopale faſtigium: quo grauius periculoſiusue nequit aliud cogitari: patruū ſuū quendā virum vtiq; ſanctū & ꝓphetiæ ſpiritu plenū: heremi in cella vt eum ex hoc cōſuleret adiit nō incautus. Audita itaq; narratione nepotis: vir ſanctus nō verbis: ſed ſignis potius percunctāti reſpondit. Et ne contra apoſtolū: qui deſiderantē epiſcopatū in bono opere laudat: cōtrairet diſſuadendo: & ne iunenē periculo exponeret ſuadendo. Iuſſit itaq; ſenex quadratū diſcum a terra vehemēter pedibus eluatum aſcendere iuuenē: & quater p quatuor diſci latera ſupinum reuoluere ſemetipm vſq; ad horam caſus. Sicq; caſu iminente: ſi altera ſuccederet reuolutio mandauit vt extra ſūmitatem diſci adhuc ſe volueret iterato. Cui cum nepos ſe nō poſſe ex timore caſus reſponderet: illico eum fecit deſcendere: & per quādam latam planiciem diutius volutare. Cunq; ex multitudine volutationū vtriſq; faſtidiū eueniret: Surge inquit ſenex: & perge quos vis: facito quod tibi ſecurius cerniꝫ. Dedignatus nanq; iuuenis: abſceſſit: & alteri ſancto ſeni patrui deliramentū putans: factum retulit: a quo de periculo præeminentiæ edoctus: electioni renūciauit: vt teneret: quod eſt tutum. Qui poſt modicū fœlici obitu: & ſæculo exiens hylaris & iocūdus apparuit patruo. Gratias inquit pater tibi refero: ex diſſuaſione epiſcopatus. Nam ſcito ꝙ nunc eſſem de numero dānatoꝝ: ſi fuiſſem de numero epiſcoporꝝ.

De ordine in operibus abbatiſſæ. CAPI. .XVI.

S h Aec iccirco mea domina Euſtochiū dixerim: vt aduertas q̄to ſis expoſita periculo: & q̄tate oporteat in via dei prudentia ambulare: ne derelictis ſemitis iuſticiæ: capiaris ab inimicis quibus plena ſunt omnia: & in terrā alienā deducta coinquinata cum mortuis: miſerabiliter deputeris cum his qui ſunt in inferno. Volo autem te diſcere: vbi ſit ſapientia: vbi virtus: vbi ſit prudentia: vbi ſit longiturnitas vitæ: & victus: vbi ſit lumen oculoꝝ: & pax: vt intelligas viam diſciplinæ: & deducas ſubiectas tibi per viam pacis & diſciplinæ. Te morientē filiæ plangāt: nō gaudeant: tibi iuſta & ſancta præcipienti omnes æquanimiter obedire lætenꝫ. Non ꝓpinquæ: non affines: ſic exaltenꝫ ꝙ cæteræ inuideant. Non carnalis dilectio in multis nociua: in ſanctis mentibus habenda eſt. Omnes itaq; amato æquali charitatæ: & ſpirituali dilectōe: vt filias. Cum tps exigit correptionē: vniuerſas ſimili modo velut ignotas: in omiſſis corrigas. Verū ſemp in

íra miſericordíæ memor eſto: vt nulla mouẽaris ratiõe ad credulitatẽ ex furore vel odío. Nec tamen habeas manus remiſſas ad puniendũ ſcelera: ne ex impunitate peccandi licentia ſororibus concedat. Non ſis ad pertractandũ ardua monaſterij & ſororũ præceps, p libito. Sed ſororũ plurium & meliorũ voluntas ſemper accedat: ne rea & diſſipatrix bonorũ cœnobij crimineris. Non omnibus qui loquunt ſis facilis ad credendũ. Leuitas enĩ in credendo: leuem denotat mentem. Nequaq̃ effrenis lingua reperiaris. Non impudica oculis: non crapuloſa: non ebria. Sic te exornes virtutibus: ſic muniaris moribus: vt vniuerſas opere & exemplo ſanctitatis & vitæ, prompta ſis ad docendũ: vt iam ab omnibus in exemplũ virtutũ ducaris: vt ſecura ex diſpenſatõe miniſterij tibi traditi occurrere valeas dño: & ei reddere rationẽ de ſingulis.

De iuriſditione epiſcopi in ſorores. CAPI. XVII.

d Ebilis eſt nimiũ ſexus quẽ geritis: ac fragilis: ac mobilis: ſi ſuo relinquat arbitrio: & ſi vir T
exurgent vobis talia: qualia lingua humana nō nouit. Quanq̄ & hoc imperfectū sit opus. Nulla enī tam sancta: tam iusta: & diu ꝓuisa est cōstitutio: quæ in futurū plurimos nō patiat defectus: quæ aliquādo correctōe nō egeat. Propterea: si quid in hac normula apostolicæ vitæ de religionis dispensatōe: correctōe vel īmutatōe indiget: episcopo aut præposito vestro presbytero sancto cōmitto: vt scd'm plenitudinē spiritus sancti dispenset: mutet & corrigat. Sic itaq; charissimæ filiæ sanctos viuite dies. Sic Christi nuptiali fœdere copulate: vt nō vacua lampade paratas vos semper media in nocte cum venerit sponsus vocaturus ad nuptias inueniat: nequaq̄ vobis ꝓexteriora quærentibus oleum: ne tanq̄ fatuis ex tarditate: thalami negeat introitus. Senectutē vestri deuoti Hieronymi sanctis vestris iuuate orationibus.

Epistola siue tractatus sancti Hieronymi ad virgines deodicatas: de institutiōe virginū: quæ in alijs exemplaribus ad Mautitū filiā inscribit: cuius sūmariū subijcit argumentū.

Argumentum.

Irginitatē grādē laboriosamq; virtutē & vltra naturā pene corporeā laudat & effert Ex
v mystica sanctorū virginū cōsecratione: ex spirituali sponsarū denominatōe: & sublimiori retributōe: & virgines ex qua nascerēt electione. Huic autem quia per te sola sufficit: obseruationem diuinorū mandatorū monet debere cōiungi: quia gloriari nequit de cōsilio qui negligit seruare præceptū. Proponēs tres species siue virtutes: quibus regnū cœlorū acquirit. Pudicitiā scilicet: Cōtēptū mūdi: atq; Iusticiā: Docēs illas ita cōnexas: vtvna præter altera nihil sit. Iusticiā aūt dicit dupliciter custodiri: Si recedat a malo: & fiat bonū. Vbi plura de opibus misericordiæ interserit: subdens q̄tum periculi sit vel in vnius transgressione præcepti: primorū parentū exēplo cōfirmans: qui adhuc virgines deliquere: & nō ꝓpter esum ligni sed transgressionē mandati sūt
1. Cor. 7. morte mulctati. Ac virginalē cōuersationem instituens: exponit illud apostoli: Innupta cogitat quæ dei sunt: quomodo placeat deo: vt sit sancta corpore & spiritu. Docens qualia sint virgibus meditanda: quæ dei esse dicant. Deinde quomodo toto corpore esse possit: a capite per singula mēbra: percurrens ac monens quali sit sanctificatōe mundāda. Tunc vero ꝓsequit quomodo spiritu sancta dicat: quæ nec mente delinquit: nec etiam dimisit. Docēs nefas esse concupiscere quod crimen est fieri: & sponsam sponsi exemplo sæculariū se debere moribus cōformare: & a domesticis Christi eius mores exquirere. Ad extremū insinuans qualibus virgo Christi ornari debeat ornamentis: quibus disciplinis institui: vt cōtempta nobilitate terrena: cœlestis patris & sponsi digne filia habeat & sponsa.

EPISTOLA .XV.

Vantā in cœlestibus beatitudinē virginitas sancta possideat: post scripturarū testimo A
q nia ecclesiæ etiā cōsuetudine edocemur: qua discimus peculiare illius subsistere meritum: cuius specialis est cōsecratio. Nam cum vniuersa turba credētiū paria dona gratiæ percipiat: & ijsdem omes benedictōibus glorient: istæ aliquid ꝓpriū præ cæteris habent cum de illo sancto & īmaculato ecclesiæ grege: quasi sanctiores purioresq; hostiæ ꝓvoluntatis suæ mæritis a sanctospiritu eligunt: & per sūmū sacerdotē dei offerunt altario. Digna reuera dño hostia iam præciosa animalis oblatio & nullius magis q̄ suæ imaginis hostia placitu
Ro. 12. ra. De his etiā apostolū dixisse reor: Obsecro autem vos fratres per misericordiā dei: vt exhibeatis corpora vestra hostiā viuentē sanctā deo placentē. Possidet ergo virginitas & qd' alij habent & qd' alij nō habent: dum & cōmunē & peculiarē obtinet gratiā: & ꝓprio (vt ita dixerim) cōsecrationis priuilegio gaudet. Nam & Christi sponsas virgines dicere ecclesiastica vobis ꝓmittit auctoritas. Dum sponsarū modo eas dño cōsecrat: vult ostendere vel maxime eas habituras spirituale cōnubiū: quæ subterfugiūt carnale cōsortiū: & digne deo per matrimonij copulationem spiritaliter copulant: quæ eius delectatiōis causa cōnubia spreuerunt. In his q̄ maxime illud im
1. Cor. 6. pletur apostoli: Qui autem adhæret dño vnus spiritus est: Grande & īmortale & pene vltra naturam corporeā seruare luxuriā: & cōcupiscentiæ flāmam adolescentiæ facibus æstuantē animi virtute restringere: & spūali conatu vim geminæ oblectatōis excludere: viuereq; cōtra humani generis legem: despicere cōiugij solatia: dulcedinē cōtemnere liberorū: quæcūq; præsentis vitæ cōmoda sunt ꝓ nihilo spe futuræ beatitudinis cōputare. Magna hæc vt dixi: & admirabilis virApo. 3. tus est. Et non īmerito magnitudine laboris sui vnigeniti præmio destinat: Dabo inquit spadonibus meis dñs in domo mea: & in muro meo locum nominatū meliorem a filijs & filiabus isra
Mat. 19 el: nomen æternū dabo illis: quod non deficiet. De quibus spadonibus dñs repetit: dicens: Sunt enim spadones qui seipos castrauerunt ꝓpter regnum cœlorū. Magnus quidem est pudicitiæ labor: sed maius præmiū: temporalis custodia: sed remuneratio æterna est. De his & beatus Ioan
Apo. 14. nes apostolus loquit: Q̄ sequunt agnum quocūq; ierit: Quod ita ītelligendū puto nullum eis

locum in cœlesti aula claudendū: & cuncta eis diuinarū mansionū habitacula reseranda. Sed vt illustrius virginitatis meritū clareat: & q̄ deo digna sit: manifestius intelligi possit illud cogitet q̄ dñs & saluator noster deus cum ꝓpter humani generis salutem hoiem dignaret assumere: nō aliud q̄ virginalē vterū elegerit. Et vt huiusmodi plurimū sibi placere monstraret: & pudicitiæ bonum vtriq; sexui intimaret: virginē matrē habuit virgo mansurus. In se viris: sed in matre fœminis præbuit virginitatis exemplū: quo demonstraret in vtroq; sexu beatā integritatē diuinitatis haberi: & plenitudinē meruisse: dum totū in matre fuit: quicquid habebat in filio. Sed quid
B ego satago excellens ac sublime pudicitiæ meritū reuelare: & glorioſæ virginitatis bonū ostendere: cum de hac re plærosq; peroraſſe nō nesciā? Et eius beatitudinē manifestissimis ratiōibus cōprobasse? Et nulli sapienti venire in dubiū posse eam rem tam maioris esse meriti: q̄ sit amplioris laboris? Q uisquis etiā pudicitiā aut nullius præmij: aut parui existimat: certū est illum aut ignorare aut nō voluntariū ferre laborē. Inde illi semper castitati derogant: qui eam aut non habent: aut habere coguntur inuiti. Nunc itaq; q̄m paucis licet tam laborē q̄ meritū integritatis ostendimus: ne res quæ grandi virtute constat: ingenti præmio destinata carere fructu suo possit: diligentius excubandū est. Quāto enī quæcūq; species præcioſior fuerit: tanto maiore sollicitudine custodiet. Et quoniā multa sunt quæ bono ꝓprio carent: nisi aliarū rerum iuuentur auxilio: & melis species nisi cærarū custodia: & fauorū cellulis cōseruet: & (vt verius dixerim) nutriat natura lem gratiā perdit: & persistere ꝑ seipsam nō potest. Sicut & vini species: qd' nisi boni odoris vas sit: & reparatis crebro picibus foueat: genimē vini suauitatis amittit: Attētius ꝓuidendū est: ne forte & virginitati aliqua sint necessaria: sine quibus nequaq; afferre fructū sufficiat: & tantus nil ꝓderit labor: dum vane ꝓdesse creditur: qd' absq; viribus necessarius possideat. Nisi enī fallor ob cœlestis regni præmiū: pudicitiæ seruat integritas: qd' sinæ vitæ æternæ merito: neminē cōsequi posse certum est. Aeterna vero vita nō nisi per omnē diuinorū præceptorū custodiā ꝓmereri potest: scriptura dicente: Si vis ad vitam venire: serua mandata. Vitam ergo æternā non habet: nisi qui cuncta mādata legis seruauerit: & qui vitam nō habuerit: cœlestis regni non potest esse possessor. In quo nō mortui: sed viui quiq; regnabūt. Nihil enī virginitas sola ꝓficiet: quæ cœlestis regni gloriā sperat: nisi & aliud habuerit: cui ꝓmittat ꝑpetua vita: per quā cœlestis regni præmiū possidet. Ante ergo oīa pudicitia integritasq; seruat: & eius remunerationē a deo æquitate sperantibus: mandatorū sunt custodienda præcepta: ne gloriosæ castitatis & cōtinētiæ labor in irritū deducat. Supra mādatū vel præceptū esse virginitatē sapiens ex lege nullus ignorat: apostolo dicente: De virginibus autem præceptū dñi nō habeo: cōsilium autem do. Cum ergo obtinendæ virginitatis cōsilium dat: nō præceptū statuit: supra mandatū vel præceptū eam esse ꝓfessus est. Quicūq; ergo virginitatē seruant: magis faciunt: q̄ præceptū sit. Tunc enī ꝓdesse ꝓficiet magis feciſſe q̄ iussū est: si qd' iussū est: feceris. Nā quō plus feciſſe gloriaberis: si minus aliqd nō facias? Cupiens diuinū implere cōsiliū: ante omnia serua mandatū. Volens virginitatis præmium cōsequi: amplectere meritū vitæ: vt tua castitas remunerari possit. Nam vt vitam præstet obseruatio mādatorū: ita ecōtrario generat præuaricatio mortem. Et qui per præuaricationē in morte fuerit deputatus virginitatis coronā sperare nō poterit: neq; pudicitiæ præmiū expecta-
C re constitutus in pœna. Tres enim sunt species: per quas regni cœlestis possessio introit. Prima est pudicitia. Secūda mundi cōtemptus. Tertia vero iustitia. Quæ vt cōnexæ plurimū se possidentibus præstant: ita possunt diuisæ difficile ꝓdesse: dum vnaquæq; earum non ꝓpter se tm̄: sed ꝓpter aliam efflagitat. In primis igitur quæritur pudicitia: vt facilius subsequat mundi contemptus: quia ab illis mūdus cōtemni leuius potest: qui matrimonij nexibus non tenent. Mundi vero cōtemptus exposcit: vt iustitia cōseruet: quā difficile explere possunt: qui sæculariū bonorū cupiditatibus: & mūdanarū voluptatū negocijs implicant. Quisquis ergo possidet primā speciē pudicitiæ: & secundā quæ est mūdi cōtēptus: nō obtinet: pene sine causa possidet primā quādo secundā nō habet: ꝓpter quā quæsita est prima. Si primā & secūdā habeat: cui tertia quæ est iusticia desit: frustra laborat: q̄m superiores duæ ꝓpter tertiā præcipue requirunt. Quid enī ꝓpter mundi cōtemptū ꝓdest pudicitiā habere. & ꝓpter qd' eam habeas non habere? Vel cur res mundi cōtemnas: si iusticiā ꝓpter quā pudicitiā & mundi cōtemptū habere te cōuenit: nō custodias? Q uia vt prima species ꝓpter secundā est: ita prima & secūda ꝓpter tertiā: quæ si nō fuerit: nec prima nec secunda ꝓficiet. Dicas forsitan: doce me ergo quid sit iustitia: vt eam si cognoue rim facilius implere sufficiā. Dicam breuiter: vt valeo: & verborū vtar simplicitate cōmuniū: qa causa de qua agimus talis est: quæ disertioribus facundiæ sermonibus nequaq̄ debeat obscurari: sed simplicioribus eloquentiæ narratiōibus pandi. Oibus enī in cōmune necessaria: cōmuni

Mat .19.

1. Cor. 7.

debent ſermone demonſtrari. Iuſticia ergo nō eſt aliud: q̄ nō peccare. Non peccare autem legis
præcepta ſeruare. Præceptorꝝ vero obſeruatio duplici genere cuſtodit̄: vt nihil eorꝝ quæ ꝓhibē
tur facias: & cuncta quæ iubent̄: implere cōtendas. Hoc eſt qđ dicit: Recede a malo & fac bonū
Nolo enī in hoc putes cōſtare iuſticiā: vt malū nō facias: cum & bonū nō facere malum ſit: & in
vtroq; legis præuaricatio cōtinet̄. Q̄m qui dicit: Recede a malo: & ipſe dicit: fac bonū. Si a ma-
lo receſſeris: & nō feceris bonū: tranſgreſſor es legis: quæ nō tm̄ in malorꝝ actuum abominatōe
ſed in bonorꝝ operū perfectōe cōplet̄. Neq; enī hoc ſolū tibi præcipit̄: vt veſtitū nō ſpolies ſuis
indumētis: ſed vt ſpoliatos operias tuis veſtimētis. Neq; vt habenti panem nō auferas ſuū: ſed
vt nō habenti tuū libenter impartias. Neq; ſolū vt pauperē nō repellas hoſpitio ſuo: ſed vt pul-
Ro.12. ſum & nō habentē recipias tuo. Præceptū eſt enī nobis flere cū flentibus. Quō cum illis flemus
ſi in nullo eorꝝ neceſſitatibus participamus: nec aliquid eis in his ꝓpter quas lachrymant̄ cauſas
præbeamus auxiliū? Neq; enī fletuū noſtrorꝝ deus infructuoſum humorē quærit. Sed quia la- D
chrymæ doloris indicium ſunt: vult te ita alterius anguſtias ſentire vt tuas. Et quō tibi in tali tri
Mat.7. bulatōe ſi eſſes: ſubueniri cuperes: ita alteri ipē ſubuenias: ꝓpter illud: Quæcūq; vultis vt faci-
ant vobis hoīes bona: ita & vos facite illis. Nam cum flente flere: & nihil cum poſſis flenti cōfer-
re: ſubſanatiōis: nō pietatis indiciū eſt. Denicq; ſaluator noſter cum Maria & Martha Laçari ſo-
roribus fleuit: & immenſe miſericordiæ affectū lachrymarꝝ cōtriſtatōe monſtrauit: & veræ pie
Io.11. tatis indicia: mox opera ſubſecuta ſunt: cum ſuſcitatus Laçarus: cuius cauſa lachrymæ fūdebā
tur: ſororibus viuus reddit̄. Et hoc fuit pie flere cum flentibs: occaſiones fletus auferre. Sed qua
ſi potens inquies fecit: ſed nec tibi aliquid impoſſibile imperat̄. Impleuit omnia qui qđ potuit fe
cit. Sed vt dicere cœperamus: nō ſufficit chriſtiano a malo ſe abſtinere: niſi etiā bonorꝝ operum
officia ꝓfecerit. Q đ illo vel maxime teſtimonio cōprobat̄: quo cōminat̄ dñs æterni ignis reos
fore: qui q̄uis nihil mali geſſerint: nō fecerint omne qđ bonū eſt: dicens: Tunc dicet rex his qui
Mat.25. ad ſiniſtrā ſunt. Diſcedite a me maledicti in ignem æternū: quem præparauit pater meus diabo-
lo & angelis eius. Eſuriui enī & nō dediſtis mihi manducare &c̄. Non dicet: diſcedite a me male
dicti: quia homicidiū: quia adulteriū: aut quia furtum feciſtis: nō quia malū fecerūt: ſed quia bo
na nō fecerunt cōdemnant̄: & æternæ gehēnæ incendijs adijciunt̄. Nō quia quæ ꝓhibita erant
admiſiſſent: ſed quia quæ præcepta erant noluerūt implere. Vnde aduertendū eſt quā ſpem ha-
bere poſſunt: qui adhuc aliquid eorꝝ faciunt quæ ꝓhibent̄: cum etiā illi æterni ignis rei ſunt qui
Iac.2. nō fecerūt quæ iubent̄. Nolo enī in hoc tibi blandiaris ſi aliqua nō feceris cum ſcriptū eſt: Q ui
vniuerſam legem ſeruauerit: offenderit autē in vno: factus eſt omniū reus. Adam enī ſemel pec
cauit & mortuus eſt: & tu te viuere poſſe exiſtimas illud ſæpe cōmittens: qđ alium cum ſemel p
petraſſet occidit. An grande illū cōmiſiſſe crimen putes vnde merito dānatus eſt acrioris? Videa
mus ergo qđ fecerit cōtra mādatū: de fructu arboris edit. Quid ergo? ꝓpter arboris fructū deus
hoīem mulctauit? Nō ꝓpter arboris fructū deus hoīm morte mulctauit: ſed ꝓpter mandati con
temptū: Ergo nō agit̄ de qualitate peccati: ſed de tranſgreſſiōe mādati. Qui dixit Adæ vt de fru
ctu arboris nō ederet: ipē tibi præcepit: vt nō maledicas: nō mentiaris: nō detrahas: nec detrahē
tes auſcultes: vt nō oīno iures: nō cōcupiſcas: nō inuideas: nō ſis tepidus: nō ſis auarus: vt nullū
malū ꝓ malo reddas: vt amicos tuos diligas: vt ꝓ maledicentibus & perſecutoribus ores: vt per
cutienti maxillā alteram præbeas: vt in iudicio ſæculari nō litiges: vt ſi quis tua voluerit auferre
gratanter dimittas: vt nec iracūdiæ: nec zeli: nec liuoris malum intra pectus amittas: vt crimen
auaritiæ fugias: vt omnis iactantiæ ac ſuperbiæ malum caueas: & humilis & mitis Chriſti exem
plo viuas: malorꝝ cōſortia intantū deuitans: vt cum fornicatoribus atq; auaris: aut maledicenti-
bus: aut inuidis: aut detractatoribus: aut ebrioſis: aut rapacibus cibum non capias. Q uem ſi in
aliquo cōtempſeris: ſi pepercit Adæ: parcet & tibi. Immo illi magis parcendū fuerat: quia nouel
lus erat adhuc: & nullius ante peccantis: & ꝓpter peccatū ſuū moriētis retrahebat̄ exēplo. Tibi
vero poſt tanta documenta: poſt legem: poſt ꝓphetas: poſt euangelia: poſt apoſtolos ſi delin-
quere voluerīs: quomodo indulgeri poſſit: ignoro. An tibi de virginitatis prærogatiua plaude-
bis? Memento Adam & Euam virgines deliquiſſe: nec integritatem corporis ꝓfuiſſe peccanti-
bus. Virgo quæ peccat Euæ non Mariæ cōparanda eſt. Non negamus in præſenti tempore re-
mediū pœnitentiæ. Sed hortamur magis præmium ſperare debere: q̄ veniam. Turpe eſt enim il E
lis delicti indulgentiā poſtulare: quæ palmā virginitatis expectant: & illicitū aliquid incurrere:
quæ ſe etiā licitis caſtrauerūt. Licitū quippe eſt matrimonij cōſortiū inire: & vt laudandæ ſunt:
quæ ꝓpter Chriſti amorē: & cœleſtis regni gloriā copulā cōtempſerunt nuptiarꝝ: ita dānandæ
nō ſunt: quæ ꝓpter incōtinentiæ voluptatē: nōdum deo iunctæ remidio apoſtolico abutunt̄. Et

go vt diximus: quæ cõnubia licita vt illicita spernunt: Eiusmodi autem si iurent: si maledicãt: si detrahant: si cupiunt aliena: si detrahentes patiunt audire: si malum ꝓ malo reddant: si auaritiæ in ꝓprijs incurrant crimen: si zeli: si liuoris venena possideant: si cõtra legalia: & apostolica institutа: indecens aliquid aut loquant aut cogitent: si in carne placendi studio comptæ & ornatæ ꝓcedant: & alia quæcũq; vt solet: illicite faciant: quid ꝓderit eis spreuisse quod licuit: & exercere quod nõ licet? Si vis ꝓdesse tibi ꝙ licita cõtempsisti: vide ne quod eor̃ quæ non licent facias. Stultum est enim timuisse quod minus est: & nõ timere quod maius est. Aut ab ijs non vitari quæ ꝓhibent: quæ subterfugerint: quæ cõcedunt. Dicit apostolus: Innupta cogitat quæ dei sũt: quo modo placeat deo: vt sit sancta corpore & spiritu. Quæ dei sunt inquit cogitat: non quæ sæculi: nõ quæ hominũ: sed quæ dei sunt cogitat. Quæ sunt ergo dñi? Dicat apostolus: Quæcũq; enim sancta: quæcũq; amabilia: quæcũq; bonæ famæ: si qua virtus: si qua laus disciplinæ: ista sunt dñi Quæ sanctæ veræ apostolicæ virgines die noctuq; meditant & cogitãt. Dñi est etiam regnum cœlor̃: dñi est resurrectio mortuor̃: dñi est immortalitas: incorruptio: dñi est splẽdor solis: qui sanctis ꝓmittit: dñi sunt plures sanctor̃ in cœlestibus mansiones: dñi est fructus triceſimus: & sexagesimus: & centesimus. Hæc cogitant: & quibus possint operibus ꝓmereri: quæ dñi sunt cogitant. Domini est etiam lex noui & veteris testamenti: in quibus oris eius eloquia sancta refulgent. Quæ si quæ virgines sine intermissiõe meditant: quæ dñi sunt: cogitant: vt impleatur in eis ꝓphetícum illud: Fundamenta æterna supra petram solidata: & mandata dñi in corde mu lieris sanctæ. Seq; Quomodo placeat deo. Deo inq; nõ hominibus: vt sit sancta corpore & spiritu. Non dixit vt sit sancta mẽbro: aut corpore tm̃: sed vt sit sancta corpore & spiritu. Mẽbrum F enim vna corporis pars est. Corpus vero omniũ cõpago est membror̃. Cum ergo dixit: vt sit sancta corpore: omnibus mẽbris eam sanctificari debere testat: quia nõ ꝓderit sanctificatio cætero rum mẽbror̃: si inueniat in vno corruptio. Etiam nõ erit sancta corpore quod ex omnibus constat mẽbris: quæ vel vnius fuerit coinquinatõe polluta. Sed vt quod dico: manifestius & lucidius fiat: Quæcũq; sit omniũ membror̃ purgata sanctificatiõe: & lingua tm̃modo peccet: vt testimonium falsum dicat: nunquid liberabũt omnia membra vnum? an ꝓpter vnum iudicabunt & cætera? Ergo si sine alior̃ membror̃ sanctificatõe pudicitia nihil ꝓderit: cum in vno sit vitium: q̃tomagis si diuersor̃ flagitio peccator̃ omnia corrumpant: vnius nihil ꝓderit integritas? Vnde & quæso te virgo: ne sola tibi blandiaris: neq; invnius membri integritate cõfidas. Sed scd'm apostolũ: totius cõserua corporis castitatẽ. Munda ab omnibus inquinamentis caput: quia crimen est: illud post chrismatis sanctificationẽ: aut crocí: aut alterius cuiuslibet pigmenti fuco: vl' puluere sordidari: aut auro: aut gẽmis: vel cuiuscũq; terrenæ creaturæ specie cum quo cœlestis ornatus splendor effulgeat. Grandis quippe est diuinitati cõtumelia: mundani & sæcularis ornamenti prælatio. Munda frontem: & humana nõ diuina opera erubescat: & illam cõfusionem recipiat: quæ nõ peccatum: sed gratiam dei parit: scriptura diuina dicente: Est cõfusio adducens peccatũ: & est cõfusio adducens gratiã. Munda collum: vt non aurea reticula capillus portet & suspensa monilia: sed potius illa ornamẽta circũferat: de quibus scriptura dicit: Misericordia & veritas nõ deficiant a te. Suspende autem illas in corde velut in collo tuo. Munda oculos dum eos ab omni cõcupiscentia retrahas: & ab intuitu pauperũ nunq; auertas: & ab oĩbus fucis liberos ad ea quæ dei sunt: facta custodias. Mũda linguã a mẽdacio: Quia os qd' mẽtit occidit aiam Munda eam a detractõe: iuramẽto: ac piurio. Nolo præposterũ ordinẽ putes: ꝙ prius a iuramẽto q̃ a piurio linguã dixi debere mũdari: quia tunc periuriũ facilius fugies: si in toto nõ iures: vt impleat illa snia. Cohibe linguã tuã a malo: & labia tua ne loquant dolum. Et memor esto dicẽte apostolo: Benedicite & nolite maledicere. Sed & illius crebrius recordare. Videte ne quis alicui malũ ꝓ malo reddat: neq; maledictũ ꝓ maledicto. Sed ecõtrario benedicẽtes: quia in hoc vocati estis: vt benedictionẽ hæreditate possideatis. Et illud: Si quis aũt in verbo nõ offendit fratrẽ hic pfectus est. Nefas est enim vt labia illa: quibus dñm cõfiteris: rogas: benedicis: & laudas: alicuius polluant sorde peccati. Nescio qua cõscientia ea lingua quis dñm rogat: qua aut mentit: aut maledicit: aut detrahit. Labia sancta exaudit dñs: & ipsis annuit cito præcibus: quas lingua immaculata ꝓnunciat. Munda aures: vt nõ nisi sermonibus sanctis & veris auditũ præbeant: vt nunq; obscœna aut turpia sæcularia q; verba suscipiant: aut aliquẽ de altero audiãt derogãtem: ꝓpter illud quod scriptũ est: Sepi aures tuas spinis: & noli audire linguã nequã libenter: vt cum eo habere partem possis: de quo dicit: Quoniã auditu & visu iustus erat: Hoc est nec aure: nec oculis delinquebat. Mũda manus: ne porrectæ ad accipiendũ sint. Ad dandũ autem collectæ: nec ad feriendum paratæ: sed ad omnia misericordiæ & pietatis opera satis promptæ. Munda pedes: ne

1. Cor. 7.

Eccl. 26.

Eccl. 4.
Pro. 3.

Sap. 1.

Ro. 12.
1. Pe. 3.
Iac. 3.

Eccl. 28.
2. Pe. 2.

latam & ſpatioſam viam pergant: quæ ducit ad ſplendida ſæculi: & præcioſa cõuiuia: Sed ad ar-
Eſa.62. duum magis anguſtũ gradiant iter: qđ tendit ad cœlum: quia ſcriptũ eſt. Iter rectum facite pedi
bus veſtris. Agnoſce tibi a deo artifice nõ ad vitia ſed ad virtutes mẽbra formata. Et cum vniuer
ſos artus mũdaueris ab omni ſorde: & toto fueris mundificata corpore: tunc tibi caſtitatẽ intelli
gas ꝓfuturã: & cum omni fiducia palmã virginitatis expectes. Quid ſit ſanctã eſſe corpore: bre
uiter quidẽ: ſed plane expoſuiſſe me arbitror. Nũc qđ ſequit: & ſpiritu noſſe debemus. Hoc eſt G
vt qđ opere nefas eſt fieri: nec cogitatõe percipere. Illa enĩ eſt tam ſancta corpore q̃ ſpiritu: quæ
nec mente nec corpore delinquit: ſciens etiã cordis ſpeculatorẽ eſſe deum. Et iccirco ſatis agitvt
oĩno etiã animã cum corpore mundã habeat a pctõ: ſciens ſcriptũ eſſe: Omni cuſtodia ſerua cor
Pro.4. tuum. Et iterũ: Diligit dñs ſancta corda: accepti ſunt ei ĩmaculati. Et alibi: Beati mundo corde:
Mat.5. quoniã ipſi deum videbũt. Qđ de illis dici arbitror: quos cõſcientia nulla redarguit culpa pecca
1.Ioh.3. ti. De quibus & Ioãnem in epiſtola dixiſſe reor: Si cor noſtrũ nõ reprehendit nos: fiduciã habe-
mus ad deum: & quæcũq; petierimus: accipiemus ab eo. Nolo exiſtimes te peccati crimen fugiſ
Mat.5. ſe: ſi volũtatem nõ ſequat effectus: cum ſcriptũ ſit: Quicũq; viderit mulierẽ ad cõcupiſcendum
iam mœchatus eſt eam in corde ſuo. Nec dicas: Cogitaui qđ & nõ feci: quia etiã cõcupiſcere ne
1.Pe.4. fas eſt: qđ fieri crimen eſt. Vnde & beatus Petrus præcipit: dicens: Animas veſtras caſtificate:
Apo.14. Qui ſi nullã animæ cõſtupratiõnẽ noſſet: nec caſtificari ipſam deſideraſſet. Sed illũ locum quo
cõtinet: Hi ſunt qui cũ mulieribus ſe nõ coinquinauerũt: virgines enĩ permãſerunt: hi ſequunt
agnum quocũq; ierit. Attentius cõſiderare debemus & animaduertere: ſi ſolius ĩtegritatis & pu
dicitiæ merito iſti diuino comitatui copulent: & per omnia cœlorũ tabernacula diſcurrunt: an &
alia ſint quibus adiũcta virginitas tantæ beatitudinis gloriã cõſequat. Sed vnde hoc ſcire pote-
Vbi ſup rimus? Ex cõſequentibus niſi fallor. In qbus ſcriptũ eſt: Hi empti ſunt ex oĩnibus primitiæ deo
& agno: & in ore ipõrũ nõ eſt inuentũ mendaciũ: ſine macula enĩ ſunt. Vides q̃ nõ in vno virgi
nes tantũ mẽbrorũ dñicis referant ĩhærere veſtigijs. Sed illi qui ꝓpter virginitatẽ ab omni cõ-
tagione peccati ĩmaculatã gerunt vitam. Iccirco vel maxime virgo nuptias ſpernit: vt dum ſecu
rior eſt: facilius qđ etiam a nubẽtibus quærit: ab omni ſe delicto cuſtodiat: & vniuerſa legis mã
data perficiat. Nam ſi nõ nubat & ea nihilominus faciat: a quibus & nuptæ eſſe iubent ĩmunes
nõ nupſiſſe quid ꝓderit? Quanq̃ enĩ nulli chriſtianorũ peccare liceat: & omnes quicũq; ſpirita-
lis lauacri ſanctificatõe purgant: ĩmaculatã decurrere cõueniat vitam: vt eccleſiæ (quæ ſine ma
cula: ſine ruga: ſine aliquo eiuſmodi eẽ deſcribit) poſſint viſceribus ĩtimari: Multo magis tamẽ
hoc virginẽ implere neceſſe eſt: cui nec mariti: nec filiorũ: nec alterius neceſſitatis cauſa ꝓhibet: H
quo minus diuinã ſcripturã perficiat: nec ſi peccet: aliqua poterit excuſatõe defẽdi. O virgo ſer-
ua ꝓpoſitũ tibi magno præmio deſtinatũ. Præclara eſt apud deum virginitas: & pudicitiæ vir-
tus: ſi nõ alijs pctõrũ & malorũ lapſibus infirmet. Agnoſce ſtatum tuum: agnoſce locum: agno-
ſce ꝓpoſitum. Chriſti ſponſa diceris: vide nequid indignũ ei cui deſponſata eſſe videris: admit-
tas. Cito ſcribit repudiũ: ſi in te vel vnum videat adulteriũ. Quæcũq; humanorũ ſponſaliorũ pi-
gneribus ſubarrat: ſtatim a domeſticis: a familiaribus: ab amicis: a ſeruulis ſponſi: ſollicite & di
ligenter requirit quales iuuenis habeat mores. Interrogat quid potiſſimũ diligat: quid accipiat li
benter: quo vſu viuat: qua ſe cõſuetudine regat: quibus vtat dapibus: in quibus maxime rebus
delectet: & gaudeat. Quæ cum didicerit: ita ſe in omnibus temperat: vt ſponſi moribus ſuũ ob
ſequiũ: ſua dilectio: ſua iocũditas: ſua vita: ſua diligentia cõcordet. Et tu quoq; Chriſtũ ſpõſum
habens: a domeſticis ac familiaribus eius ſponſi tui mores interroga: & ſtrẽnue ac ſolerter inq̃-
re: in quibus præcipue delectet: qualem in te cõpoſitionẽ veſtiũ diligat: cuiuſmodi cõcupiſcat
ornatũ. Dicat tibi eius familiariſſimus Petrus: qui nec nuptis quidẽ corporalẽ: ſed ſpiritalẽ pro-
1.Pe.3. mittit ornatũ. Sicut in epiſtola ſua ſcripſit: Mulieres ſimiliter ſubiectæ ſint viris ſuis: vt ſi qui nõ
credunt verbo: per mulierũ cõuerſationẽ ſine verbo lucrificent: cõſiderantes in timore caſtã cõ
uerſationẽ veſtrã: quarũ ſit nõ extrinſecus capillatura aut circũdatio auri: aut indumẽti veſtimẽ
torũq; cultus: ſed abſconſus cordis homo incorruptibilitate quieti & modeſti ſpiritus: qui eſt in
cõſpectu dei locuplex. Dicat & alius apoſtolus beatus Paulus: qui ad Timotheũ ſcribens epiſto
1.Ti.2. lam: eandẽ fideliter fœminarũ diſciplinã teſtat. Mulieres ſimiliter in habitu ornato: cum verecũ
dia & ſobrietate ornantes ſe: nõ in tortis crinibus auro: aut in margaritis: aut veſte præcioſa: ſed
qđ decet mulieres ꝓmittentes caſtitatem per bonam couerſationem. Sed forſitan dicas: cur hæc
apoſtoli virginibus nõ iuſſerũt? Quia nõ neceſſariũ iudicabant: ne talis virginibus cõmonitio
potius iniuria q̃ emendatio videret. Sed nec eas nunq̃ tantæ temeritatis fore crediderunt: vt nec
nuptis quidem cõceſſa carnalia ornamenta & terrena præſumerent. Reuera ornare ſe & cõpo-

nere virgo debet. Nam quomodo ſponſo ſuo placere poterit: niſi compoſita & ornata ꝓceſſerit? Ornet̃ plane ſed interioribus ornamentis: ſpiritaliter nō corporaliter cōponat̃: quia dñs nō cor poris: ſed animæ decorē in illa deſiderat. Ergo & tu quæcūq; animā tuā diligi & habitari a Chri ſto cōcupiſcis. Omni eam diligentia cōpone: & ſpiritalibus ornamentis exorna. Nihil in ea fœ dum appareat. Reſplendeat auro iuſticiæ: & gēmis refulgeat ſanctitatis: & præcioſiſſima mar garita pudicitiæ coruſcet: & pietatis tunica veſtiat̃. Pro byſſo & ſerico caſtitatis & miſericordiæ tunica veſtiat̃: & induat̃ ſcd'm qd'ſcriptū eſt: Induite vos ſicut electi dei: ſancti: & dilecti: viſcera miſericordiæ: bonitatē: &c̄. Non decorē alterius pigmenti quæret: ſed innocentiæ ſimplicitatiſ q; candorē habeat. Roſeum verecūdiæ colorem: & pudorem ruboris poſſideat: cœleſtis ablua tur intro doctrinæ: & lauamentis ſpiritalibus emūdet̃. Nulla in ea malitiæ: nulla doli macula re linquat̃: & ne quādo male redoleat odore peccati: vnguento ſuauiſſimo ſapiētiæ & ſcientiæ per fruat̃. Huiuſmodi deus quærit ornamentū: & animā taliter cōpoſitā cōcupiſcit. Memēto te eſſe filiā ſcd'm illud: Audi filia & vide. Sed & tuiꝑa quotienſcūq; deum patrem nominas: te dei filiā eſſe teſtaris. Ergo ſi filia dei es: vide ne quid eoꝝ facias: quæ deo patri incōgrua ſint: ſed age om nia quaſi filia dei. Cognoſce quomodo huius ſæculi nobiliū filiæ ſe gerāt: quibus aſſueſcāt mo ribus: quibus ſe diſciplinis inſtituant. Tanta in quibuſdā eſt verecūdia: tanta grauitas: tanta mo deſtia: vt cæteroꝝ hominū ritum intuitu humanæ ingenuitatis excedant: & nequaq̄ honeſtis pa rentibus ſuis per lapſum ſuum inhonoratōis faciant notam: alterā ſibi quodāmodo inter homi nes cōſuetudinis fecere naturā. Et in originē tuā reſpice: genus intuere: gloriā nobilitatis aduer be: vt cœleſtis natiuitas appareat: & vt diuina ingenuitas clareſcat. Sit vitæ nouæ grauitas: ho neſtas: admirabilis & ſtupenda verecundia: mira patientia: virginalis inceſſus: & veræ pudici tiæ habitus: ſermo præmeditatus: & ſuo tempore præferendus: vt qui te videt: admiret̃: & dicat Quæ eſt hæc noua inter homines grauitas? Quæ pudoris verecūdia? Quæ honeſtatis mode ſtia? Quæ maturitas? Non eſt iſta humana inſtitutio: nec diſciplina mortalis. Cœleſte hic aliqd in corpore humano refulget. Puto q; habitet in quibuſdā hominibus deus. Et cum te filiā Chri ſti cognouerit: maiore ſtupore terrebit̃: & cogitabit qualis iſte dñs ſit: cuius talis ancilla ē. Si vis ergo partem habere in Chriſto: Chriſti tibi exemplo viuendū eſt: qui ab omni malitia & nequi tia ita fuit extraneus: vt ne inimicis quidem vicem redderet: patrem rogabat ꝓ eis. Nolo enim vt eas alias chriſtianas exiſtimes eſſe: quæ aut fratres aut ſorores non dico oderunt: ſed etiam ꝓxi mos toto corde cōſcientiæ coram dei teſtimonio nō diligunt. Cum chriſtiana Chriſti ſimilitudi ne inimicos etiam amare neceſſe habeat. Si ſanctoꝝ cupis habere cōſortium: a malitiæ & nequi tiæ cogitatu pectus munda. Nemo te circūueniat: nemo fallaci ſermone ſeducat: nō niſi ſanctos & iuſtos: & ſimplices: & innocentes: & puros cœleſtis aula ſuſcipiet. Nullā apud deum habet lo cum malitia. Ab omni nequitia & dolo mūdum neceſſe eſt eē: qui cupit regnare cū Chriſto. Ni hil tam cōtrariū: nihil tam execrabile deo: q̄ aliquē odiſſe vel lædere velle. Nihil tam ꝓbabile: q̄ omnes amare. Quod ꝓpheta ꝓſpiciens teſtat̃: dicens: Qui diligitis deum: odite malum. Vide ne aliquā humanā gloriā diligas: ne & tua inter eos portio cōputet̃: quibus dictum eſt: Quomodo vos poteſtis credere: gloriā abinuicē quærentes? Et de quibus ꝓpheta dicit. Auge eis mala: auge mala glorioſis terræ: vt cōfundamini a gloriatōe veſtra: & obprobriū fiatis in cōſpectu dei. No lo eni illas reſpicias: quæ ſæculi: nō domini ſunt virgines: quæ ꝓpoſiti ſui & cōfeſſionis immemo res gaudent in delitijs: in opibus delectant̃: & corporeæ nobilitatis origine gloriant̃. Quæ ſi ꝓ fecto dei filias ſe eſſe crederēt: nunc̄ præter diuinos natales in patre quolibet admirarent̃ hono rato. Si patrem ſe habere ſentirent: nobilitatē carnis nō amarent. Quid tibi in generis nobilita te blandiris: & cōplaces? Duos homies ab exordio fecit deus: ex quibus totius humani generis ſilua deſcēdit. Mūdanam nobilitatē nō naturæ æquitas præſtat: ſed cupiditatis ambitio: vt nul la inter eos diſcretio eſſe poſſit. quos natiuitas ſecūda genera uit: per quā tam diues q̄ pauper: tā ſeruus q̄ liber: tam nobilis q̄ ignobilis dei efficit̃ filius: & terrena nobilitas ſplendore gloriæ cœ leſtis adumbrat̃: & nuſq̄ omnino iam cōparet. Dum quæ retro in ſæcularibus honoribus impa res fuerant: cœleſtis & diuinæ gloriæ nobilitate veſtiunt̃ æqualiter. Nullus ibi iam ignobilita K tis locus: nec degener quiſq̄ eſt: quem diuinæ natiuitatis ornat nobilitas: Niſi apud illos qui nō putant humanis cœleſtia præponenda. Aut ſi putant: q̄tum eſt ſeſe vt illis in minoribus præfe rant: quos ſibi in maioribus pares eſſe ſentiunt? & quaſi infra ſe poſitos in terra exiſtimēt: quos ſibi in cœleſtibus æquales crediderint? Tu autem quæcūq; Chriſti: nō ſæculi virgo es: omnem præſentis vitæ gloriā fuge: vt omne quod in futuro ꝓmittit̃ conſequaris. Contentionū verba &

Col.3. ps.44. Am.5. Col.3.

animosítatis causas euita. Díscordiarꝝ quoq; & litium occasiones subterfuge. Nam si iuxta apo
2. Thi. 2. stoli doctrinã: seruum dei litígare non decet: quãto magís ancillãꝝ? Cuius quo verecũdíor est sexus: animus debet esse modestior. Linguã a maliloquio cohíbe: & ori tuo legis frenos ímpone: vt tunc si forte loquaris: quando tacere peccatũ sit. Caue ne quíd quod ín reprehentionẽ veníat dícas. Lapis emissus est: sermo ꝓlatus. Quapropter díu anteq; proferat̃: cogítandus est. Beate quippe sunt: quæ nunq; quod reuocare velínt: emíttunt. Pudícæ mentis debet etíam sermo esse pudícus: qui ædificet semper magísq; alíquãdo destruat audientẽ. Scd'm hoc ꝙ apostolus ꝓræ
Eph. 4. cípit: dícens: Omnis sermo malus de ore vestro non ꝓcedat. Sed si quis bonus est ad ædificatiónem fídei: vt det gratiã audientíbus. Præcíosa deo língua est: quæ nõ nísi ín díuinis rebus nouit verba cõstruere: & sanctum est os: vnde cœlestía semper eloquía proferunt̃. Abséntium obtrectatores: quasi malígnos scripturæ auctoritate deterre. Quía hoc ĩter perfecti vírtutes hominis ꝓpheta cõmemorat: Si ante cõspectum iusti malígnus ad níhil deducat̃: qui contra ꝓximum nõ ꝓbanda ꝓtulerit. Non licet tíbi alterius vituperationẽ patienter audíre: qui nec ab alíjs optas recípi tuam. Iniustum quippe est: quícquid cõtra Christi euãgelíũ venit. Si alteri quod tibi ab alío fieri molestum est: patíaris ínferri. Línguam semper tuam de bonis eloquíjs assuésce: & auditũ tuum magis ad bonoꝝ laudem: q̃ ad malorꝝ vituperationẽ accõmoda. Vide ꝙ omnía quæcũq; benefacis: ꝓpter deum facías: sciens eius rei tantũ te a dño recepturã esse mercedem: quã eius timóris & amóris causa perfeceris. Sancta magis esse q̃ víderi stude: quía níhil ꝓdest æstímari qd̃ non sit: & duplícis peccati reatus est: nõ habere quod credit̃: & quod nõ habeas: símulare. In ieiuníjs magis q̃ ín epulis delectare: íllius víduæ memor: quæ nõ díscedebat de templo: deo seruiens ieiunijs & oratiónibus die ac nocte: Ac si vidua quídem iudæa talis erat: qualem nunc vírginem decet esse Christi? Díuinæ magis lectionis cõuiuium dílige: spíritalibus te satiari dapíbus cõcupísce. Illos potíus requíre cíbos: quíbus anima magis q̃ corpus reficiat̃. Carnis & vini spécies quasi caloris fomenta: & líbidínis incitamenta fuge. Et tũc si forte vino vteris exíguo: cum stomachi dolore nímio corporis cõpellit infirmitas. Iracũdiãvince: animósitatẽ cohíbe. Quícquid íllud est: quod post factam pœnitentiã ruborem ingerit ꝓximo: vt críminis abominationẽ deuíta. Satis tranquíllã: satis quietã esse cõuenít mentem: & ab omni perturbatõe furoris alienã
Esa. 66. quæ dei habitaculũ esse desíderat: qui per ꝓphetam testat̃: dícens: Super quem alium requíescã: nísi super humílem & quíetem: & trementem sermones meos? Omniũ operũ speculatorẽ deum L crede: & caue ne quíd díuinis oculis indígnũ sit: aut opereris aut cogites. Cum orationẽ celebrare desíderas: talem te exhíbe: quasi quæ sis cum deo locutura. Quando psalmũ dícis: cuius verba loqueris: agnósce: & ín cõpunctiõe magis cordis: q̃ ín tínnulæ vocis dulcedine delectare. La
ps. 2. chrymas enim psallentis deus magis q̃ voces gratiarꝝ approbat. Sícut ꝓpheta dícit: Seruíte dómino in tímore: & exultate ei cum tremore. Vbi timor & tremor est: ibi non vocis elatio: sed ánimus flebílis est: & lachrymosa delectatio. Omnibus actibus tuis diligentiã adhíbe: quía scriptũ
Esa. 48. est: Maledictus homo qui facit opus dei negligenter. Creséat tíbi cum annis gratia: creséat cum ætate iustícia: & fides eo perfectior videat̃ esse: quo senior. Quía dñs noster Iesus christus: q nobis exemplũ viuendi reliquit: ꝓficiebat: nõ ætate tantũ corporea: sed sapientia & gratia spíritali coram deo & homínibus. Omne tempus in quo te nõ meliorem sénseris: hoc æstíma perdidísse. Cœptum virgínitatis ꝓpósitum ad finem vsq; cõserua: quía non inchoásse tantũ: sed perfecísse
Mat. 10 vírtus est. Sícut ín euangelio dñs ait: Qui autem perseuerauerit vsq; in finem: hic saluus erit. Caue ergo: ne cui concupíscendi occasionem tríbuas: quia sponsus tuus zelans ẽ: Críminosior est adultera Christi q; mariti. Esto ergo forma omnibus viuendi: esto exemplũ: præcede & in actu quos in sanctitatis sanctificatõe prærrís. Vírginem te in omnibus exhíbe: níhil corruptionis obíjciat̃ capíti tuo: cuius corpus íntegrum est vt tua sit inuiolabílis cõuersatio. Et quoniã sícut in exordío epistolæ præfati sumus: te dei sacrificiũ factã quod vtiq; sanctificationem suã etiam alíjs impartít̃: & quísquis ex eo digne sumpserit sanctificatiõis & ipse sit particeps. Ita ergo per te quasi per díuinã hostiã sanctificent̃ & cætere: cum quíbus te íta in omnibus exhíbeas: vt quísquis vítam tuam aut vísu aut auditu cõtigerit: sanctificatõis vím sentíat: & tantũ sibi intelligat gratiæ ex tua cõuersatõe transfundi: vt dum te imitari cõcupíscit: dei sacrificio & ipe sit dignus.

Epistola beati Hieronymi ad Eustochium de virgínitate seruanda: cuius sũmarium subíjcit̃ argumentum.

Exordiens a dícto ꝓphetico Eustochiũ deodicatã virgínem hortat̃ sanctum virgínita
e tis cum timore seruare ꝓpósitum: exponens q̃tum sit ꝓpter dæmonũ & carnis insídias ín ea seruanda periculum. Quantus quoq; & q̃ irrecuperabílis sit virgínis lapsus

poſt ruinam ſuiſ̄pius, pponens exemplum: & referes qualia in eremo cōſtitutus etiam exeſo corpore tentamenta pertulerit: ꝓpter quæ monita virginibus ſeruāda ꝓponit. Et in primis vt vino abſtineant ex ſcripturis: & ebrietate fugienda cōtinentiaq; ſectāda exempla recenſens: ſanctos quoq; in mediū adducens: qui per carnis libidinē ceciderūt: vt eo magis prudētibus virginibus ſuggerat eſſe timendū. Ex quo etiam inſipientes & intemperātes: quæ ſolo virginali nomīe gloriantur præſertimq; agapetas in eccleſia quarū beghine inſtar habent acerrime arguit. Admonet deinde de ſalutatoribus fœminarū illuſtriū & viduarū: quæ ſolo nomine præferunt caſtitatē vitare cōſortium: & ſocias eligere: quas ætas, ꝓbat & vita: Amare ſolitudinē: orationi & lectioni intendere. Docens remedia quædā cōtra carnis ſtimulos & incentiua libidinū. Inde digrediens virginitatem extollit per cōparationem nuptiarū: tanq; fructum, ꝓcedentem ex radice: inſtruens quare etiam in veteri lege fuit dānata ſterilitas: in noua prælata virginitas. Obteſtat deinde virginem: vt templū domini intra ſe ſubſiſtens & arcam ſanctificationis caute cuſtodiat: typica ex ſcripturis exempla accomodans vltionis in eos: qui auſi fuerant illa cōtingere. Hortat ad vitam contemplatiuā exemplo Mariæ domini ſedentis ad pedes: Monet ſolam cum ſponſo obſeruare cubiculū ex cantico myſtica verba coaptans. Præcipit omnem inanem gloriā & oſtentationem etiam in bonis operibus declinare: inuehēs in hypocritas & quoſdam ſui temporis clericos ſub ſpecie religiōis laſciuiētes. Hortat vt ꝓuocet alias ad ſanctū inſtitutū: & infimas quaſq; comites habeat nō ancillas. Ocioſas vero & curioſas fœmias omnino deuitet. Monet ne velit diſerta vi deri: & libros gentiliū inſequat. Referens ſuam hiſtoriā quādo fuerit ꝓ gentiliū lectione correctus. Admonet quoq; auaritiā fugere: & nō ſolum aliena nō appetere: ſed ꝓpria miſericorditer elargiri. Plurima de ſcripturis teſtimonia atq; exempla cōgerens: quæ doceant fugere auaritiā: & hiſtoriā Referēs, ꝓprietarij monachi in ægypto deprehenſi cōſilio Macharij ad terrorem cum nūmis infoſſo. Q ua occaſione digrediens tractat de tribus generibus monachorū ægypti. Cœnobitarū: ſcilicet Anachoritarū: & Moabitarū: & ipſo poſtremo dānato: quod dicit eē deterrimū priorū. Inſtituta perſequit. De tempore quoq; orationis: de ſanctitate ieiunij: de detractiōe & iudicio: ac æmulatōe malignātiū euitanda cōmonere facit. Ad extremū exhortans omniavel dura vel aſpera ꝓ Chriſto perferre: quoniā amantibus illum facile videt omne difficile: & breuis modicaq; perpeſſio ineffabili præmio cōpenſatur.

Aliud argumentum.

Ota q; hæc epiſtola calūniæ occaſionem præſtitit detractatoribus aduerſus beatū Hie-
n ronymum. Nam Ruffinus in ſecundo libro quem ad Semproniū cōtra eundem ſanctū Hieronymū ſcribit impingit: dicens eum libellum quendā: de cōſeruāda virginitate romæ poſitum deſcripſiſſe: In quo chriſtianorū ordinem omnem gradum omnēq; ꝓfeſſionē vniuerſam quoq; fœdiſſimis exprobratōibus infamaret eccleſiā. Nam ipſas virgines de quarū virtute ſcribere videbat: interſerens quædā ipſius epiſtolæ verba: dicens etiam omniū monachorū genus diaconos quoq; & preſbyteros fœde & turpiter laceraſſe: exponens verba ipſius epiſtolæ. Cæterū ſi aduertas in eis non cōtra bonos & modeſtos: ſed malos & laſciuos extat inuectio. Vnde Hieronymus in reſponſione eleganter ſe purgat a crimine. Sed & Seuerus Sulpitius Hieronymi coæuus dialogū ſcribens: De monachis & anachoritis orientalibus: de hacipſa epiſtola quendā introducit ita loquentē. Ante hoc quinquēnium cuiuſdā illius rei libellum legi: in q̄ tota noſtrarū natio monachorū ab eo vehementiſſime vexat & carpit. Et poſt pauca: Nihil inquit penitus omiſit: quod nō carperet: laceraret: exponeret: Præcipue auaritiā: nec minus vanitatem inſectatus eſt. Multa de ſuperbia: nō pauca de ſuperſtitione diſſeruit. Vere fatebor mihi pinxiſſe videt vitia multorum. Cæterum: De familiaritatibus virginum & monachorū atq; etiam clericorum q̄ vera q̄ fortia diſputauit. Vnde & a quibuſdā quos nominare nolo dicitur non amari: quin & fremere dicuntur: cum in illo opuſculo ſcriptum legunt: Cœlibem ſpernit virgo germanum & cætera.

EPISTOLA .XVI.

V di filia & vide & inclina aurem tuam: & obliuiſcere populū tuū & domū patris tui: ps.44.
a & cōcupiſcet rex decorem tuum. In quadrageſimoquarto pſalmo deus ad animā loquitur humanā: vt ſcd'm exemplū Abrae exiens de terra ſua & de cognatōe ſua: relinquat Chaldeos: qui quaſi dæmonia interpretant: & habitet in regione viuētiū: quam alibi, ꝓpheta ſuſpirat: dicēs: Credo videre bona dñi in terra viuentiū. Verum nō ſufficit tibi exire de patria tua: niſi obliuiſcaris populi & domus patris tui: vt carne contempta ſponſi iungaris amplexibus. Ne reſpexeris inquit retro: nec ſteteris in omni circaregione: ſed in monte ſaluum te fac: ne forte cōprehendaris. Non expedit apprehenſo aratro reſpicere poſt tergū: nec de agro ps.25.

reuerti domum: nec post Christi tunicã ad tollendũ aliud vestimentũ tecta descendere: grãde miraculum. Pater filiam cohortat: ne meminerit patris sui. Vos de patre diabolo estis: & desideria
Ioh.8. patris vestri vultis facere. Et alibi dicitur ad iudæos: Qui facit peccatum: de diabolo est. Tali primum parente generati nigri sumus: & post pœnitentiam: necdum culmine virtutis ascenso dici M
Can.1. mus: Nigra sum sed speciosa filiæ Hierusalem. Exiui de domo infantiæ meæ: oblita sum patris mei: renascor in Christo. Quid pro hoc mercedis accipio? Sequit: & cõcupiscet rex decorem tu-
Mat.19. um. Hoc ergo illud magnũ est sacramentũ. Propter hoc homo relinquet patrem & matrem suã: & adhærebit vxori suæ: & erunt ambo in carne vna: iam nõ vt ibi in vna carne: sed in vno spiritu. Non est sponsus tuus arrogãs: nõ superbus: æthiopissam duxit vxorem: Statim vt volueris sapientiã veri audire Salomonis: & ad eum veneris: confitebit tibi cuncta quæ nouit. & inducet te rex in cubiculũ suũ: & mirum imodum colore mutato: sermo tibi ille cõueniet: Quæ est ista quæ ascendit dealbata? Hoc iccirco mi domina Eustochiũ scribo (dominã quippe vocare debeo sponsam domini mei) vt ex ipso principio lectionis agnosceres: non me nunc laudem virginitatis esse dicturum (quam probasti optimã: & consecuta es) nec enumeraturũ molestias nuptiarum: quomodo intumescat vterus: vagiat infans: crucier pellex: domus cura sollicitet: & omnia quæ putant bona: mors extrema præcidat. Habent enim & mariti ordinem suum: honorabiles nuptias: & cubile imaculatũ: Sed vt intelligeres tibi exeunte de Sodoma: timendũ esse Loth vxoris exemplũ. Nulla est enim in hoc libello adulatio. Adulator quippe blandus inimicus est. Nulla erit rhetorici pompa sermonis: quæ te etiam inter angelos statuat: & beatitudine virginitatis exposita: mũdum subiiciat pedibus tuis. Nolo tibi venire superbiã de ꝓpositio: sed timorẽ. Onusta incedis auro latro vitandus est. Stadium est hæc vita mortalibus: hic cõtendimus: vt alibi co-
Esa.34. ronemur. Nemo inter serpentes & scorpiones securus ingredit. Et inebriatus est inquit dñs: gladius meus in cœlo: & tu pacem arbitraris in terra: quæ generat tribulos: & spinas: quam serpẽs
Eph.6. comedit. Nõ est nobis colluctatio aduersus carnem & sanguinem: sed aduersus principatus & potestates huius mundi: & harum tenebras: aduersus spiritalia nequitiæ in cœlestibus. Magnis inimicor̃ circũdamur agminibus: hostium plena sunt omnia. Caro fragilis & cinis futura post
ps.90 modicum: pugnat sola cum pluribus. Cum autem fuerit dissoluta: & venerit princeps mũdi huius: & inuenerit in ea peccati nihil: tunc secura audies per ꝓphetã. Non timebis a timore nocturno: A sagitta volante per diem: a negocio perambulãte in tenebris: ab incursu & dæmonio meridiano. Cadent a latere tuo mille: & decemmilia a dextris tuis: ad te autem nõ appropinquabũt. Quod si eorum te multitudo turbauerit: & ad singula incitamenta vitiorũ cœperis æstuare: & dixerit tibi cogitatio tua: quid faciam? Respondit tibi Helisæus: Noli timere quia plures nobi-
4.Reg.6. scum sunt: q̃ cum illis: & orabit: & dicet: Domine aperi oculos puellæ tuæ: vt videat: & apertis oculis videbis igneum currum: qui te ad exemplũ Heliæ in astra sustollat: & tunc læta cantabis:
ps.123 Anima nostra sicut passer erepta est de laqueo venantiũ: laqueus cõtritus est: & nos liberati sumus. Quãdiu hoc fragili corpore detinemur: quãdiu habemus thesaurum istum in vasis fictili-
ps.103. bus: & cõcupiscit spiritus aduersus carnem: & caro aduersus spiritũ nulla est certa victoria. Ad N uersarius noster diabolus tanq̃ leo rugiens aliquid deuorare quærẽs circuit. Posuisti ait Dauid tenebras: & facta est nox. In ipsa pertransibunt omnes bestiæ siluæ. Catuli leonum rugientes: vt rapiant & quærant a deo escam sibi. Non quærit diabolus homines infideles: non eos qui foris sunt: & quor̃ carnes coxit rex Assyrius in olla. De ecclesia Christi rapere festinat: Escæ eius scd̃m Abachuc electæ sunt. Iob subuertere cupit: & deuorato iuda: ad cribrandos apostolos expetit potestatem. Non venit Saluator pacem mittere super terram: sed gladium. Cecidit Lucifer qui mane oriebat: & ille qui in paradiso delitiar̃ nutritus est: meruit audire: Si exaltatus fueris
Abd.1. vt aquila: inde detraham te: dicit dñs. Dixerat enim in corde suo: Super sidera cœli ponam se-
Esa.14. dem meam: & ero similis altissimo. Vnde quotidie ad eos qui per schalam Iacob somniante de-
ps.81. scendunt: loquit deus: Ego dixi dij estis: & filij altissimi omnes. Vos autẽ sicut homines moriemini: & tanq̃ vnus de principibus cadetis. Cecidit enĩ primus diabolus. Et cum stet deus in sy-
1.Cor.3. nagoga deor̃: in medio autem deos discernat: Apostolus eis qui dij esse desinũt scribit. Vbi enĩ in vobis sunt dissensiones & æmulationes: nõne homines estis: & scd̃m hominem ambulatis? Si apostolus vas electiõis & præparatus in euangeliũ Christi: ob carnis aculeos & incentiua vitiorum reprimit corpus suum: & seruituti subiicit: ne aliis prædicans ipe reprobus inueniat: & tamen videt aliam legem in mẽbris suis repugnãtem legi mentis suæ: & captiuũ se in legem duci peccati. Si post nuditatem: ieiunia: fames: carcerem: flagella: supplicia: in semetip̃m reuersus
Ro.7. exclamat. Infœlix ego homo: quis me liberabit de corpore mortis huius? tu te putas securã esse

debere: Caue quæso nequãdo de te dicat deus: Virgo ísrael cecidit: & non est qui susćitet eam.
O Audenter loquar: cum omnía possit deus: suscitare vírgínem nõ potest post ruínam. Valet qui-
dem líberare de pœna: sed non vult coronare corruptã. Timeamus íllam ꝓphetíam: ne ín nobís
etíam compleat. Vírgines bonæ deficient. Obserua quíd dícat: & vírgines bonæ deficient: quía Am. 8.
sunt & vírgines malæ. Q uí víderít ínquit mulíerem ad concupíscendã eam: íam mœchatus est Mat. 5.
eam ín corde suo. Perít & mente vírgínitas. Istæ sunt vírgines male: vírgines carne non spíritu:
vírgines stultæ quæ oleum nõ habentes excludunt ab ípso. Sí autem & íllæ quæ vírgines sunt:
ob alías tamen culpas: vírgínitate corpoꝛ non soluant: quíd fiet íllís: quæ ꝓstituerunt membra
Chrísti: & mutauerunt templũ sanctí spíritus ín lupanar: Illíco audíent. Descende sede vírgo ín Esa. 47.
terra. Filía Babylonís sede ín terra: nõ est thronus fíliæ Chaldeoꝛum: nõ vocaberís vltra mollís: &
delícata. Accípe molam: mole farínam: díscooperí velamen tuũ: reuela canos: denuda crura: trã
sí flumĩa: reuelabit ignomínía tua: apparebũt obprobría tua. Et hoc post deí fílíj thalamos: post
oscula fratruelís & sponsí. Illa de qua quondã sermo ꝓphetícus cõcínebat: Astítit regína a dex- ps. 44.
trís tuís ĩ vestítu deaurato: circũdata varíetate. Nudabit: & posteríora eíus ponent ín faciem ípí
us. Sedebit ad aquas solítudínís posíta vaga: & díuaricabit pedes suos omní transeunti: & vsq;
ad verticem polluet. Rectíus fuerat hominís subíjsse cõiugíũ: ambulasse per plana: q̃ ad altíora
tendentem ín ꝓfundum ínferní cadere. Ne fíat obsecro cíuitas meretrix fídelís Syon: ne post trí-
nítatís hospítíum íbí dæmones saltent: & syrene nídífícent: & erícíj. Non saluat fascía pectora
lís: sed statím vt líbído títúllauerít sensum: aut blande voluptatís íncendíũ dulcí nos calore perfu
derít: erumpamus ínvocem: Dñs auxílíator meus: nõ tímebo quíd faciat mihí caro. Et cum post ps. 55.
paululũ ínterior homo ínter vítía atq; vírtutes cœperít fluctuare: dícito: Q uare trístís es anima
mea: & quare cõturbas me: Spera ín dño: quía cõfítebor íllí salutare vultus mei: & deus meus.
Nolo sínas cogitatíonẽ crescere. Níhíl ín te Babylonís: níhíl cõfusíonís adolescat. Dum paruus
est hostís ínterfice: nequítía elídat ín semíne. Audí psalmístã dícentẽ: Fília Babylõís mísera: bea ps. 136
tus quí retríbuet tíbí retríbutíonem tuam. Beatus quí tenebít: & allídet paruulos suos ad petram
Q uía enĩ ímpossíbíle est ín sensum hominís nõ írruere motum medullaꝛ: calorem nõ sentíre:
ílle laudat: ílle prædícat beatus: quí statím vt cœperít cogítare: ínterfícít cogítatus: & allídít ad
P petram: petra autem Chrístus est. O quotíens egoípe ín eremo cõstítutus: & ín ílla vasta solítudí
ne: quæ exusta solís ardorĩbus: horrídũ monachís præstat habítaculũ: putabã me Romanís ín-
teresse delítíjs. Sedebã solus: quía amarítudíne repletus eram. Horrebãt sacco mẽbra: deformís
& squalída cutís sítum æthyopícæ carnís obduxerat. Quotídíe lachrymæ: quotídíe gemítus: &
síquãdo repugnãtem somnus ímínens oppressísset: nuda humovíx ossa hærentía collídebã. De
cíbís vero & potu taceo: cum etíam languentes monachí aqua frígída vtant: & coctum alíquíd
accepísse: luxuría sít. Ille ígítur ego: quí ob gehẽne metum talí me carcere ípse dãnaueram: scor
pionum tantũ socíus & feraꝛum: sæpe chorís íntererã puellaꝛum. Pallebant ora ieiunijs: & mens de-
sideríjs æstuabat ín frígído corpore: & ante hominẽ suum íam carne præmortua: sola líbídínũ
íncendía bulliebãt. Itaq; omní auxílío destítutus: ad Iesu íacebã pedes: rígabã lachrymís: crine
tergebã: & repugnãtem carnem hebdomadaꝛ inedía subíugabã. Non depudesco ínfídelítatís
meæ: quín potíus plango me nõ esse: quod fuerím. Memíní me clamantẽ díem crebro íunxísse
cum nocte: nec prius a pectorís cessasse verberĩbus: q̃ rediret dño íncrepãte tranquíllítas. Ipsam
quoq; cellulã meã quasí cogítatíonũ mearũ conscíã pertímescebã. Et mihímet íratus & rígídus
solus deserta penetrabã. Sícubí cõcauavallíum: aspera montíum: rupíum prærupta cernebã: íbí
meæ oratíonís locus: íbí íllud míserríme carnís ergastulum collocabam: & vtípe mihí testís est
dñs: Post multas lachrymas: post cœlo oculos ínhærentes: nõnunq̃ vídebar mihí íntereſſe agmí
nĩbus angeloꝛum: & lætus gaudensq; cantabã: Post te ín odore vnguentoꝛum tuoꝛum curremus. Sí au
tem hoc sustínent íllí: quí exeso corpore solís cogítatíõĩbus oppugnant: quíd patít puella: quæ
delítíjs fruít? Nempe íllud apostolí víuens mortua est. Sí quíd ítaq; ín me potest esse cõsílíj: sí ex 1. Thi. 5.
perto credít: hoc prímũ moneo: hoc obtestor: vt sponsa Chrísti vínum fugíat pro veneno. Hæc
aduersus adolescentíã prima arma sunt dæmonũ. Non sic auarítía quatít: ínflat supbía: delectat
ambítío: facíle alíjs caremus vítíjs: híc hostís nobís íncluſus est: quocũq; pergímus: nobíscũ por
tamus ínímícũ. Vínum & adolescentía duplex est íncendíũ voluptatís: quíd oleum flãme adíjcí
mus? Q uíd ardentí corpusculo fomenta ígnium mínístramus? Paulus ínquít ad Timotheum:
lam noli aquã bíbere: sed víno modíco vtere: ꝓpter stomachũ tuũ: & frequentes ínfírmítates tu Vbi sup
as. Víde quíbus causís vínípotus concedat: vt ex hoc stomachí dolor: & frequens medeat ínfír
mítas. Et ne nobís forsítan de ægrotatíõĩbus blandíremur: modícũ præcepít esse sumendũ. Me

dici potius consilio: q̃ apostoli: Licet apostolus sit medicus spiritalis: & ne Timotheus imbecillitate superatus: euangelij prædicandi nõ posset implere discursus. Alioquin se dixisse memine
Geñ.9. rat: Et vinum in quo est luxuria: & bonum est homini vinum nõ bibere: & carnem nõ manducare. Noe vinum bibit: & inebriatus est: post diluuiũ: rudi adhuc sæculo: & tunc primũ plantata vinea. Vnde inebriari vino forsitan nesciebat. Et vt intelligas scripturæ in omnibus sacramẽtũ: Margarita quippe est sermo dei: & ex omni parte forari potest. Post ebrietatẽ nudatio fœmorũ subsecuta est libido iuncta luxuriæ. Prius enĩ venter extendit: & sic cætera mẽbra cõcitant. Au-
Exo.32 di de illa quid dicat scriptura: Manducauit enĩ populus: & bibit: & surrexerũt ludere. Loth ami-
Geñ.19. cus dei in monte saluatus: & de tot milibus populis solus iustus inuẽtus inebriat a filiabus suis & licet illæ putarent genus hominũ defecisse: & hoc facerent liberor̃ magis desiderio q̃ libidinis: tamen sciebant virum iustum: hoc nisi ebrium nõ esse facturum. Denicq̃ quid fecerit: ignorauerit: & q̃q̃ volũtas non sit in crimine: error in culpa est. Inde nascunt Moabitæ: & Ammoni-
3.Rz.19. tæ inimici Israel: qui vsq̃ ad quartã & decimã ꝓgeniem: & vsq̃ in æternũ non ingrediunt in ecclesiam dei. Helias cum Iesabel fugeret: & sub quercu iaceret fessus: & veniente ad se angelo suscitat. Et dicit ei: Surge & manduca. Respexit: & ecce ad caput eius panis collirida: & vas aquæ
4.Rz.4. Reuera non poterat ei deus cõditum merum mittere: & electos cibos: & carnes cõtusione mutatas? Heliseus filios ꝓphetar̃ inuitat ad prandiũ: & herbis agrestibus eos alens cõsonum prãdentium audit clamorem: Mors in olla homo dei. Non iratus est cocis. Lautioris enĩ mẽsæ cõsuetudinem non habebat: sed farina desuper iactata: amaritudinẽ dulcorauit. Eadem spiritus virtute qua Moyses mutauerat maram in dulcedinem. Necnõ & illos qui ad eum comprehendendũ venerant: oculis pariter ac mente cæcatos: cum Samariã nescios induxisset qualibus epulis eos re-
4.Rz.6. fici imperauerit: ausculta. Pone eis panem & aquã: manducent: & bibant: & remittant ad dñm
Cañ.14. suum. Potuit & Danieli de regijs ferculis opulentior mensa transferri. Sed Abachuc ei messor̃ prandiũ portat: arbitror rusticanũ. Ideoq̃ & desiderior̃ vir appellatus est: quia panem desiderij non manducauit: & vinum cõcupiscentiæ non bibit. Innumerabilia sunt de scripturis diuina responsa: quæ gulã dãnent: & simplices cibos præbeant. Verum quia nunc nõ est ꝓpositum de ie Q
iunijs disputare: & vniuersa exequi sui est voluminis & tituli: hæc sufficiant pauca de plurimis. Alioquin ad exemplum horum poteris tibi ipa colligere: Quomodo primus de paradiso homo
1.Cor.6. ventri magis obediens: q̃ deo in hanc lachryma r̃ deiectus est vallem. Et ipsum dominũ Sathanas fame tentauerit in deserto. Et apostolus clamitet: Esca ventri: & venter escis: deus autẽ hunc & illas destruet. Et de luxuriosis: quorũ deus venter est: Id enĩ colit vnusquisq̃ quod diligit. Ex quo sollicite prouidẽdũ est: vt quos saturitas de paradiso expulit: reducat esuries. Q; si volueris respondere: te nobili stirpe generatã: Semper in delitijs: semper in plumis: non posse a vino & esculentioribus cibis abstinere: nec his legibus viuere: districtius respõdebo. Viue ergo lege tua quæ dei non potes. Non q̃ deus vniuersitatis creator & dñs intestinor̃ nostror̃ rugitu & inani
Iob.40 tate ventris: pulmonũq̃ delectetur ardore: sed q̃ aliter pudicitia tuta esse non possit. Iob deo carus: & testimonio ipius imaculatus & simplex: Audi quid de diabolo suspicetur: Virtus eius in lumbis: & potestas eius in vmbilico. Honestæ viri mulieriscq̃ genitalia immutatis sunt appellata nominibus. Vnde & de lumbis Dauid super sedem eius promittit esse sessurus. Et septua-
Exo.1 ginta quinq̃ animæ introierunt in ægyptum quæ exierunt de fœmore Iacob. Et postq̃ cum lu-
Geñ.32. ctante domino latitudo fœmoris eius emarcuit: a liberor̃ opere cessauit. Et qui pascha facturus
Eph.6. est: accinctis mortificatisq̃ lumbis facere præcipit. Et ad Iob dicit deus: Accinge sicut vir lum-
Iob.38. bos tuos. Et Ioãnes zona pellicea cingit. Apostoli iubent accinctis lumbis euangelij tenere lu-
Mat.3. cernas. Ad Hierusalem vero quæ respersa sanguine in campo inuenit erroris. In Ezechiele di-
Luc.12. citur: Nõ est præcisus vmbilicus tuus. Omnes igitur aduersus viros diaboli virtus in lumbis est
Eze.16. Omnis in vmbilico contra fœminas fortitudo. Vis scire ita esse: vt dicimus: Accipe exempla.
Iud'.16. Sampson leone fortior: & saxo durior: & qui vnus & nudus mille est persecutus armatos: in Da-
2.Rz.11. lide mollescit amplexus. Dauid scd'm cor domini electus: & qui venturũ Christum sancto sæpe ore cantauerat. Postq̃ deambulãs super tectum domus suæ Bersabeæ captus est nuditate: ad ulterio iunxit homicidium. Vbi & illud breuiter attende: q̃ nullus sit in domo tutus aspectus.
p̃s.50 Quapropter ad dominũ penitus loquitur: Tibi soli peccaui: & malum coram te feci. Rex enim
3.Rz.11. erat: alium non timebat Salomon per quem cecinit ipsa sapientia: qui disputauit a cedro libani vsq̃ ad hisopum quæ exiuit per parietem: recessit a domino: quia amator mulierũ fuit: & ne ali-
2.Rz.13. quis sibi de sanguinis ꝓpinquitate confideret: In illicitum Thamar sororis Ammon frater exarsit incendium. Piget dicere: quot quotidie virgines deo sacratæ ruant: quantas de suo gremio

mater perdat eccleſia. Super quæ ſydera inimicus ſuperbus ponat thronũ ſuũ: Quot petras ex
cauet: & habitet coluber in foraminibus earum. Videas plærasq; matres antecq; nuptas: infœli-
cem cõſcientiam mentitas: tantũ veſte fuſca ꝓcedere: Quas niſi tumor vteri: & infantium prodi
derit vagitus: ſanctas & caſtas ſe eſſe glorificant: & erecta ceruice: & ludentibus pedibus ince-
dunt. Aliæ vero ſterilitatem præbent: & necdum nati hominis homicidium faciunt. Nonnullæ
cum ſe ſenſerint concepiſſe: & ſcelere abortu venena meditanť. Et frequenter etiam ipſe cõmor
tuæ trium criminum reæ ad inferos perducunť: homicidæ ſui Chriſti adulteræ: Necdum nati fi
lij parricidæ. Iſtæ ſunt quæ ſolent dicere: Omnia munda mundis: Sufficit mihi cõſcientia mea. Tit.1.
Cor mũdum deſiderat deus. Cur me abſtineam a cibis: quos creauit deus ad vtendũ? Et ſi quan
R do lepidæ feſtiuæ volunt videri: & ſe mero ingurgitauerint: ebriati ſacrilegiũ copulantes aiunt:
Abſit: vt ego me a Chriſti ſanguine abſtineam. Et quam viderint pallentem atq; triſtem: miſerã
& manichæã vocant. Et conſequenter (tali enim ꝓpoſito ieiunium hæreſis eſt) hæ ſunt quæ per
publicum notabiliter incedunt: & furtiuis oculoq; nutibus: adoleſcentiũ greges poſt ſe trahunt:
quæ ſemper audiunt per prophetam: Facies meretricis facta eſt tibi: impudorata es tu. Purpu- Hier.3.
ra tantũ in veſte ſit tenuis: & laxius vt crines decidant ligatum caput: ſoccus vilior: & per hume
ros hyacinthina lena forte volitent. Succinctæ manicæ brachijs adhærentes: & ſolutis genubus
fractus inceſſus: Hec eſt apud illas tota virginitas. Habeant iſtæ huiuſmodi laudatores ſuos: &
ſub virginali nomine lucroſius pereant. Libenter enĩ talibus non placemus. Pudet dicere (proh
nefas) triſte ſed verũ eſt. Vnde in eccleſias agapetarũ petis introijt: Vnde ſine nuptijs aliud no-
men vxorum: Immo vnde nouum cõcubinarium genus. Plus inferam. Vnde meretrices vniui-
ræ? Quæ eadem domo: vno cubiculo: ſæpe vno tenenť & lectulo: & ſuſpitioſos nos vocant: ſi
aliquid æſtimamus. Frater qui ſpiritalis eſt: ſororem virginem deſerit cœlibem. Spernit virgo
germanũ fratrem: quærit extraneũ. Et cum in eodem ꝓpoſito eſſe ſe ſimulent: quærunt alieno-
rum ſpiritale ſolatium: vt domi habeant carnale cõmertiũ. Iſtiuſmodi homines Salomon in Pro
uerbijs ſpernit: dicens: Alligabit quis in ſinu ignem: & veſtimenta eius non cõburenť? Aut am Pro.6.
bulabit ſuper carbones ignis: & pedes non ardebunt? Exploſis igitur & exterminatis his quæ
nolunt eſſe virgines: ſed videri: nunc ad te mihi omnis diriget oratio. Quæ quanto prima Ro
manæ vrbis virgo nobilis eſſe cœpiſti: tanto tibi amplius laborandum eſt: ne & præſentibus bo
nis careas: & futuris. Et quidem moleſtias nuptiarum: & incerta coniugij: de domeſtico exem-
plo habuiſti: Cum ſoror tua Bleſilla ætate maior: ſed propoſito minor: Poſt acceptum maritum:
ſeptimo menſe viduata eſt. O infœlix humana conditio: & futuri neſcia: & virginitatis coronã
& nuptiarũ perdidit voluptatem. Et quanq; ſcd'm pudicitiæ gradum teneat viduitas: tamẽ quas
illam per momenta ſuſtinere æſtimas cruces: ſpectantem quotidie in ſorore: qđ ipſa perdiderit?
Et cum difficilius experta careat voluptate: minorem continentiæ ſe ſciat habere mercedem: Sit
tamen & illa ſecura: ſit gaudens. Centeſimus & ſexageſimus fructus de vno ſunt ſemine caſti-
S tatis. Nolo habeas conſortia matronarum: Nolo ad domos nobilium accedas: Nolo te frequen-
ter videre quod contemnens virgo eſſe voluiſti. Si ſibi ſolent applaudere mulierculæ de iudici-
bus viris: & aliqua dignitate poſitis. Si ad imperatoris vxorem concurrit ambitio ſalutantium:
Cur tu facis iniuriam viro tuo? Ad hominis coniugem dei ſponſa quid ꝓperas? Diſce in ac par-
te ſuperbiam ſanctam: ſcito te illis eſſe meliorem. Neq; vero earum tantũ te cupio declinare de-
curſus: quæ maritorum inflanť honoribus: quas eunuchoq; greges ſepiunt: & in quarum veſti-
bus attenuata in filium auri metalla texunť: Sed etiam eas fuge: quas viduas neceſſitas fecit. nõ
voluntas: non q; mortem optare debuerint maritoq;: ſed & datam occaſionem pudicitiæ non li-
benter acceperint. Nunc vero tantum veſte mutata: priſtina non mutať ambitio. Præcedit vero
caueas baſternarum: ordo ſemiuirorum: & rubentibus buccis cutis farſa diſtendiť: vt eas putes
maritos non amiſiſſe: ſed querere: plena adulatoribus domus: plena cõuiuijs. Clerici ipſi quos
in magiſterio eſſe oportuerat doctrinæ pariter & timoris: oſculanť capita matronarum: & extẽ
ta manu: vt benedicere eos putes velle: ſi neſcias: precia accipiunt ſalutandi. Ille interim quæ ſa-
cerdotes ſuo viderint indigere præſidio: eriguntur in ſuperbiam: & quaſi maritorum expertes
dominatu: viduitatis præferunt libertatem. Caſtæ vero vocantur & nomine. Et poſt cœnam du
biam apoſtolos ſomniant. Sint tibi ſociæ quæ ſe ieiunio tenuant: quibus pallor in facie eſt: quas
vero ætas probauit & vita: quæ quotidie in cordibus ſuis canunt: Vbi paſcis: vbi cubas in me- Can.1.
ridie? Quæ ex affectu dicunt: Cupio diſſolui & eſſe cum Chriſto Ieſu. Eſto ſubiecta parenti- Phil.1.
bus: Imitare ſponſum tuum. Rarus ſit egreſſus in publicum. Martyres vero tibi quæranť in cu-
biculo tuo. Nunq; vero cauſa deerit procedendi: ſi ſemper quando neceſſe eſt proceſſura ſis

quære moderatos cibos: & nunq̃ sit tibi venter repletus. Plures quippe sunt: quæ cum vino sint sobriæ: ciborꝝ largitate sunt ebrie. Ad orationẽ tibi nocte surgenti: nõ indigestũ ructum faciat: sed inanitas. Crebrius lege: disce q̃pluríma. Tenenti codicem somnus obrepat: & cadentẽ faciẽ pagina sancta suscipiat. Sint tibi quotidiana ieiunia: & refectio saturitatem fugiens. Nihil prodest bíduo tríduoq; transmísso: vacuum portare ventrem: si pariter obruat: si compenset saturitate ieiunium. Illico mens repleta torpescit: & irri[illegible]ta humus spinas libidinum germinat. Si quando senseris exteriorem hominem florem adolescentiæ suspirare: Et accepto cibo: cum te in lectulo cõpositam dulcis libidinum pompa cõbusserit: arripe scutum fidei: in quo ígnitæ diaboOsee.7. li extinguunt sagittæ. Omnes adulterãtes: quasi clibanus corda eorꝝ. At tu Christi comitata veLuce.24 stigijs. & sermonibus eius intentata dic. Nõne cor nostrũ ardens erat in via: cum aperiret nobis
ps.118. Iesus scripturas? & illud: Ignitum eloquium tuũ: & seruus tuus dilexit illud. Difficile est huma- T
nam animã aliquid nõ amare: & necesse est vt in quoscũq; mens nostra trahat affectus. Carnis amor spíritus amore superet. Desideriũ desiderio restinguat. Quicquid inde minuit hic crescit
Cañ.1. quin potius semper ingemina: & dic: Super lectulũ meũ in noctibus quæsiui quem dilexit aniCor.3. ma mea. Mortificate inquit apostolus mẽbra vestra quæ sunt super terram. Vnde & ipse confiGal.2. denter aiebat: Viuo autem iam non ego: viuit vero ī me Christus: Qui mortificat mẽbra sua: &
ps118. in imagine perambulat. Non timet dicere: Factus sum sicut vter in pruina. Quicquid in me fuerit humoris libidinis: excoctum est: & infirmata sunt in ieiunio genua mea: & oblitus sum manducare panem meum. A voce gemitus mei adhæsit os meum carni meæ. Esto cicada noctium. Laua per singulas noctes lectum tuum lachrymis tuis: stratum tuũ riga. Vigila & fias sicut passer ī solitudine: Psalle spíritu: psalle & sensu. Benedic anima mea dominũ: & ne obliuiscaris omnes retributiones eius: qui propicíat cũctis iniquitatibus tuis. Qui sanat omnes infirmitates tups.102 as: & redimet ex corruptione vitam tuam: Quis nostrũ ex corde dicere potest. Quia cinerem quasi panem manducabã: & potionem meã cum fletu míscebã: An non flendũ: non gemendũ: cum me rursus serpens inuitat ad illícitos cibos? Cũ de paradíso virginitatis eiectũ: tunicis vult vestire pelliceis? quas Helias ad paradísum rediens, piecit ad terrã. Quid mihi & voluptati quæ in breui præterijt? quid cum hoc dulci & mortifero carmine sirenarꝝ? Nolo illi subiacere te sen-
Gen.3. tentiæ: quæ in homine est lata dãnatio. In doloribus: in anxietatibus paries mulier. Lex ísta non est mea: sed dei. Ad virum cõuersio tua. Sit cõuersio illius ad maritũ quæ virum nõ habet Christum: & ad extremũ morieris. Finis íste cõiugij meũ propositũ sine sexu est. Habeãt nuptæ tempus suũ. Nam titulus virginitatis mihi Maria dedicat & in Christo. Dicat aliquis: Et audes nuptijs detrahere quæ a deo benedictæ sunt? Non est detrahere nuptijs: cũ illis virginitas antefertur. Nemo malũ bono cõparat. Glorient & nuptæ cum a virginibus sint secũdæ: Crescite ait & multíplicamini: & replete terrã. Crescat & multíplicet ille qui impleturus est terrã: tuũ agmen in cœlis est. Crescite & multíplicamini: hoc explet edictum post paradísum & nuditatem: & ficus folia auspicantia pruriginem nuptiarꝝ. Nubat & nubat ille: qui in sudore faciei comedit panem suum: cuius terra tríbulos & spinas germinat: & cuius herba sentibus suffocatur. Meum semen centena fruge fœcundũ est. Non omnes capiunt verbum dei. Sed si quibus datum est. Aliũ euEccs.4. nuchum necessitas facit: me volũtas: sicut scriptũ est: Tempus amplexandi: & tempus abstinendi manus a cõplexibus: tempus mittendi lapides: & tempus colligendi. Postq̃ de durítia nationum generati sunt filij Abrae: cœperũt lapides volui super terrã. Perrranseũt quippe mũdi ístius turbines: & in curru dei rotarꝝ celeritate voluunt. Consuant tunicas: qui incõsutã desursum tunicã perdiderũt: quos vagitus delectat infantiũ: in ipso lucis exordio fletu lugentes quo nati sunt. Eua in paradíso virgo fuit: post pelliceas tunicas initiũ sumpsit nuptiarꝝ. Tua regio para-
ps.114. dísus est. Serua q̃ nata es: & dic: Reuertere anima mea in requiẽ tuã. Et vt scias virginitatẽ esse naturæ: nuptias post delictũ: virgo nascit caro de nuptijs: in fructu reddẽs: quod in radice perderat. Exiet virga de radice iesse: & flos de radice eius ascẽdet. Virga mater est domini: símplex
Esa.11. pura: sincæra: nullo extrinsecus germine cohærente: & ad símilitudinẽ domini vnione fœcũda:
Cañ.2. Virgæ flos Christus est: dícens: Ego flos campi: & lílium cõuallium. Quí & in alio loco: lapis
Dañ.2. prædicat abscísus de monte sine manibus. Significante ꝓpheta virginem nascitur esse de vir- V
Cañ.2. gine. Manus quippe accipiunt ꝓpopere nuptiarꝝ: vt ibi: Sinístra eius sub capite meo: & dextera
Gen.7. illius amplexabit me. In huius sensus cõgruit voluntatẽ. Etiã illud: Q̃ animalia quæ in arca Noe
Exo.4. bina inducunt: imunda sunt. Impar numerus est mũdus: Q̃ Moyses & Iesus naue nudis in san
Iosue.5. ctam terram pedíbus iubentur incedere: Et discípuli sine calciamentorum onere: vínculis pel-
Mar.6. lium ad prædicationem noui euangelij destinantur: Q̃ milites vestimentis Iesu sorte diuisis:

calígas nō habebant quas tollerent. Nec enī poterat habere dñs: quod ꝓhíbuerat ſeruís. Laudo nuptías: laudo cōíugiū. Sed ex eo qa míhí vírgínes generāt: Lego de ſpínís roſam: de terra aurū de concha margarítā. Nunquíd quí arat: tota díe arabít: Nōne & laboris ſuí fruge lætabít: Plus honorant nuptíe: quādo quod de íllís naſcít: plus amat. Quíd ínuídes mater fílíæ: quæ tuo lactæ nutrita eſt: tuís educata víſceribus: ín tuo adoleuít ſínu: Tu íllā vírgínem ſedula píetate ſeruaſtí. Indígnarísq; noluít mílítís eſſe vxor: ſed regís: Grande tíbí beneficiū præſtítít. Socrus dei eſſe cœpíſtí. De vírgínibus ínquít apoſtolus Paulus: præceptū domíní non habeo. Cur: Quía & ípſe vt eſſet vírgo: non fuít ímperíj: ſed ꝓpríæ voluntatís. Necq; enim audiendí ſunt: quí eum vxorem habuíſſe cōfingunt. Cum de cōtínentía díſſerens & ſuadens perpetuā caſtítatem ínturit: Volo autem oēs eſſe ſícut meípm: & ínfra. Díco autem ínnuptís & víduís: Bonum eſt íllís ſí ſíc permaneant: ſícut & ego. Et ín alío loco: Nunquíd nō habemus poteſtatē círcūducendí mulíeres: ſícut & cæterí apoſtolí: Quare ergo nō habet domíní de ỽginítate præceptū: Quía maíoris eſt mercedís: quod non cogít: & offert. Quía ſí fuíſſet vírgínítas ímperata, nuptíæ vídebant ablatæ. Et duríſſimū erat cōtra naturā cogere: angelorꝫq; vítam ab homínibus extorquere. Et íd quodāmodo dānare: quod conditū eſt. Alía fuít ín veterí lege fœlícítas. Beatus quí habet ſemen ín ſyon: & domeſtícos ín hieruſalem. Et maledícta ſterílís: quæ non pariebat: Et fílíj tuí ſícut nouellæ olíuarꝫ: ín círcuítu menſæ tuæ. Et ín repromíſſíone díuítíarꝫ: Et nō erít ínfírmus ín tríbubus tuís. Nunc eunuchís dícítur: Ne te lígnum arbítreris arídum. Habes locum pro fílíjs & fílía ra. Nunc quí ínfírmus eſt: fortíor eſt. Vacuus eſt orbís: Et vt de typícís taceam: ſola erat benedíctío líberorꝫ. Propterea & Abraam íam ſenex Cethuræ copulat: Et Iacob mandragoris redímí tur: Et cōcluſam vuluam ín eccleſíæ fígurā Rachel pulchra conquerít. Paulatím vero íncreſcente ſegete meſſor ímíſſus eſt. Vírgo Helías: Heliſeus vírgo: vírgínes multí fílíj ꝓphetarꝫ. Hieremíe dícítur: Et tu ne accípías vxorem. Sanctíficatus ín vtero: captíuítate ꝓpínqua: vxorem prohíbetur accípere. Alíjs verbís ídípſum apoſtolus Paulus loquít cū dícít: Aeſtímo hoc bonū eſſe ꝓpter ínſtantem neceſſítatem: quoniā bonum eſt homíní ſíc eſſe. Quæ eſt íſta neceſſítas quæ aufert gaudía nuptíarꝫ: Tempus breuíatum eſt: relíquū eſt: vt & quí habent vxores: ſíc ſínt quaſí nō habeant. In ꝓxímo eſt Nabuchodonoſor: Promouít ſe leo de cubílí ſuo: quo míhí ſuperbíſſímo regí ſeruítura cōíugía: quo paruulos quos ꝓpheta cōplorat: dícens: Adhæſít língua lactatís ad faucem ípſíus ín ſítí. Paruulí poſtulauerunt panem: & quí frangeret eís: non erat. Inueníebatur ergo (vt díximus) In vírís tantū hoc cōtínentíæ bonum: & ín doloríbus íugíter Eua partu riebat. Poſtq; vero vírgo cōcepít ín vtero: & peperít nobís puerum: cuíus príncípatus ín humeros eíus: deum fortem: patrem futurí ſæculí: ſoluta maledíctío eſt. Mors per Euam: víta per Mariam. Ideoq; & díutíus vírgínítatís donum fluxít ín fœmínas: quía cœpít a fœmína. Statím vt fílíus dei íngreſſus eſt ſuper terram: nouam ſíbí legem ínſtítuít: vt quí ab angelís adorabat ī cœlo: haberet angelos & ín terrís. Tunc Holofernís caput Iudith vídua & contínens amputauít. Tunc Adam quí ínterpretat ínſquítas: ſuo combuſtus eſt ígne. Tunc Iacobus & Ioannes apoſtolí relícto patre rhetí & nauícula: ſecutí ſunt Saluatorem: affectū ſanguínís & víncula ſæculí & cura domus pariter relínquentes. Tunc prímum audítum eſt: Quívult venire poſt me: abneget ſemetípm: & tollat crucem ſuam: & ſequatur me. Nemo ením míles cum vxore pergit ad præliúm. Diſcípulo ad ſepulturā patrís íre cupientí: non permíttít. Vulpes foueas habent: & volucres cœlí nídos: vbí requíeſcant: Fílíus autem homínís nō habet vbí caput ſuum reclínet. Ne forſan cōtríſteris: ſí anguſte māſeris. Quí ſíne vxore eſt: ſollícítus eſt ea quæ domíní ſunt: quomodo placeat dño. Quí autē cum vxore eſt: ſollícítus eſt ea: quæ ſunt huíus mundí: quomodo placeat vxorí. Díuíſa eſt mulíer: & vírgo. Quæ nō eſt nupta cogítat quæ ſunt domíní: vt ſít ſancta corpore & ſpírítu. Nam quæ nupta eſt: cogítat quæ ſunt mundí huíus: quomodo placeat víro. Quantas modeſtías habeant nuptíæ: & quot ſollícítudínibus vínchant. In eo líbro quem aduerſus Heluídíū de beatæ Maríæ perpetua vírgínítate edídímus: puto breuíter expreſſum. Nūc eadem replícare perlongū eſt. Et ſícut placet: de íllo poteſt haurire fontículo. Verum ne penítus vídear omíſíſſe. Nunc dícam: q; cum apoſtolus ſíne íntermíſſíone orare nos íubeat: & quí ín cōíugío debítum ſoluít: orare nō poſſít. Aut oramus ſemper & vírgínes ſumus: aut orare deſínímus: vt cōíugío ſeruíamus. Et ſí nupſerít ínquít vírgo: non peccat: tríbulatíonē tamen carnís habebunt huíuſmodí. Et ín príncípío líbellí præfatus ſum me de anguſtíjs nuptíarum: aut nihil omníno: aut pauca dícturum. Et nunc eadem admoneo: vt ſí tíbí placet ſcíre quod moleſtíjs vírgo ſít líbera: quod vxor aſtrícta ſít: Legas Tertullíanū ad amícum philoſophum: Et de vírgí

Iudít. 13.
Heſt. 8.
Mat. 4.
Luce. 9.
Mat. 8.
1. Cor. 7.
1. theſ. 5.

1. Cor. 7
Vbí ſup
1. Cor. 9.
1. Cor. 1.
Luc. 23
ps. 127.
Eſa. 56.
Mat. 5.
Luc. 16.
Gen. 25.
1. Cor. 7
Treñ. 4.

nitate alios libellos: & beati Cypriani volumen egregium: & papæ Damasi super hac re versu: prosaq; composita: Et Ambrosij nostri quæ nuper scripsit ad sororem opuscula. In quibus tanto se effudit eloquio: vt quicquid ad laudes virginum pertinet exquisierit: inuenerit: expresserit ordinarit. A nobis diuerso tramite incedet. Virginitatem non tantum efferimus: sed seruamus. Nec sufficit scire: quod bonum est: nisi custodiat attentius: quod electum est. Quia illud iudicij
Mat.10 est. Hoc laboris: & illud cõmune cum pluribus: hoc cum paucis. Q ui perseuerauerit inquit vsq; in finem: hic saluus erit. Et multi vocati: pauci autẽ electi. Itaq; obtestor te coram deo:
Mat.20 & Christo Iesu: & electis angelis eius: Ne vasa templi domini (quæ solis sacerdotibus videre cõcessum
2.Reg.6 est) facile in publicum ꝓferas: ne sacrarium dei quisq; ꝓphanus aspiciat. Oça arcam quam non licebat attingens: subita morte ꝓstratus est. Neq; enim vas aureum: & argẽteum tam carum deo fuit: q̃ templũ corporis virginalis. Præcessit vmbra: nunc veritas est. Tu quidem simpliciter loqueris: & ignotos quosq; blanda non despicis. Sed aliter vident impudici oculi: non norunt ani
4.Reg.20 mæ pulchritudinem cogitare sed corpoꝛa. Eçechias thesaurũ dei monstrauit Assyrijs: sed Assyrij non debuerunt videre quod cuperent. Denicq; frequentius bellis iudæa cõuulsa: vasa primũ domini capta: atq; translata sunt inter epulas: atq; cõcubinarũ greges: quia palma vitioꝛ est honesta polluere. Balthasar potat in phialis. Nec declines aurem tuam in verba malitiæ. Sæpe enĩ indecens aliquid loquentes: tentat mentis arbitrium. Si libenter audias virgo quod dicit. Si ad ridiculum casu labaris: quicquid dixeris: laudant: quicquid negaueris: negant. Castam vocant: & sanctam: & in qua nullus sit dolus. Ecce vere ancilla Christi: dicentes: Ecce tota simplicitas: Non vt illi horrida: turpis: rusticana terribilis: & quæ ideo forsitan maritũ non habuit: quia inuenire nõ potuit: Naturali ducimur malo. Adulatoribus nostris libenter fauemus: & q̃q̃ nos re- Y
spondeamus indignos: & calidus rubor ora perfundat. Attamen ad laudem suã intrinsecus anima lætat. Sponsa Christi arca est testamenti intrinsecus & extrinsecus deaurata: custos legis domini. Gaude super his: serua quæ legis. Sicut in illa aliud nõ fuit: nisi tabulæ testamenti: ita & in te nullus sit extrinsecus cogitatus. Super hoc ꝓpiciatorium quasi super cherubin sedere vult dominus. Mittit discipulos suos: vt in te sicut in pullo asinæ sedeat. Curis te sæcularibus soluas: vt paleas & lateres ægypti derelinquens: Moysen sequaris in heremo: & terram repromissionis in troeas. Nemo sit qui ꝓhibeat: non mater: non soror: non cognata: non germanus: Dominus te necessariã habet. Q uod si voluerint impedire: timeant flagella Pharaonis: qui populum dei ad
Mar.21 colendũ eum nolens dimittere: passus est ea quæ scripta sunt. Iesus ingressus i templum: ea quæ templi non erant: proiecit. Deus enim zelotes est: & non vult fieri patris domum speluncã latronum. Alioquin vbi æra numerant: vbi sunt caueæ columbarũ & simplicitas enecat: Vbi in pector virginali amor sæcularium negocioꝛ æstuet: statim velum templi scindetur. Sponsus cõ-
Mat.21 surget iratus: & dicet: Relinquet vobis domus vestra deserta. Lege euãgelium: & vide quomodo Maria ad pedes domini sedens: Marthæ studio præferat: & certe Martha sedulo hospitalita-
Luc.10 tis obsequio: domino atq; discipulis conuiuium præparabat. Martha inquit Martha sollicita es: & turbaris erga plurima: Pauca aut necessaria sunt: aut vnum. Mariã bonã partem elegit: quæ non auferetur ab ea. Esto & tu Maria: cibis præferto doctrinam. Sorores tuæ curritent: & quærant: quomodo Christum hospitem suscipiant. Tu semel sæculi onere proiecto: Sede ad pedes
Cañ.3. domini tui. Et dic: Inueni eum quem quærebat anima mea: Tenebo eum: & non dimittam. Et il-
Cañ.6. le respondeat: Vna est columba mea: perfecta mea. Vna est matri suæ: electa genitrici suæ: cœlesti videlicet Hierusalem. Semper te cubiculi tui secreta custodiat: semper tecum spõsus ludat intrinsecus. Orans loqueris ad sponsum: cum legis ille tibi loquitur: Et cum te somnus oppresserit: veniet post parietem: & mittet manum suam per foramen: & tanget ventrem tuum. Et exper
Cañ.4 gefacta consurges: dicens: Vulnerata charitate ego sum. Et rursus ab eo audies: Hortus conclusus soror mea: fons signatus. Caue ne domum exeas: & velis videre filias regionis alienæ. Q-
Gen.34 uis fratres habeas patriarchas: & israel parente læteris. Dina egressa corrumpit. Nolo te sponsum quærere per plateas. Nolo te circuire angulos ciuitatis. Licet dicas: Surgam & circuibo ci-
Cañ.3. uitatem: & in foro & in plateis queram quem dilexit anima mea: & interroges. Nunquid quem dilexit anima mea: vidistis? Nemo tibi respondere dignabit. Sponsus in plateis nõ potest inue-
Mat.7. niri. Arcta & angusta via est: quæ ducit ad vitam. Denicq; sequit: Q uæsiui eum: & nõ inueni: vocaui eũ: & nõ respõdit mihi. Atq; vtinã nõ inuenisse sufficiat. Vulneraberis: nudaberis: & gemebũda narrabis: Inuenerũt me custodes: qui circũeunt ciuitatẽ: percusserũt me: & vulneraue-
Cañ.5. runt me: tulerũt palliũ meũ mihi. Si autem hæc exiens patit illa quæ dixerat: Ego dormio: & cor
Cañ.1. meum vigilat: & fasciculus: Stacten fratruelis meus mihi in medio vberum meoꝛ cõmorabit.

Quid de nobis fiet: quæ adhuc adolescentulæ sumus? quæ sponsa intrante cum spōso: remanemus extrinsecus? Zelotypus est Christus: nō vult ab alijs videri faciem tuam. Excusēs licet: atq; causeris obducto velamine: Ora contexi: te quæsiui: & dixi annūcia mihi: quē dilexit anima mea: vbi pascis: vbi cubas in meridie: Nequādo efficiar sicut operta super greges sodaliū tuorū? Indignabit: tumebit: & dicet: Si cognoueris teipam o pulchra inter mulieres: Egredere tu in vestigijs gregum: & pasce hedos tuos in tabernaculis pastorū. Sis inquit pulchra: & inter oēs mulieres species tua diligat ab sponso: nisi te cognoueris: & omni custodia seruaueris cor tuū: nisi oculos iuuenū fugeris: egredieris de thalamo meo: & pasces hedos tuos: qui seperādi sunt a sinistris. Itaq; mi Eustochiū filia: dña: cōserua: germana (aliud enī ætatis: aliud meriti: aliud religionis: hoc nomen charitatis nomen est) Audi Esaiam loquētem: Populus meus intra cubiculū tuum. Esa. 26.
Claude ostium tuum: abscōdere pusillum: aliquantulū donec transeat ira dñi. Foris vagent virgines stultæ: tu intrinsecus esto cum sponso: quia si ostium clauseris: & scd'm euangelij præceptum in occulto oraueris patrem tuum: veniet pulsabit & dicet: Ecce ego sto ante ianuā & pulso. Si quis mihi aperuerit introibo & cœnabo cum eo & ipse mecum: & tu statim sollicita respō
Z debis. Vox fratruelis mei pulsantis & dicentis Aperi soror mea: pxima mea: colūba mea: perfecta mea. Necesse est vt dicas: Dispoliaui me tunicā meā: quomodo induam illam? lauī pedes meos: quomodo inquinabo eos? Illico cōsurge & aperi: ne te morante pertrāseat: & postea conqueraris: & dicas: Aperui ego patrueli meo: patruelis meus pertrāsiuit. Quid enī necesse est: vt cordis tui ostia clausa sint? Sponso aperiant Christo: claudant diabolo scd'm illud. Si spiritus potestatem habentis ascenderit super te: ne dimiseris locum tuum. Daniel in cœnaculo suo (neq; enī permanere poterat in humili) fenestras apertas ad Hierusalem habuit: Et tu habeto apertas fenestras: sed vnde lumen introeat: vnde videas ciuitatem domini. Ne aperias illas fenestras: de quibus dicit: Intrauit mors per fenestras nostras. Illud quoq; tibi vitandū est: ne vanæ gloriæ ardore capiaris. Quomodo inquit Iesus potestis credere gloriā ab hominibus accipientes. Vide quale malum sit: quod qui habuerit: non potest credere. Nos vero dicamus: Quoniā gloriatio mea tu es: Et qui gloriat: in dño glorietur. Et si adhuc hominibus placerem Christi seruus non essem. Et mihi autem absit gloriari: nisi i cruce dñi nostri Iesu christi: per quem mihi mūdus crucifixus est: & ego mundo. Et illud: In te laudabimur tota die: in te laudabitur anima mea. Cum facis elemosynam: deus solus videat. Cum ieiunas: læta sit facies tua. Vestis nec satis munda: nec sordida: & nulla diuersitate notabilis: ne ad te obuiam prætereuntiū turba cōsistat: aut digito demonstreris. Frater est mortuus: sororis est corpusculū deducēdū. Caue ne dum hoc sæpius facis: ipa moriaris. Nec satis religiosa velis videri: nec plus humilis q̄ necesse est: ne gloriā fugiendo quæras. Plures enī paupertatis misericordiæ: atq; ieiunij arbitros declinantes: in hoc ipso cupiūt placere qd' cōtēnent. Et mirū imodū laus dum vitat: appetit. Cæteris perturbatōibus: qbus hominis mens gaudet: ægrescit: sperat: & metuit: plures inuenio extraneos: hoc vitio pauci admodū sunt: qui caruerint: & ille est optimus: qui quasi in pulchro corpore rara neuorū? sorde respergit? Neq; vere te moneo: ne de diuitijs glorieris: ne de generis nobilitate te iactes: ne te cæteris præferas. Scio humilitatem tuam. Scio te ex affectu dicere: Dñe nō est exaltatū cor meum: neq; elati sunt oculi mei. Noui apud te & matrem tuam: superbiā per quā diabolus cecidit: penitus locum nō habere. Vnde te super ea scribere superfluū sit. Stultissimū quippe est docere: qd' nouerit ille: quem doceas. Sed ne hocipm tibi iactantiā generet: q̄ sæculi iactantiā cōtempsisti: ne cogitatio tacita subrepat: vt quia in auratis vestibus placere desijsti: placere coneris in sordidis. Et quādo in cōuentu fratrum veneris: vel sororum: humilis sedeas: scabello te causeris indignam: vox ex industria quasi confecta ieiunijs: tenuis non sit: & deficientis imitata gressum: humeris inniteris alterius. Sunt quippe nōnullæ exterminantes facies suas: vt appareāt hominibus ieiunantes: quæ statim: vt aliquem viderint ingemiscunt: dimittunt supercilium & operta facie: vix vnū oculum liberāt ad videndum. Vestis pulla: cingulum sacceum: & sordidis manibus: pedibusq; venter solus: quia non potest: æstuat cibo: his quotidie psalmus ille cantat. Dominus dissipabit ossa hominum sibi placentiū. Alij virili habitu veste mutata: erubescunt fœminæ esse: quod natæ sunt. Crinem vero amputant: & impudenter erigunt facies eunuchinas. Sunt quæ cilicijs vestiuntur: & cucullis fabrefactis: vt ad infantiam redeant imitantur noctuas & bubones. Sed ne tantum videar disputare de fœminis. Viros quoq; fuge: quos videris cathenatos: quorum fœminei contra apostolum Paulum crines: hircorum barba: nigrum pallium & nudi in patientia frigoris pedes. Hæc omnia argumenta sunt diaboli. Talem olim Anthoniū: talem nuper Sophronium Roma congemuit. Qui postq; nobilium introierunt domos: & deceperunt mulier-

Mat. 6.
Apo. 3.
Cañ. 5.
Ecc̄i. 10.
Dañ. 6.
Hier. 9.
Ioh. 5.
1. Cor. 1.
Gal. 1.
Gal. 6.
ps. 43
ps. 130
ps. 52.

culas oneratas peccatis: semper discentes: & nunq̃ ad scientiã veritatis peruenientes: tristiciam simulant: & quasi longa ieiunia furtiuis noctium cibis ꝓtrahunt. Pudet dicere reliqua: ne videar potius inuehi: q̃ monere. Sunt alij (de mei ordinis hominibus loquor) qui ideo presbyteratũ & diaconatũ ambiunt: vt mulieres licentius videant. Omnis his cura de vestibus: si bene oleant A
si pes laxa pelle non folleat. Crines calamistri vestigio rotant̃: digiti de anulis radiant: Et ne plãtas humilior via spargat: vix imprimunt sũma vestigia. Tales cum videris: sponsos magis æstimato q̃ clericos. Q uidam in hoc omne studium vitamq; posuerunt: vt matronarũ nomina domos moresq; cognoscant. Ex quibus vnum qui huius artis est princeps: breuiter strictiq; describam: quo facilius magistro cognito discipulos recognoscas. Cum sole festinus exurgit: salutandi ei ordo disponit̃: viarum compendia requirunt̃: & penevsq; ad cubicula dormientium senex importunus ingredit̃. Si puluillũ viderit: si mantile elegans: si aliquid domesticæ suppellectilis laudat: mirat̃: & attrectat: & se his indigere cõquerens: nõ tam imperat: q̃ extorquet: quia singulæ metuunt verẽ darium vrbis offendere: Huic inimica castitas: inimica ieiunia: prãdium nidoribus probat: & altilis geranopepa: vulgo papiço nominat̃. Os barbarũ & procax: & in conuitia semper armatũ. Q uocũq; te verteris: primus in facie est. Quicquid nouum insonuerit: aut auctor: aut exaggerator est famæ. Et qui per horarũ momenta mutat̃: tam nitide feroceſcit: vt illũ Thracij regis putes esse germanũ: varijs callidus hostis pugnat insidijs. Sapientior erat coluber
2. Cor. 2. omnibus bestijs: quas creauerat dñs super terram. Vnde & apostolus: Non inquit ignoramus eius astutias: nec affectatæ sordes: nec exquisitæ munditiæ cõueniunt christiano. Si quid ignoras: Si quid de scripturis dubitas: interroga eum: quem vita cõmendat: excusat ætas: fama nõ re-
2. Cor. 11 probat. Qui possit dicere: Despõsaui enĩ vos vni viro virginem castam exhibere Christo. Aut si nõ est: qui possit exponere. Melius est aliquid nescire securã: q̃ cum periculo discere. Memento quia in medio laqueoꝝ ambulas: & multæ veteranæ ỹgines: castitatis indubitatæ in ipo mortis limine coronã perdidere de manibus. Si quæ ancillulæ sũt comites ꝓpositi tui: ne erigaris aduersus eas: ne infleris vt dña. Vnum sponsum habere cœpistis: simul psallitis: Christi simul corpus accipitis: eur mensa diuersa sit? Prouocent̃ & aliæ: honor virginũ sit inuitatio cæteraꝝ. Qd̃ si aliquã senseris infirmiorẽ in fide: susci pe cõsolare: blandire: & pudicitiã illius fac lucrum tuũ
1. Cor. 6. Si qua simulat fugiẽs seruitutem: huic aperte apostolum lege. Melius est nubere: q̃ vri. Eas autem virgines & viduas: quæ ociosæ & curiosæ domos circueunt matronarum: quæ rubore frõ-
1. Cor. 15 tis attrito parasitoꝝ incedunt in modũ: quasi quasdã pestes abijce. Corrũpunt mores bonos cõ fabulationes pessimæ. Nulla illis nisi ventris cura est: & quæ ventri ꝓxima. Istiusmodi hortari solent & dicere: Mi catella: rebus tuis vtere: & viue dum viuis: & nunquid filijs tuis seruas? Vino sæatq; lasciuæ: quod vis mali insinuant: ac ferreas quoq; mentes ad delitias molliunt. Et cum luxuriatæ fuerint: in Xpo nubere volũt: habentes dãnationẽ: q; primã fidem irritã fecerunt. Nec tibi diserta multum velis videri: aut lyricis festiua carminibus metro ludere. Non de lũbe matronarum saliuã delicata secteris: quæ nunc strictis dentibus: nunc labijs dissolutis: balbutientẽ linguam indimidiata verba moderant̃: rusticũ putantes oẽ quod nascit̃. Inde illis adulteriũ etiã linguæ placet. Quæ pars fideli cũ infidele? Q uæ enĩ cõmunicatio luci ad tenebras? Q ui cõsensus Christo cum belial? Q uid facit cum psalterio Horatius? cum euãgelijs Maro? cum apostolo Cicero? Nonne scandaliçatur frater: si te viderit in idolio recũbentem? Et licet omnia munda mundis: & nihil reijciendũ: qd̃ cum gratiarum actõe percipit̃: tñ simul bibere nõ debemus calicem Christi: & calicẽ dæmoniorꝝ. Referã tibi meæ infœlicitatis historiã. Cum ante annos plurimos B
domo: parẽtibus: sorore: cognatis: qd̃q; his difficilius est: cõsuetudinis lautioris cibi: ꝓpter cœlorꝝ me regna castrassem: & Hierosolymã militaturus pergerẽ: bibliotheca: quã mihi Romæ sũmo studio ac labore cõfecerã: carere oino non poterã. Itaq; miser ego lecturus Tullij ieiunabã. Post noctiũ crebras vigilias: post lachrymas: quæ mihi præteritorꝝ recordatõe peccatorꝝ ex intimis visceribus fluebant Plato sumebat̃ in manibus. Si quãdo in memetipm reuersus ꝓphetas legere cœpissem: sermo horrebat incultus. Et quia lumen cæcis oculis nõ videbã: nõ oculoꝝ putabam culpam esse: sed solis. Dum ita me antiquus serpens illuderet: in media ferme quadragesima medullis infusa febris corpus inuasit exhaustũ: & sine vlla requie (quod dictu quoq; incredibile sit) sic infœlicia mẽbra depasta sunt: vt ossibus vix hærerẽ. Interim parant̃ exequiæ: & vitalis animæ calor toto frigescente iam corpore: in solo tantũ tepẽte pectusculo palpitabat. Cum subito raptus in spiritu ad tribunal iudicis pertrahor: vbi tantũ luminis erat: & tantũ ex circũstãtium claritate fulgoris: vt ꝓiectus in terrã: sursum aspicere nõ auderẽ. Interrogatus de cõditiõe: christianũ me esse respõdi: Et ille q; præsidebat: Mentiris ait: Ciceronianus es: nõ xpianus. Vbi

enī thesaurus tuus: ibi & cor tuū. Ilico obmutui: & inter vērbera (nā cædī me iusserat) cōscientiæ magis igne torquebar. Illū mecū versiculū reputās: In inferno autē quis confitebitur tibi? Clamare tamē cœpi & eiulans dicere: Miserere mei dñe miserere mei. Hæc vox inter flagella resonabat. Tandē ad præsidentis genua prouolutī qui astabant: precabanī vt veniā tribueret adolescentiæ: & errori pœnitētie locū cōmodaret. Exacturus deinde cruciatū: si gentilīū libros aliqn do legerem. Ego qui tanto constrictus articulo: vellē etiā maiora promittere: deum iurare cœpi & nomē eius obtestās dicere: Dñe si vnq̄ habuero codices sæculares: si legero: te negaui. In hæc sacramenti verba dimissus: reuertor ab superis: & mirantibus cunctis oculos aperio: tāto lachrymarū imbre perfusos: vt etiā incredulis fidem facerē ex dolore. Nec vero inanis sopor ille fuerat aut vana somnia: quibus sæpe deludimur. Testis ē tribunal illud ante quod iacui. Testis iudiciū triste quod timui: ita mihi nunq̄ contingat talē incidere quæstionē: liuentes habuisse me scapulas: plagas sensisse post somniū: & tanto dehinc studio diuina legisse: quāto mortalia añ non legerā. Auaritiæ tibi quoq̄ vitādū est malū: nō q̄ aliena nō appetas (hoc enī & publicæ leges puniunt) sed quod tua quæ sunt aliena nō serues. Si in alieno inquit fideles nō fuistis: quod vestrū est quis dabit vobis? Aliena nobis auri argētiq̄ sunt pōdera. Vestra possessio spiritalis est: de q̄ alibi dicit: Redēptio viri ppriæ diuitiæ. Nemo enī pōt duobus domīs seruire: aut enī vnū odiet: & alterū amabit: aut vnū patiet & alterū cōtemnet. Nō potestis deo seruire & māmonæ: id ē. diuitijs. Nā & apud gentiles Syrorū lingua māmona diuitiæ nuncupanī. Cogitatio victus spinæ sūt fidei. Radix auaritiæ cura gentiliū. At dicis: Puella sum delicata: & quæ manibus meis laborare nō possū. Si ad senectā venero: si ægrotare cœpero: quis mei miserebit? Audi ad apl̄os loquētē Iesū: Ne cogitetis in corde vestro: quid māducetis: neq̄ corpi vestro quid induamī. Nonne anīa plus est q̄ esca: & corpus plus ē q̄ vestimentū? Respicite volatilia cœli: qm̄ nō serūt: neq̄ metūt: neq̄ cōgregant in horrea: & pater vester cœlestis pascit illa. Si vestis defuerit: lilia proponantur Si esurieris audias beatos paupes & esurientes. Si aliquis te afflixerit dolor: legito: Propter hoc cōplaceo mihi in infirmitatibus meis: & datus est mihi stimulus carnis meæ: angelus sathanæ q me collaphiçet: ne extollar. Lætare in omnibus iudicijs dei: exultauerunt enī filiæ Iudæ in omnibus iudicijs tuis domine. Illa tibi semp in ore vox resonet. Nudus exiui de vtero matris meæ: nudus etiā redeā ad terrā: & nihil intulimus in hunc mundū: neq̄ auferre quid possumus. At nunc plæraq̄ videas armaria stipare vestibus: tunicas mutare quotidie: & tamen tineas nō posse superare. Quæ religiosior fuerit vnū exterit vestimentū: & plenis arcis pannos trahit. Inficiuntur mēbranæ colore purpureo. Aurū liquescit in litteras: gēmis codices vestiuntur: & nudus añ fores eorū Christus moritur. Cū manū egenti porrexerint: buccināt. Cū ad Agapē vocauerīt: præco conducitur. Vidi nuper (nomē tamē taceo: ne satyrā putes) nobilissimā mulierē Romanorū i basilica beati Petri semiuiris antecedentibus: propria manu: quo religiosior putaretur singulos nūmos dispartire pauperibus. Interea (vt vsu nosse perfacile est) anus quædā annis pannisq̄ obsita præcurrit: vt alterum nūmū acciperet: ad quā cū ordine peruenisset: pugnus porrigitur p̄ denario: & tanti criminis reus sanguis effunditur. Radix omniū malorū ē auaricia: Ideoq̄ ab apostolo idolorū seruitus appellatur. Quære primū regnū dei: & hæc omnia apponentur tibi. Non occid et famæ animā iustā dñs. Iunior fui & senui: & nō vidi iustum derelictū: neq̄ semen eius q̄rens panē. Helias coruis ministrantibus pascitur. Vidua Sareptena ipsa cum filijs nocte moritura prophetā pascit esurientē. Et mirū in modū capsace completo qui alēdus venerat: alit. Petrus apostolus inquit: Argentū & aurū non habeo: quod autem habeo hoc tibi do. In nomine domini Iesu surge & ambula. At nūc multi: licet sermone taceant: opere loquūtur: Fidē & misericordiā nō habeo: quod autē habeo: argentū & aurū: hoc tibi nō do. Habentes autē victū & vestitū: his contenti simus. Audi Iacob: quid sua oratione postulet. Si fuerit dominus meus mecū: & seruauerit me in via hac per quā ego iter facio: & dederit mihi panē ad manducandū: & vestitū ad vestiendū. Tantū necessaria præcatus est: vt post annos vigīti diues dominus: & ditior pater: ad terrā reuertatur Chanaan. Infinita de scripturis exempla suppeditant: quæ auaricia doceant esse fugiendā. Verū quia nūc ex parte de ea dicitur: & suo (si Christus annuerit) volumini reseruatur: quid ante non plures annos Nitriæ gestū sit: referamus. Quidā ex fratribus parcior magis q̄ auarior: nesciens triginta argenteis dominū venditū: centū solidos quos lina texendo acquisierat: moriens dereliquit. Initū est inter monachos consiliū (nā in eodē loco circiter qnq̄ milia diuisis cellulis habitabant) quid hinc facto opus esset. Alij pauperibus distribuendos esse dicebant: alij dandos ecclesiæ: nōnulli parentibus remittēdos. Macharius vero & Pambo & Isidorus: & cæteri quos patres vocant: sancto in eis loquēte spū: decreuerunt infodiēdos esse cū eodē

Luc. 17.

Pro. 13.

Mat. 10.

Mat. 5.

2. Cor. 2

Iob. 1.

1. Thi. 6.

3. Reg. 17.

Act. 3.

Gen. 28.

dicẽtes: Pecunia tua tecum sit ĩ perditione. Nec hoc crudeliter quisq̃ putet factum: tantos cũctos q̃ per totã ægyptum terror inuasit: vt vnum solidum dimisisse: sit criminis. Et quoniã monachorum fecimus mentionẽ: & te scio libẽter audire quæ sancta sunt: aurẽ paulisper accõmoda. Tria sunt ĩ ægypto genera monachorũ. Primũ cœnobitæ: quod illi sauches gẽtili lingua vocant: nos ĩ cõmune viuẽtes possumus appellare. Secundũ Anachoritæ: qui soli habitãt per deserta: & ab eo q̃ procul ab homĩbus recesserint: nũcupãtur. Tertium genus est quod Remeboth dicunt: deterrimũ atq; neglectum: & quod in nostra prouincia aut solũ: aut primũ est. Hi bini vel trini nec multo plures simul habitant suo arbitratu ac ditione viuẽtes: Et de eo quod laborauerint: in medĩũ partes conferũt: vt habeãt alimẽta cõmunia: Habitant autem q̃plurimi in vrbibus: & castellis: & quasi ars sit sancta nõ vita: quicquid vẽdiderint maioris est precĩj. Inter hos sæpe sunt iurgia: quia suo viuẽtes cibo: nõ patiũtur se alicui esse subiectos. Reuera solẽt certare ieiunĩjs: & rẽ secreti victoriæ faciũt Apud hos affectata sunt omĩa: laxæ manicæ: caligæ follicantes: vestis crassior: crebra suspiria: visitatio virginum: detractio clericorum. Et si quãdo dies festus venerit: saturantur ad vomitũ. His igitur quasi quibusdam pestibus extermĩatis: veniamus ad eos qui plures sunt: & ĩ cõmune habitãt: id est, quos cœnobitas dixi. Prima apud eos confœderatio est: obedire maioribus: & quicquid iusserint facere. Diuisi sunt per decurias atq; cẽturias: ita vt nouem homĩbus decimus præsit. Et rursus decem præpositos sub se cẽtesimus habeat. Manẽt seperati: seiũctis cellulis: vsq; ad horam nonã vt institutũ est. Nemo pergit ad alium exceptis his decanis quos diximus: vt si cogitatiõibus forte quis fluctuat: illius cõsolidetur alloquĩjs. Post horam nonam ĩ cõmune cõcurritur: psalmi resonãt: scripturæ recitãtur ex more. Et completis oratiõibus: cũctisq; residẽtibus: medius quem patrẽ vocãt incipit disputare. Quo loquẽte: tantũ silẽtium fit vt nemo alium respicere: nemo audeat excreare. Dicẽtis laus: ĩ fletu est audientiũ. Tacite voluũtur per ora lachrymæ. Et ne ĩ singultus quidẽ erumpit dolor. Cũ vero de regno Christi: & de futura beatitudine: & de gloria cœperit annũciare vẽtura: videas cũctos moderato suspirio: & oculis ad cœlũ leuatis intra se dicere: Quis dabit mihi pẽnas sicut columbæ: & volabo: & requiescã Post hoc cõcilium soluitur: & vnaquæq; decuria cũ suo parente pergit ad mẽsam. Quibus per singulas hebdomadas vicissim ministrãt. Nullus ĩ cibo strepitus ẽ. Nemo comedẽs loquit: viuitur pane: legumĩbus & holeribus: quæ sale solo cõdiunt. Vinũ tm̃ senes accipiunt: quibus & cũ paruulis sæpe fit prandiũ: vt aliorũ fessa sustẽtetur ætas: alioq; nõ frãgatur incipiẽs. Dehinc consurgũt pariter: & hymno dicto ad præsepia redeũt: ibi vsq; ad vesperã cũ suis vnusquisq; loquit & dicit: Vidistis illũ & illũ: quãta in ipso sit gratia: quãtũ silẽtiũ: q̃ moderatus iessus: Si ifirmũ viderint: cõsolant. Si ĩ dei amore feruẽtẽ: cohortant ad studiũ. Et quia nocte extra oratões publicas ĩ suo cubili vnusquisq; vigilat: circũeũt cellulas singulorq; & aure apposita quid faciãt: diligẽter explorãt. Quem tardiorem deprehẽnderint: nõ increpãt: sed dissimulato quod norunt: eum sæpius visitant: & prius incipiẽtes: prouocãt magis orare q̃ cogunt. Opus dei statutum est quod decano redditũ: fertur ad œconomũ: qui & ipse per singulos patri omniũ cum magno tremore reddit rationẽ. A quo etiam cibi cũ facti fuerint degustãtur. Et quia nõ licet dicere cuiq̃: tunicã & sagũ textaq; iuncis strata nõ habeo: ita ille vniuersa moderat: vt nemo quid postulet: nemo nõ habeat. Si vero quis cœperit ægrotare: t ranffertur ad exedram latiorem: & tanto senum ministerio confouetur: vt nec delitias vrbium: nec matris quærat affectum. Dominicis diebus orationi tm̃ & lectõibus vacãt: quod quidẽ & omni tẽpore cõpletis opusculis faciũt Quotidie aliquid de scripturis dicit. Ieiuniũ totius anni æquale ẽ: excepta quadragesima: ĩ qua sola cõcedit strictius viuere. A pẽtecoste cœne mutant ĩ prãdia: quo & traditõi ecclesiasticæ satisfiat: & vẽtrẽ cibo nõ onerẽt duplicato. Tales Philo Platonici sermonis imitator. Tales Iosephus Græcus D Liuius: secunda iudaicæ captiuitatis historia esse nos debere refert. Verũ quia nunc de virginibus scribẽs: pene superfluũ de monachis disputaui: ad tertium genus veniam: quos Anachoritas vocant: & qui de Cœnobio exeuntes: excepto pane & sale: amplius ad deserta nihil perferũt Huius vitæ auctor Paulus: illustrator etiã Antonius: & vt ad superiora conscendã: princeps Ioháñes baptista fuit. Talẽ vero virũ Hieremias quoq; ppheta describit dicẽs: Bonũ est viro cum portauerit iugũ ab adolescẽtia sua: Sedebit solitarius & tacebit: qm̃ sustulit sup se iugum: & dabit percutiẽti se maxillã: saturabit obprobriis: quia nõ ĩ sempiternũ abiciet dñs. Horq; laborẽ & cõuersationẽ in carne nõ carnis: alio tempore si volueris explicabo. Nũc ad ppositũ redeã: quia de auaricia differẽs ad monachos venerã. Quorq; tibi exempla pponẽs nõ dico aurq; atq; argentum: & cæteras opes: sed ipsam terrã & cœlũ despicies: & Xpo copulata cãtabis: Pars mea dñs. Post hoc q̃q̃ apostolus orare nos semper iubeat: & sanctis etiam ipse sit somnus oratio: sic tamẽ

Treñ. 3.

1. thes. 5.

diuisas orandi horas debemus habere: vt si forte aliquo fuerimus opere detenti: ipum nos ad of
ficiū tempus admoneat: horam tertiā: sextā: nonā: diluculū quoq; & vesperā: nemo ē qui nesci
at. Nec tibi ante sumantur nisi oratione præmissa: nec recedatur a mensa nisi referat creatori gra
tia. Noctibus bis terq; surgendū reuoluenda de scripturis quæ memoriter retinemus. Egrediē
tes de hospitio armet oratio: occurret anteq̄ sessio. Nec prius corpusculū requiescat q̄ aia pascat
Ad oēm actū: ad oēm incessū manus pingat crucē. Nulli detrahas: nec aduersū filiū matris tuæ
ponas scandalū. Tu quæ es vt alienū seruū iudices? Suo domino stat aut cadet. Stabit autem: po
tens est dominus statuere illū. Nec si biduo ieiunaueris: putes te nō ieiunantibus esse meliorem
Tu ieiunas & irascēris: Ille comedit & forte blanditur. Tu vexationē mentis & ventris esuriē ri
xando digeris: ille moderatis alitur cibis: & deo gratias agit. Vnde quotidie clamat Esaias: Nō Esa. 58.
tale ieiuniū elegi dicit dns. Et iterū: In diebus ieiuniorū vestrorū inueniunt voluntates vestræ: &
oēs qui sub vestra potestate sunt stimulatis. In iudicijs & litibus ieiunatis: & percutitis pugnis
humilē. Vt quid mihi ieiunatis? Quale illud potest esse ieiuniū: cuius iram non dicam nox occu
pat: sed luna integra derelinquit? Teipsam cōsiderans: noli in alterius ruina: sed in tuo opere glo
riari. Nec illarū tibi exempla pponas quæ carnis curā facientes: possessionū redditus: & quotidi
anas domus impensas supputant. Neq; enī vndecim Xpi apostoli Iude pditione sunt fracti: nec
Philego & Alexandro facientibus naufragiū: cæteri a cursu fidei substiterūt. Nec dicas: illa & il
E la suis rebus fruit: honorat ab homibus: fratres ad eā cōueniunt & sorores. Nūquid ideo virgo
esse desinit? Primū dubiū est: an virgo sit talis. Nō enī quō videt hō videt deus. Hō videt i facie
deus autē in corde. Dehinc etiā si corpore virgo est: an spū virgo sit: nescio. Apostolus autē ita
virginē definit: Vt sit sācta corpe & spū. Ad extremū habeat sibi gloriā suam. Vincat pauli sen 1. Cor. 7.
tentiā: delitijs fruat & viuat. Nos melioq; exempla sectemur. Propone tibi beatā Mariā: quæ tā
tæ extitit puritatis: vt mater dni esse mereret. Ad quā cū angelus Gabriel in viri specie descēdis
set: dicēs: Aue gratia plena: dominus tecū: Cōsternata & pterrita respōdere nō potuit. Nūq̄ enī
a viro fuerat salutata. Denicq; nunciū ediscit & loquit: & quæ hominē formidabat: cū angelo lo
quitur intrepida. Potes & tu esse mater dni. Accipe tibi tomū: magnū: nouū: & scribe in eo stilo
homis: velociter spolia detrahe: & postq̄ accesseris ad prophetissam: & cōceperis i vtero: & pe
pereris filiū: dic: A timore tuo dne cōcepimus: & doluimus: & pepimus spiritū salutatiōis tuæ:
quē fecimus nuper sup terrā Tunc & filius tuus tibi respōdebit: & dicet: Ecce mater mea & fra
tres mei. Et mirū in modū: illū quē in latitudine pectoris tui paulo ante descripseras: quē in noui
tate cordis stilo signaueras: postq̄ spolia ex hostibus receperit: postq̄ nudauerit principatus & po
testates: & affixerit eas crucī: cōceptus adolescit: & maiori affectu sponsam te incipit habere de
matre. Grandis labor: sed grande præmiū esse quod martyres: esse quod apostoli: esse quod chri
stus est. Quæ quidē vniuersa tunc, psunt cū in ecclesia fiunt: cū in vna domo pascha celebramus
si archā ingredimur cum Noe: si pereunte Hiericho Raab meretrix iustificata nos cōtinet. Cæ
terū virgines: quales apud diuersas hæreses: & quales apud impurissimū Manichæū esse dicunt
scorta sunt æstimandæ nō virgines. Si enī corporis earū auctor est diabolus: quomō possunt ho
norare plasmationē ortus sui? Sed quia sicut virginale vocabulū glorioſū: sub ouiū pellibus lu
pos tegunt: Christum mentitur Antichristus: & turpitudinē vitæ falso nomis honore vestiunt.
Gaude soror: gaude filia: gaude mi virgo: quia quod aliæ simulant: tu vere esse cœpisti Hæc oīa
quæ digessimus: dura videbuntur eis: quæ nō amant Xpm. Q ui autē omnē sæculi pompā pro
purgamento habuerit: & vana duxerit vniuersa sub sole: vt Christū lucrifaceret: qui cōmortuus
est dño suo: & cōsurrexit: & crucifixit carnē cū vitijs & cōcupiscētijs: libere, pclamat: Q uis nos Ro. 8.
sepabit a charitate dei? an tribulatō? an angustia? an persecutio? an fames? an nuditas? an piculū
an gladius? Et iterq̄. Certus sū qa neq; mors: neq; vita: neq; angeli: neq; principatus: neq; ptātes
neq; instantia: neq; futura: neq; fortitudo: neq; excelsū: neq; profundū: neq; alia creatura: poterit
nos separe a charitate dei quæ est i Xpo ieſu dño nostro. Dei filius, p nostra salute hoīs factus est:
filius. Nouem mensibus in vtero vt nascatur: expectat. Fastidia sustinet: cruentatus egreitur
pannis inuoluitur: blanditijs delinitur. Et ille pugillo mundū includēs præsepis continet angu
stijs. Taceo quousq; ad triginta annos ignobili parentū paupertate cōtentus est: verberatur & ta
cet: crucifigitur: & pro crucifigentibus depræcat. Q uid igit retribuā dño: pro oīmibus quæ re
tribuit mihi? Calicē salutaris accipiā: & nomen dni inuocabo. Precioſa in conspectu dni mors sā
ctorū eius. Hæc est sola digna retributio: cū sanguis sanguine compensat: & redēpti cruore chri
sti: pro redemptore libēter occumbimus. Q uis sanctoq; sine certamine coronatus est? Abel iu
stus occidit. Abraā vxorē periclitat amittere. Et ne imm̄esum volumē extendā: quære: & inue

Heb.12. nies singulos aduersa perpessos. Solus Salomon in delitijs fuit: & forsitan ideo corruit. Quem enī dilīgit dominus: corripit. Castīgat autē omnē filiū quē recipit. Nōne melius est breui tempore dimicare: ferre vallum: arma sumere: lacessere sub lorica: & postea gaudere victorem: q̄ impatientia vnius horæ seruire perpetuo. Nihil amantibus durum est: nullus difficilis cupienti labor est. Respice quanta Iacob pro Rachel pacta vxore sustinuit. Et seruiuit (inquit scriptura) Iacob pro Rachel annis septem. Et erant in conspectu eius quasi dies pauci: quoniā amabat illam. Vñ & ipse postea memorat: In die vrebar æstu: & gelu nocte. Amemus & nos Xp̄m: eiusq̄ semper quæramus amplexus: & facile videbit̄ omne difficile: breuia putabimus vniuersa quæ lōga sunt: & iaculo illius vulnerati: p horarū momēta dicemus: Heu me quia peregrinatio mea prolō gata est a me. Nō sunt enī condignæ passiones huius temporis ad futurā gloriam quæ reuelabi-

p̄s.119. Ro.8. Ro.5. tur in nobis. Quia tribulatio patientiā operatur: patientia autem probationem: probatio vero spem: spes autē non confundit. Quoniā charitas dei diffusa est in cordibus nostris. Quando tibi graue videtur esse quod sustines: Pauli secundam epistelam ad Corinthios lege. In laboribus

2. Cor.11 plurimū: in carceribus abundantius: in plagis supra modum: in mortibus frequenter. A iudæis quinquies quadragenas vna minus accepi: ter virgis cæsus sum: semel lapidatus: ter naufragiū feci: nocte & die in profundo maris fui. In itineribus sæpe: periculis fluminum: periculis latronū periculis ex genere: periculis ex gentibus: periculis in ciuitate: periculis in deserto: periculis in mari: periculis in falsis fratribus: in laboribus: in miserijs: in vigilijs multis: in fame & siti: in ieiunijs plurimis: in frigore & nuditate. Quis nostrum saltem minimam portionem de cathalago

2. Thi.4 harum sibi potest vendicare virtutum? Ob quæ ille postea confidenter aiebat: Cursum consummaui: fidem seruaui. Superest mihi corona iustitiæ: quam retribuet mihi in illa die dñs iustus iudex. Si cibus insulsior fuerit: contristamur: & putamus deo nos aliquod præstare beneficiū cum F aquā bibimus. Aquatius vinū si bibimus: calix frangit̄: mensa subuertit̄: verba resonāt: & aqua

Mat.11. tepidior sanguine vindicat̄. Regnū cœlorū vim patit̄: & violenti rapiunt illud. Nisi vim feceris cœlorū regna nō capies. Nisi pulsaueris importune: panem nō accipies sacramenti. At non tibi videtur violentia: cum caro cupit esse quod deus est? Et illic vbi angeli corruerunt angelos iudicatura conscēdit? Egredere quæso paulisper de carcere: & præsentis laboris añ oculos tuos tibi pinge mercedē: quā nec oculus vidit: nec auris audiuit: nec in cor homīs ascēdit. Qualis erit ila dies cū tibi Maria mater dñi choris occurret comitata virgineis? cū post rubrū mare submerso

Bxo.14. cū suo exercitu Pharaone: tympanū tinniēs præcinet respōsura: Cātemus dño: glorioſe enī honorificatus ē: equū & ascensorē ,piecit in mare. Tunc Tecla ī tuos læta volabit amplexus. Tunc

Cañ.2. & ipse sponsus occurret & dicet: Surge veni proxima mea: sponsa mea: columba mea: quia ecce hyems transiuit: pluuia abijt sibi. Tunc angeli mirabunt̄ & dicēt: Quæ est ista, pspiciēs quasi di-

Cañ.6. luculū: speciosa vt luna: electa vt sol? Videbunt te filiæ: & laudabūt reginæ: & cōcubinæ prædicabunt Hinc & alius castitatis chorus occurret. Sara cū nuptis veniet. Filia Phanuelis Anna cū viduis. Erunt ī diuersis gregibus carnis & spūs matris tuæ. Lætabit̄ illa q̄ genuit: exultabit ista q̄ docuit. Tūc vere sup asinā dñs ascendet: & cœlestē ingrediet̄ Hierusalē. Tūc paruuli de qui-

Esa.8. bus ī Esaia saluator effat̄: Ecce ego & pueri mei quos mihi dedit deus: palmas victoriæ subleuātes: cōsono ore cātabūt: Osiāna ī excelsis. Benedictus qui venit ī noīe dñi: osiāna ī excelsis. Tūc centūquadragintaquattuor milia ī cōspectu throni & seniorū tenebunt cytharas: & cantabūt cāticū nouū. Et nemo poterit dicere canticū illud nisi numerus definitus. Hi sunt qui cum mulieribus se nō coinquinauerunt: virgines enī p̄manserunt. Hi sunt qui sequunt̄ agnū q̄cunq̄ vadit. Quotiēscunq̄ te vana sæculi delectauerit ambitio: quotiēs ī mūdo aliq̄d videris glorioſū: ad pa-

Cañ.8. disū mente trāsgredere: esse incipe quod futura es: & audies a spōso tuo Pone me sicut vmbraculū ī corde tuo: sicut signaculū ī brachio tuo: & ope parit̄ ac mēte mūita clamabis & dices: Aquæ multæ nō potuerunt extinguere charitatē: & flumina nō cooperient eam.

De supradicto libello memīhit beatus Hieronymus ī prima epistola ad Demetriadē: narrans quantā apud conscios culpæ sibi conflarit inuidiā sub his verbis.

Argumentū superioris libelli.

a Nte annos circiter triginta: de virginitate seruanda edidi librum. In quo necesse mihi fuit ire contra vitia: & propter instructionem virginis quam monebā diaboli insidias patefacere. Qui sermo offendit plurimos: dum vnusquisq̄ in se intelligēs quod dicebatur non quasi monitorem libenter audiuit: sed quasi criminatorem sui operis aduersatus est. Verum tamen quid profuit armasse exercitū reclamantiū: & vulnus conscientiæ dolore mōstrasse: liber manet: homines præterierunt.

Incipit epistola prima ad Demetriadē virginē de continētia virginali seruanda.

Argumentū in eandem.

Audaturus Demetriadē virginē: hortaturus eā ad virginale ꝓpositū conseruādū ex rei magnitudine exordit: vt lectores reddat attētos: & assentatōnis vota se purgat. Deinde parentū nobilitatē breui insinuatōe percurrēs. Illā magis laudat q̄ ꝑ Xp̄o nobilitatē dimino virginitatē cōsecraret: & quō imminēte nuptiarū die seipsam cohortata oēm ornatū abiecerit: ac religiosam vestē accepit: & eius ꝓpositū matris & auiæ fauor imitatio virginū: & pene totius orbis prosecuta fuerit exultatio. Effert deinde matris & auiæ in ipsam virginem: & Xp̄i pauperes & beneficentiā: quæ distractis possessionibus omnē substantiā erogabāt: & in compatiōnē illarū auaricię arguit clericorū: enarrans cōstantiā sanctarū matronarū i orbitate filiorū: & i Africani ꝓpssiōe tyrāni. Deinde monita virgine ꝓponēs: ad lectionē hortat: monet seruare fœdus quod cū Xp̄o pepigit: terribile illi dei iudiciū & vltionē repræsentans: & ad pugnā domesticā īstruēs: docet q̄ clypeo debeat præmuniri cōtra æstū cogitationū. Q uædā de scripturis exponēs: & post cogitatonū cautionē ieiunij dicit arma sumēda: ex scripturis: inediæ & saturitatis exempla ꝓponēs: & qualiter ieiunio sit moderādū insinuās. Ad imitationē matris & auiæ ac subiectionē parentū: & humilitatē: & modestiā: grauitatēq̄ seruandā exhortat. Monet risum: praua colloquia: & ꝓturbatōes animi declinare. Cōsiliū quoq̄ ꝓfectōis i vendēdo oia & erogādo pauperibus ꝓponēs: id post obitū mris & auiæ Demetriadæ suggerit faciēdū. De tpe oratōis & opere manuū instruit. Hortat vt hæreticorū errore dānato: q nitebant astruere aīas ante ī cœlestibus peccauisse: & merito iniquitatis claustris humanorū corporū deputatis: Romanæ ecclesiæ & beati pape Innocētij fidē insequat. Admonet quoq̄ de piculo vitæ solitariæ: & præsumptiōe quorundā: qui prius volunt videri magistri q̄ didicerint esse discipuli. Instruēs quale sit: & illi cōsortiū appetendū & quod declinādū: inuehēs ī fatuas virgines & lasciuas: ipsam ad sctm̄ virginale ꝓpositū cōseruandū: & angelorū gloriā acquirendā exhortās.

EPI. XVII.

G Nter oēs materias q̄s ab adolescētia vsq̄ ad hanc ætatē: vel mea vel notarij scripsi manu: nihil præsenti opere scripsi difficilius. Scripturus enī ad Demetriadē virginē xp̄i quæ & nobilitate & diuitijs prima ē ī vrbe Roma. Si cūcta virtutibus eius cōgrua dixero: adulari putabor: si quædā subtraxero: ne incredibilia videant: damnū laudibus eius mea faciet verecūdia. Q uid igit faciā? Q d' implere nō possū: negare non audeo: tanta est auiæ eius & matris insigniū fœminarū: ī iubēdo auctoritas: ī petēdo fides: ī extorquēdo pseuerātia. Neq̄ enī vt nouū & præcipuū q̄ddā a me flagitāt: cuius ingeniū huiuscemodi materijs sæpe detritum est. Sed ne vocis meæ pro virili parte desit testimonium in eius virtutibus explicandis: cuius & inclyti oratoris vtar sententia: Spes magis laudāda ē q̄ res Q̄ q̄ puellares annos fidei ardore suparit: & inde cœperit vbi alias desisse: perfectæ consummatæq̄ virtutis est. Sit ꝓculobtrectatio. Facessat inuidia Nullū in ambitōe sit crimē. Ignoti ad ignotā scribimus: dūtaxat iuxta faciē corporalē. Alioquin interior hō pulchre sibi cognitus ē: illa noticia qua Paulus apostolus ad Colocēses multosq̄ credentiū nouerat: quos ante nō viderat. Quantū sit apud me meritum: īmo miraculū virginis nostræ: hinc potest æstimari: q̄ occupatus ī explanatōe templi Eçechiel: quod opus ī oībus scripturis sanctis vel difficillimū est: & ī ea parte delubri qua sanctasctōrū & thimiamatis altare describit: malui parūper hic vti diuerticulo: vt de altari trāsirē ad altare: & hostiā viuā: placentē deo: ac sine vlla macula: æternæ pudicitiæ cōsecrarē Scio q̄ ad impētionē pōtificis: flāmeū virginale sanctū operuit caput. Et illud apostolicæ vocis insigne celebratum sit Volo autē vos oēs virginē sanctā exhibere xp̄o. Q̄n astitit regina a dextris eius in vestitu deaurato circūdata varietate. Q ua veste polymita: & multarū virtutū diuersitate contexta indutus fuit & Ioseph: & regū quondā vtebant filiæ. Vnde & ipsa sponsa lætat & dicit: Introduxit me rex in cubiculū suū. Sodaliūq̄ respōdet chorus. Ois gloria filiæ regis intrinsecus. Sed & nostra oratio dabit aliq̄d emolumēti. Equorū cursus fauore pnitior fit. Pugilū fortitudo clamoribus incitatur: paratas ad prælia acies: acutosq̄ mucrones sermo īperatoris accēdit. Igit & ī ope præsenti auia quidē mrq̄ plātauerūt. Sed & nos rigabimus: & dns īcremētū dabit. Rhetorū disciplina est ab auis & attauis: & oī retro nobilitate ornare quē laudāt: vt ramorū sterilitatē radix fœcūda cōpēset. Et quod ī fructu nō teneas: mireris ī trūco. Si licet nūc mihi proborū & Olibriorū clara repetēda sunt noia. Et illustris Anitij sanguis genus: in quo aut nullus aut rarus erit: qui nō meruerit consulatum. Aut proferendus Olibrius virginis nostræ pater: quem immatura morte subtractum Roma congemuit. Vereor plura dicere: ne sanctæ matris vulnus exasperem: & virtu-

2. Cor. 11

Cañ. 1.

ps. 44.

tū eius recordatio fiat doloris instauratio. Pius filius: vir amabil' clemēs dominus: ciuis affabil' consul quidem in pueritia: sed morum bonitate senator illustrior. Fœlix morte sua: qui nō vidit patriam corruentē. Immo fœlicior sobole: qui Demetriadis auiæ nobilitatem insigniorem reddidit: & Demetriadis filiæ perpetua castitate. Verū quid ago: oblitus propositi. Dū admiror iuuenem: laudaui aliquid bonorum sæculorū: cum in eo virgo nostra magis laudanda sit: q̄ hæc vniuersa contempserit: q̄ se non nobilē: non diuitijs præpotentē: sed hominē cogitarit. Incredibilis animi fortitudo intra gēmas & sericū: iter eunuchorū & puellarū cateruas: & adulationem ac ministeria familiæ perstrepentis: & exquisitas epulas: quas ample domus præbebat abundan
Mat. 11. tia: appetisse eam ieiuniorū laborem: asperitatē vestium: victus continentiā. Legerat enī dñi verba dicentis: Qui mollibus vestiunt in domibus regū sunt. Stupebat ad conuersationē Helie & Iohannis baptistæ: quorū vterq; zona pellicea astrinxit & mortificauit lumbos suos. Alter venisse narratur in spū & virtute Helie: præcursor dñi: ī vtero prophetans parentis: & ante diē iudicij iudicis voce laudatus. Annæ filiæ Phanuelis mirabat' ardorē: quæ orationibus atq; ieiunijs vsq; ad vltimā senectutē in templo dño seruiebat. Quattuor virginū filiarū Philippi desiderabat chorū: & vnā se illar; esse cupiebat: quæ pudicitia virginali prophetiæ gratiā cōsecutæ sunt. His & huiuscemodi cogitatoribus pascebat animū: nihil ita metuens q̄ auiā matrēq; offendere. Quarum cū incitaretur exemplo: voluntate & studijs terrebat': nō quo displiceret eis sanctū, ppositū:
Hest. 14. sed q̄ pro rei magnitudine optare & appetere non auderent. Aestuabat Xpi tyruncula. Oderat ornatū suū: & cū Hester loquebat' ad dominū: Tu nosti q̄ oderim insigne capitis mei: hoc est diadema quo vtebat' quasi regina: & tantæ ducā immundiciæ: velut pannū mulieris menstruatæ. Aiunt sanctæ & nobiles fœminæ: quæ eā videre: quæ norunt: quas de litore galliarū ad habitationē sanctor; locorū hostiū p. Africā cōpulit sæua tēpestas: noctibus & secreto cōscijs tm̄ virginibus dei: quæ in matris & auiæ comitatu erāt: nunq̄ eā lintheamine: nunq̄ plumarū vsam mollicie: sed cilicioli ū in nuda humo habuisse, p stratu: iugibus faciē rigasse lachrymis. Saluatoris mente genubus aduolutā vt suum reciperet propositū: vt impleret desideriū: & auiæ animū matrisq; molliret. Quid vltra differo? Cū iam nuptiarū appropinquaretur dies: & futuro matrimonio thalamus pararetur: secreto & absq; arbitris: noctemq; habens pro solatio: talibus se ferē armasse consilijs: Quid agis Demetrias? Cur pudicitiā tanto pauore defendis? Libertate opus est & H audacia. Quæ sic in pace metuis: quid faceres ī martyrio ppetrando? Quæ tuor; vultū ferre nō potes: quomodo sustineres tribunalia p̄secutorū? Si te virorū exempla nō, puocant: hortetur faciatq; securā beata martyr Agnes: quæ ætatē vicit & tyrannū: & titulū castitatis martyrio coronauit. Nescis misera: nescis cui virginitatē tuam debeas: dum inter barbaras manus tremuisti: auiæ matrisq; sinu & pallijs tegebaris. Vidisti te captiuā: & pudicitiā tuā nō tuæ potestatis. Horruisti truces hostium vultus: raptas virgines dei gemitu tacito conspexisti. Vrbs tua quondam orbis caput: Romani populi sepulchrū est: & tu in Libyco litore exulē virū exul ipsa accipies. Quā habitura pronubam? quo deducenda comitatu? Stridor punicæ linguæ procacia tibi fescē nina cantabit. Rūpe mores omēs. Perfecta dei dilectio foras mittit timorē. Assume scutū fidei: loricā iusticiæ: galeā salutis: procede ad prælium. Habet & pudicitia seruata martyriū suū. Quid metuis auiā? quid formidas parentē? Forsitan & ipse velit quod te velle nō credunt. His & alijs q̄pluribus inflāmata stimulis: omnē corporis cultū & habitū sæcularē q̄asi propositi sui impedimenta proiecit. Preciosa monilia & graues censibus vniones: ardentesq; gēmæ reddūtur scrineis: vili tunica induitur: viliori tegitur pallio: & insperata auiæ genubus repente prouoluit' fletu: tāto mœrore plāctibusq; quæ esset ostendit. Obstupuit sctā & grauis fœmina alienū habitū inepte cōspiciens. Mater gaudio stabat attonita. Vtraq; ver; nō crederet quod verū esse cupiebat. Hæsit vox faucibus: & inter ruborē & pallorē metūq; atq; lætitiā cogitationes variæ mutabātur. Succūbendū est huic loco: ne qua narrare aggrediar quod dicendo minus faciā Ad explicandā incredibilis gaudij magnitudinē: & Tulliani fluuius exiccaretur ingenij & cōtortæ Demosthenis vibratæq; sentētiæ tardius lāguidiusq; ferrent'. Quicquid potest cogitare animus: qc quid sermo nō pōt explicare: illo in tēpore factū audiuimus. Certatim in oscula neptis: mater & filia ruunt. Vbertim flere præ gaudio: iacentē manu attollere: amplexariq; trepidantē: agnoscere in illius pposito mentē suā: & gratulari q̄ nobilē familiā virgo virginitate sua nobiliorē faceret: inuenisse eā quod præstaret generi: quod Romanæ vrbis cineres mitigaret Iesu bone quid illud in illa domo exultationis fuit. Quasi ex radice fœcunda multæ simul virgines pullularunt exemplūq; patronæ & dominæ secuta est clientū turba atq; famular;. Per oms domos feruebat virginitatis, pfessio: quar; cū impar esset ī carne cōditio vnū erat præmiū castitatis. Parū loquor

Cunctæ per Africã eccleſiæ quo dã exultauere tripudio. Nõ ſolũ ad vrbes: oppida: viculoſq; ſed ad ipſa quoq; mappalia celebris fama penetrauit. Oẽs inter Africã Italiãq; inſulæ hoc rumore repletæ ſunt: & inoffenſo pede longius gaudia cucurrere. Tunc lugubres veſtes Italia mutauit: & ſemiruta vrbis Romæ mœnia priſtinũ ex parte recepere fulgorẽ: propitiũ ſibi æſtimãtes deũ in alumnæ conuerſione p̃fecta. Putares extinctã Gotthorũ manũ: & colluuiẽ perfugaq; atq; ſeruorũ dñi neſup intonantis flumine cõcidiſſe. Nõ ſic poſt Trebiã Thraſimenũ & Cãnas: in quibus locis Romanorũ exercituũ cæſa ſunt milia. Marcelli primũ apud Nolã prælio: ſe populus Romanus erexit. Minori prius gaudio ſtrata Gallorũ agmina: auro redempta nobilitas: & ſeminarĩ Romani generis in arce cognouit. Penetrauit hic rumor orientis litora: & in mediterraneis vrbibus chriſtianæ gloriæ triumphus auditus eſt. Quæ virginũ Chriſti non huius ſe ſocietate iactauit? Quæ mater nõ tuũ Iuliana beatũ clamauit vterũ? Incerta apud ĩfideles ſunt præmia futurorũ. Plus interim recepiſti virgo q̃ obtuliſti. Quã ſponſam hominis vna tm̃ prouincia nouerat: virginẽ chriſti totus mũdus audiuit. Solent miſeri parentes: & nõ pleni fidei Chriſtiani deformes & aliquo mẽbro debiles filias: quia dignos generos nõ inueniũt: virginitati tradere. Tãti vt dicit vitrum: quanti margaritarũ. Certe qui religioſiores ſibi videntur: paruo ſumptu: & q vix ad alimenta ſufficiat: virginibus dato: oẽm cẽſum in vtroq; ſexu ſæcularibus liberis largiũtur. Quod nuper in hac vrbe quidã diues fecit preſbyter: vt duas filias in propoſito virginali inopes relinqueret: & alioq; ad oẽm copiã filiorũ luxuriæ atq; delitijs, puideret. Fecerũt hoc multæ (proh dolor) noſtri, ppoſiti fœminæ: atq; vtinã rarũ eſſet exemplũ: quod quãto crebrius eſt: tanto iſtæ fœliciores: quæ ne plurimaq; quidẽ exempla ſectatæ ſunt Ferẽ: & omniũ chriſtianorũq; laude celebrãt: quicquid fuerat nuptijs præparatũ a ſancta Xp̃i Sinoride virgini traditũ: ne ſponſo fieret iniuria: imo vt dotata priſtinis opibus veniret ad ſponſũ: & quod ĩ rebus mũdi periturum erat: domeſticorũ dei ſuſtentaret inopiã. Quis hoc credat? Proba illa omniũ dignitatem: & cunctæ nobilitatis in orbe romano nomen illuſtrius: cuius ſanctitas & in vniuerſos effuſa: bonitas etiã apud barbaros venerabilis fuit: quã triũ liberorũ: Probini: Olibrij & Probi: non fatigarunt ordinarij conſulatus: & cũ incenſis direptiſq; domibus in vrbe captiuitas: nũc habitas venũdare dicit poſſeſſiones: & facere ſibi amicos de iniquo mãmona: qui ſe recipiant in æterna taberna cula. Vt erubeſcat oĩis eccleſiaſtici miſterij gradus: & caſſa nomina monachorũ emere prædia tanta nobilitate vendente. Vir barbaroq; effugerat manus: & auulſas de cõplexu ſuo virgies fleuerat: cum ſubito intolerabili: & quod nunq̃ timuerat: amãtiſſimi filij orbitate percutit: & quaſi futura virginis Chriſti auia: ſpe futuroq; mortiferũ vulnus excepit: probans in ſeverũ eſſe quod in lyrico carmine ſup iuſti præconio dicit.

Si fractus illabat orbis. Impauidũ ferient ruinæ.

Legimus in volumine Iob: Adhuc iſto loquente: venit alius nuncius. Et in eodem: Tẽtatio: ſiue vt melius habetur in hebraico: Militia eſt vita hominis ſuper terram. Ad hoc enĩ laboramus: & ĩ ſæculi periclitamur militia: vt in futuro ſæculo coronemur. Nec mirũ hoc de hominibus credere cũ dominus ipſe tentatus ſit. Et de Abraam ſcriptura teſtatur: q̃ deus tẽtauerit eum. Quam ob cauſam & apoſtolus loquitur: Gaudentes in tribulatione: & ſcientes q̃ tribulatio patientiã operatur: & patientia probationẽ: & probatio ſpem. Spes autẽ non confundit. Et in alio loco: Quis nos ſeparabit a charitate dei: tribulatio? an anguſtia? an perſecutio? an fames? an nuditas? an periculum? an gladius? ſicut ſcriptũ eſt: Quia propter te mortificamur tota die: æſtimati ſumus vt oues occiſionis. Et Eſaias huiuſcemodi homines cohortat dicens: Qui ablactati eſtis a lacte: q̃ auulſi ab vbere: tribulationẽ ſuper tribulationẽ expectate: ſpem ſupra ſpem. Non ſunt cõdignæ paſſiones huius temporis ad futurã gloriã quæ reuelabitur in nobis. Cur iſta replicauerim: ſequens ſermo monſtrabit: Quæ de medio mari fumãtẽ viderat patriã: & fragili Cymbæ ſalutẽ ſuam ſuorũq; cõmiſerat: crudeliora inuenit Africæ litora. Excipit enĩ ab eo quẽ neſcias: vtrum auarior an crudelior fuerit: cui nihil dulce præter vinũ: & preciũ. Et qui ſub occaſione partium clemẽtiſſimi principis ſæuiſſimus oĩm extitit tyrannorũ. Et vt aliq̃d loquar de fabulis poetarũ quaſi Orcus ĩ tartaro: nõ tricipitẽ: ſed mltorũ capitũ habuit Cerberũ: q cũcta traheret: laceraret hic matrũ gremijs abducere pactas: negociatoribus & auidiſſimis mortaliũ Syris nobiliũ puellarũ nuptias vendere: nõ pupillarũ: nõ viduarũ: nõ virginũ xp̃i inopiæ parcere: magiſq; manus rogantium expectare q̃ vultus. Hanc ferã & charybdim: ſcillãq; ſuccinctã multis canibus: fugiens barbaros matrona ſuſtinuit: quæ nec naufragijs parceret: nec captiuitatibus flecteret. Imitare crudelis ſaltem hoſtem Romani imperij. Brẽnus noſtri tpis tm̃ quod iuenerat tulit: tu quæris q̃d nõ inuenis: & mirant æmuli (virtus enĩ ſemp inuidiæ patet) cur tantarũ ſecũ pudicitiã tacita

Boe. de cõ. li. 1. Iob. 1 Iob. 7. Geñ. 22. Ro. 5. Ro. 8. Eſa. 28.

proſcriptione mercata ſit: cum & ille partem dignatus ſit accipere: qui totum potuit auferre: & hæc quaſi comiti negare non auſa ſit: quæ ſe intelligebat ſub nomine priuatæ dignitatis tyrãno ſeruiẽtem. Sentio me inimicorum patere morſibus: q̃ adulari videar clariſſimæ & nobiliſſimæ fœminæ: qui accuſare non poterunt: ſi me ſcierint hucuſq̃ tacuiſſe. Neq̃ enim laudaui ī ea vnq̃ antiquitatem generis: diuitiarum & peteatiæ magnitudinem viro viuẽte vel mortuo: quæ alibi forſitan mercennaria oratione laudauerunt. Mihi propoſitum eſt ſtilo eccleſiaſtico laudare auiam virginis meæ: & gratias agere: q̃ voluntatem eius ſua adiuuerit voluntate. Alioquin cellula monalterij: vilis cibus: veſtiſq̃ contempta: & ætas vicina iam morti: breuiſq̃ temporis viaticũ: carent omni aſſentationis infamia. Deniq̃ in reliquis partibus omnis mihi ſermo ad virginẽ dirigeť: & virginẽ nobilẽ: & nobilẽ nõ minus ſanctitate q̃ genere. Cuius quãto ſublimis magis aſcenſus eſt: tanto lapſus periculoſior.

Illud tibi nata deo: præ omnibus vnũ
Prædicã: & repetens: iterũ iterumq̃ monebo.

Vt animũ tuũ ſacræ lectionis amore occupes: nec in bona terra pectoris tui ſementẽ lolij aũenarũq̃ ſuſcipias: ne dormiente patrefamilias qui eſt id eſt. animus deo ſemp adhærens: inimicus hõ ziçania ſuperſeminet: ſed ſemp loquaris: In noctibus quæſiui quẽ dilexit anima mea: vbi paſcis: vbi cubas ī meridie: Et inhæſit poſt te aĩa mea: me ſuſcepit dextera tua. Illudq̃ Hieremie: Nõ laboraui ſequens te: neq̃ enĩ dolor in Iacob: nec labor in iſrael. Quãdo eras ī ſæculo: ea quæ erant ſæculi diligebas. Polire faciẽ purpuriſſo: & ceruſſa ora depingere: ornare crinẽ: & alienis capillis turritũ verticẽ ſtringere. Vt taceã de inauriũ p̃cijs: candore margaritarũ: rubri maris profunda teſtantiũ. Smaragdorũ virore: cerauinorũ flãmis: hyacinthorũ pelago: ad quæ ardent & inſaniunt ſtudia matronarũ. Nũc autẽ quia ſæculũ reliquiſti: & ſecũdo poſt baptiſmum gradu inijſti pactũ cũ aduerſario tuo dicẽs ei: Renuncio tibi diabole & ſæculo tuo: & põpæ tuæ. & opibus tuis. Serua fœdus quod pepigiſti: & eſto cõſentiens pactũq̃ cuſtodiens cũ aduerſario tuo dũ es in via huius ſæculi: ne forte tradat te iudici: & te de ſuo aliq̃d vſurpaſſe conuincat: tradariſq̃ miniſtro: quia ipſe ẽ inimicus & vindex: & ĩmittaris in carcerem: & in tenebras exteriores quæ quanto a Chriſto vero lumine ſepamur: tanto nos maiori horrore circũdant. Et nõ inde exeas: niſi ſoluas nouiſſimũ quadrantẽ: id eſt. minimũ quodq̃ delictũ. Quia & pro ocioſo verbo reddituri ſumus rationẽ in die iudicij. Hæc dicta ſunt nõ infauſto contra te vaticinio: ſed pauidi cautiq̃ monitoris officio: ea quoq̃ in te quæ tuta ſunt formidãtis. Si ſpũs inquit poteſtatẽ habẽtis aſcenderit ſup te: locum tuũ ne dimiſeris. Quaſi in pcinctu & ī acie ſtamus ſemp ad pugnam Vult nos loco mouere hoſtis: & de gradu accedere: ſed ſolidãda veſtigia ſunt: & dicendũ: Statuit ſupra petrã pedes meos: & petra refugiũ leporibus. Pro quo multi Erinacios legunt: aniaľ parũ: & ruga & ſpinarũ ſentibus prægrauatũ. Sed ideo Ieſus ſpinis coronatus ẽ: & noſtra delicta portauit: & pro nobis doluit: vt de ſentibus & tribulationibus fœminarũ ad quas dicit: In anxietatibus & doloribus paries mulier: & ad virũ conuerſio tua: & ipſe tui dominabit: roſæ virginitatis: & lilia caſtitatis naſcentur. Vnde & ſponſus paſcitur inter lilia: & inter eos qui veſtimenta ſua nõ coinquinauerunt: virgines enĩ permãſerunt: audierũtq̃ præceptũ: Cãdida ſint ſemp veſtimenta tua: & quaſi auctor virginitatis & princeps loquiť cõfidẽter: Ego flos cãpi & liliũ conuallíũ. Petra igiť leporũ eſt: qui ī pſecutionibus fugiunt de ciuitate in ciuitatẽ. Nec timent illud pphetícũ: Perijt fuga a me. Mõtes autẽ excelſi ceruis. Quorũ colubri cibus ſunt: quos educit puer paruulus de foramine quãdo pardus & hædus requieſcũt ſimul: & bos & leo comedũt paleas vt nequaq̃ bos diſcat feritatẽ: ſed leo doceat mãſuetudinẽ. Reuertamur ad ppositũ teſtimonium Si ſpũs poteſtatẽ habentis aſcenderit ſup te: locũ tuũ ne dimiſeris. Poſt quod ſequiť: Quia cura tio quieſcere facit peccata maxima. Qui verſiculus hunc habet ſenſum: Si in cogitationes tuas coluber aſcẽderit: omni cuſtodia ſerua cor tuũ. Et cũ Dauid canito: Ab occultis meis munda me dñe: & ab alienis parce ſeruo tuo: & ad peccatũ maximũ quod opere perpetrať nequaq̃ pueniespentis veſtigia nõ reperiunť: cauteq̃ dño pmittes: Si mei nõ fuerint dñati: tũc immaculatus ero: & emũdabor a delicto maximo. Hoc ẽ quod alibi ſcriptura teſtať: Peccata patrũ reddã ī filios: in terciã & quartã generationẽ: vt cogitationes noſtras mẽtiſq̃ decretũ nõ ſtatim puniat ſed reddat in poſteris: id eſt. in malis operibus: & in delictorũ pſeuerãtia: quoniã p Amos loquiť: Super tribus & quattuor impietatibus illius & illius ciuitatis: nõne aduerſabor eã: Hæc curſim quaſi de prato pulcherrimo ſanctarũ ſcripturarũ paruos flores carpſiſſe ſufficiat pro cõmonitõe tui: & vt claudas cubiculũ pectoris: & crebro ſignaculo crucis munias frõtẽ tuã: ne exterminator ægypti

Cañ.1. p̃s.62. Gen.3. Eccs.10. Eccs.9. Cañ.2. p̃s.41. p̃s.18. Am.1.

in te locū reperiat. Sed primogenita quæ apud Aegyptios pereūt: in tua mente saluent: & dicas cū propheta: Paratū cor meū deus paratū cor meū: cantabo & psallā. Exurge gloria mea: exurge psalteriū & cythara. Quā assumere iubet & Tyrus: multis pctōrū confossa vulneribus: vt agat pœnitentiā: & maculas pristinæ fœditatis cū Petro amaris lachrymis abluat. Verū nos ignoremus pœnitentiā ne facile peccemus. Illa quasi secunda post naufragiū miseris tabula sit: in virgine integra seruet nauis. Aliud est quærere quod pdideris: aliud possidere quod nunq̄ amiseris. Vnde & apostolus castigabat corpus suū & in seruitutē redigebat: ne aliis prædicās ipse reprobus inueniat: corporisq̄ ex psona generis humani inflāmatus ardoribus loq̄bat. Miser ego homo quis me liberabit de corpore mortis huius? Et iterū. Scio quia nō habitat ī me: hoc est in carne mea bonū. Velle enī adiacet mihi: vt facia autem bonū nequaq̄. Neq̄ enī quod volo bonum: sed quod nolo malū hoc facio. Et denuo: Qui in carne sunt: deo placere nō possunt. Vos autem nō estis in carne sed in spū: si tn̄ spūs dei habitat in vobis. Post cogitationū diligentissimā cautionē ieiuniorū tibi arma sumēda sunt: & canendū cū Dauid: Humiliaui in ieiunio aiam meā. Et cinerē tanq̄ panē māducaui. Et cū molesti erāt mihi induebar cilicio. Eua p cibū eiecta ē de paradiso Helias quadraginta dierū exercitatus ieiunio: igneo curru rapit ī cœlū. Moyses quadragīta diebus ac noctibus: familiaritate & sermone dei pascit. In se verissimū probās quod dicit. Nō in solo pane viuit homo: sed in oī verbo quod pcedit de ore dei. Saluator generis humani qui virtutē & conuersatōis suæ nobis reliquit exemplū. Post baptismū statim assumitur a spiritu: vt pugnet contra diabolū: & oppressum eū atq̄ cōtritū tradat discipulis cōculcandū. Vnde & apostolus loquit. Deus autē cōteret sathanā sub pedibus nostris velociter. Et tn̄ hostis antiquus post. xl. diē rum ieiuniū: p cibū molit insidias: & dicit: Si filius dei es: dic vt lapides isti panes fiāt. In lege mē se. vij. post clangorē tubarū. x. die mēsis: totius gētis hebreæ ieiuniū ē: & exterminat illa aīa de populo suo quæ saturitatē prætulerit cōtinētiæ. In Iob scriptū est de dracone. Virtus eius ī lūbis eius: & fortitudo illius sup vmbilicū vētris eius. Aduersum iuuenes & puellas ætatis ardore hostis noster abutit & inflāmat rotā natiuitatis nostræ: & implet illud ī Osee. Oēs adulterantes q̄si clibanus corda eorū: quæ dei misericordia & ieiuniorū frigore restinguunt. Hæc sunt ignita diaboli iacula quæ simul & vulnerāt & inflāmāt. Et a rege babylonio tribus pueris præparant: q succēdit fornacē. xlix. cubitorū habēs: ipe septē hebdomadas ad pditionē: q̄s dns obseruari iussérat ad salutē. Sed quō ibi quartus speciē habēs quasi filij hoīs īmēsos mitigauit ardores: & itern camini æstuātis incendiū docuit flāmas calorē amittere: & aliud oculis cōminari: aliud præbere tactui. Sic & ī aio virginali: rore cœlesti & ieiuniorū frigore calor puellaris extingūit: & ī humano corpe angelorū impat cōuersatio. Quāobrē & vas electōis de virginibus se dicit dñi non habere præceptū: quia contra naturā: imo vltra naturā est: nō exercere quod nata sis. Interficere inte radicē tuā: & sola virginitatis poma decerpere: nescire thorū: oēm virorū horrere cōtactū: & M in corpore viuere sine corpe. Neq̄ vero immoderata tibi imperamus ieunia: & enormē ciborū abstinentiā: quibus statim corpora delicata frangunt: & ante ægrotare incipiunt: q̄ sanctæ conuersationis iacere fundamēta. Philosophorūq̄ sententia ē μὲσοτὰσ ἀρετὰσ νπερο λαβκα κί ἀσ εἶναι quod latinus ita potest sermo resonare Moderatas esse virtutes: excedentes modum atq̄ mensuram inter vitia reputari. Vnde & vnus de septem sapientibu ϛωφρόνιζαν id est. ne quid ait nimis. Quod tam celebre factum est: vt comico quoq̄ versu expressum sit. Sic debes ieiunare vt non palpites: & respirare vix possis: & comitū tuarū vel porteris vel traharis manibus Sed vt fracto corpis appetitu: nec in lectione: nec in psalmis: nec in vigilijs solito quid minus facias: Ieiunium non pfecta virtus: sed cæterarum virtutum fundamentum est: & sanctificatio atq̄ pudicitia. Sine qua nemo videbit deū. Gradus præbet ad summa scandentibus. Nec tamen si sola fuerit virginē poterit coronare. Legamus euangeliū sapiētiū & stultarū virginū: quarū aliæ cubiculū sponsi ingrediunt. Aliæ bonorū operū oleum non habentes: extinctis lampadibus excludunt. Latus est sup ieiunijs campus: ī quo & nos sæpe cucurrimus: & multorū pprij habent libri: ad quorū te mittimus lectionē vt discas quid boni habeat contīnētia: & quid ecōtrario mali saturitas. Imitare spōsum tuū. Esto auiæ mīq̄ subiecta. Nullū virorū & maxime iuuenum nisi cū illis videas. Nullum scias quē illi nesciant. Sæcularis quoq̄ sentētia ē: Eadē velle & eadem nolle ea demū firma amicitia est Vt appeteres virginitatē: vt Xpi præcepta cognosceres: vt scires quid tibi expediret: quid eligere deberes. Illaq̄ te exempla docuerunt: sctā domi instruxit cōuersatio. Nō igit solū putes tuū esse quod tuū est: sed earū quæ suā in te exp̄ssere pudicitiam: & honorabiliū nuptiarū: cubilisq̄ imaculati preciosissimi germinauere te florē: qui pfectos affert fructus si humiliaueris te sub potēti manu dei: & scriptum semp memineris: Superbis deus resi-

p̄s. 56. 8
1. Cor. 9.
Ro. 7.
Vbi sup̄
Ro. 8.
p̄s. 33.
p̄s. 101.
Gen. 3.
4. Reg. 2.
Exo. 24.
Mat. 4.
Ro. 16.
Leuit. 16
Iob. 40
Osee. 7.
Dan. 3.
1. Cor. 7
Mat. 25.
Tullius de offi.

ſtit: humilibus aũt dat gratiã: Vbi aũt gr̃a: nõ operum retributio: ſed donantis eſt largitas: vt im
Ro. 9. pleatur dictũ apoſtoli: Nõ eſt volentis neq; currentis: ſed dei miſerẽtis: & tamẽ velle & nolle no
ſtrum eſt: ipſumq; quod noſtrũ eſt: ſine dei miſeratione noſtrũ non eſt. Eunuchorũ quoq; tibi & puellarũ ac ſeruulorũ mores magis eligant q̃ vultuũ elegãtia: quia ĩ oĩ ſexu & ætate & trũcatorũ corporũ violẽta pudicitia: animi cõſiderãda ſunt: qui amputari niſi Xp̃i timore nõ p̃nt. Scurrilitas atq; laſciuia te præſente nõ habeat locũ. Nunq̃ verbũ ihoneſtũ audias: aut ſi audieris nõ iraſcaris. Perditæ mẽtes hoĩm vno frequẽter leuiq; ſermone tentãt clauſtra pudicitiæ. Ridere & rideri ſecularibus derelinque. Grauitas tuã perſonam decet. Cathonẽq; illũ dico Cenſoriũ: & veſtræ quondam vrbis principẽ: qui extrema ætate græcas litteras nõ erubuit Cenſor: nec deſperauit ſenex diſcere. &. M. Craſſũ ſemel in vita ſua ſcribit riſiſſe Lucilius. Si fuerit illa affectata ſeueritas: & gloriam quærens auramq; popularẽ nos affectus & perturbationes q̃diu in tabernaculo corporis huius habitamus: & fragili carne circũdamur: moderari & regere poſſumus: amputa
p̃s. 4. re nõ poſſumus. Vnde & pſalmiſta dicit: Iraſcimini & nolite peccare. Quod apoſtolus diſſerẽs
Eph. 4. Sol inquit nõ occidat ſuper iracundiam veſtram: quia & iraſci homĩs eſt: & finẽ iracũdiæ impo
Gal. 5. nere chriſtiani. Supfluũ reor te monere contra auaritiã: cũ generis tui ſit & habere & calcare di
Mat. 19 uitias: & apoſtolus doceat auaritiã eſſe idolorũ cultũ. Dñſq; reſpõdeat ſciſcitanti: Magiſter bone quid boni faciens vitam æternã poſſidebo? Si vis eſſe perfectus: vade & vẽde omnia quæ habes & da pauperibus: & habebis theſaurũ ĩ cœlis: & veni ſequere me. Apoſtolici faſtigij eſt perfecte q; virtutis vẽdere oĩa: & pauperibus diſtribuere: & ſic leuẽ & expeditũ cũ Xp̃o ad cœleſtia ſubuolare. Nobis ĩmo tibi diligẽs credita ẽ diſpẽſatio: q̃q̃ ĩ hoc oĩ ætate oĩq; p̃ſonæ libertas arbi N
tr̃ relicta ſit. Si vis inquit eſſe p̃fectus: nõ cogo: nõ impero: ſed ꝓpono palmã: oſtẽdo p̃mia: tuũ eſt eligere ſi volueris ĩ agone atq; certamine coronari. Et cõſideremus q̃ ſapiẽter ſapiẽtia ſit locuta: Vẽde quæ habes. Cui iſta præcipiunt? Nẽpe illi cui dictũ ẽ: Si vis eſſe perfectus: nõ partẽ bonorũ tuorũ vẽde: ſed oĩa. Cũq; vẽdideris quid ſequit? & da paupibus: nõ diuitibus: nõ ꝓpinqs: nõ ad luxuriã: ſed ad neceſſitatẽ. Siue ille ſacerdos ſit ſiue cognatus & affinis: nihil ĩ illo aliud cõſideres q̃ paupertatẽ. Laudent te eſurientiũ viſcera: nõ ructãtiũ opulẽta cõuiuia. In actibus apo
Act. 5. ſtolorũ q̃n dñi noſtri adhuc calebat cruor: & feruebat recẽs ĩ credẽtibus fides: vendebãt oẽs poſſeſſiones ſuas: & p̃cia earũ ad apoſtolorũ deferebãt pedes: vt oſtendãt pecunias eſſe calcãdas: dabaturq; ſingulis prout cuiq; opus erat. Ananias & Saphyra diſpẽſatores timidi: ĩmo corde duplici: & ideo cõdemnati: quia poſt votũ quaſi obtulerunt ſua: & non eius cui ſemel ea vouerant: partẽq; ſibi alienæ ſubſtantiæ reſeruauerunt metuentes famẽ: quã vera fides nõ timet: præſentẽ meruere vindictã: nõ crudelitate ſententiæ: ſed correptõis exemplo. Deniq; & apoſtolus Petrus nequaq̃ imprecat eis mortẽ: vt ſtultus philoſophus calumniat: ſed dei iudiciũ ꝓphetico ſpũ annunciat: vt pœna duorũ hominũ ſit doctrina multorũ. Ex eo tempore quo virginitati ꝓpetuæ cõ ſecrata es: tua nõ tua ſunt: ĩmmo vere tua: quia Xp̃i eſſe cœperũt: quæ auia viuẽte vel matre ipa
rũ arbitrio diſpẽſanda ſunt. Sinautẽ obierint: & ſomno ſanctorũ requieuerint (ſcio enĩ hoc illas optare vt te habeãt ſuꝑſtitẽ) cũ ætas maturior fuerit: & volũtas grauior: firmiorq; ſententia: facies quod tibi viſum fuerit: ĩmo quod dñs ĩpat: ſcitura nihil te habiturã: niſi quod ĩ bonis operibus erogaueris. Alij ædificẽt eccleſias: veſtiãt parietes marmorũ cruſtis: columnarũ moles aduehant: earũq; deaurent capita: p̃cioſũ ornatũ nõ ſnĩa: ebore argentoq; valuas: & gẽmis aurata diſtinguãt altaria. Nõ reꝑhendo: nõ abnuo. Vnuſquiſq; in ſenſu ſuo abũdet. Meliuſq; eſt hoc facere q̃ repoſitis opibus incubare. Sed tibi aliud ꝓpoſitũ eſt. Chriſtũ veſtire in pauperibus: viſitare in languentibus: paſcere in eſurientibus: ſuſcipe ĩ his q tecto indigẽt: & maxime ĩ domeſticis fidei: virginũ alere monaſteria: ſeruorũ dei & pauperũ ſpũ habere curã: qui diebus & noctibus ſeruiũt dño tuo: q ĩ terra poſiti imitant angelorũ cõuerſationẽ. Et nihil aliud loquunt niſi quod ad laudes dei ptinet: habẽteſq; victũ & veſtitũ his gaudẽt diuitijs: qui plus habere nolũt: ſi tñ ſeruant ꝓpoſitũ. Alioquin ſi amplius deſiderãt: his quæ neceſſaria ſunt ꝓhant indigni. Hæc advirginẽ diuitẽ & virginẽ nobilẽ ſum locutus. Nunc tm̃ ad virginẽ loquar. i. nõ ea quæ extra te ſedi O
te ſunt. Cõſiderãs ꝓpter pſalmorũ & orõnis ordinẽ: quod tibi hora tercia: ſexta: nona: ad veſperum: media nocte & mane ſemp eſt exercendũ. Statue quot horis ſanctã ſcripturam ediſcere debeas: quanto tempore legere: nõ ad laborẽ ſed ad delectationẽ & inſtructionẽ animæ. Cũq; hæc finieris ſpatia: & frequenter te ad figẽda genua ſolli citudo animæ ſuſcitauerit: habeto lanã ſemper in manibus: vel ſtaminis police fila deducito: vel ad torquenda ſubtegmina in alueolis fuſa vertant. Aliarũq; neta aut in globũ collige: aut texẽda cõpone. Quæ texta ſunt reſpice: quæ errata reꝑhende: quæ facienda conſtitue. Si tantis operum varietatibus fueris occupata: nunq̃ di-

es tibi lõgi erũt: sed q̃uis æstiuis tendant̃ solibus: breues videbant̃: ĩ quibus aliquid opis præter
missum nõ ẽ. Hæc obseruãs & teipsã saluabis: & alias: & eris magistra sct̃ẽ cũuersatõis: multaꝝ
q̃ castitatẽ lucrꝝ tuũ facies: scriptura dicẽte: In desideriis ẽ oĩs aĩa ociosi Nec iccirco ab ope cessã
dũ ẽ: quia deo ꝓpitio nulla re indiges. Sed ideo cũ oĩbus laborãdũ ẽ: vt ꝑ occasion ẽ opis nihil ali
ud cogites: nisi qđ ad dñi ptinet seruitutẽ. Simplicit̃ loquar: Q uãuis oẽm cẽsum: tuũ ĩ paupes
distribuas: nihil apud X p̃m erit p̃ciosius: nisi qđ manibus tuis ipsa cõfeceris: vel in vsus ꝓprios
vel ĩ exẽplũ virginũ cæteraꝝ: vel quod auiæ matriq̃ offeras: maiora ab eis ĩ refectõe pauperũ p̃
cia receptura. Pene prætermi: quod vel præcipuũ ẽ. Dũ esses puula: & sanctæ & beatæ memoriæ
Anastasius ep̃s romanã regeret eccleſiã: de oriẽtis partibus hæreticoꝝ sæua tẽpestas simplicita
tẽ fidei: quæ apostoli voce laudata est: polluere & labefactare conata ẽ. Sed vir ditissimæ paup-
tatis: & aplicæ sollicitudinis statim noxiũ pculit caput: & sibilãtia hydræ ora cõpescuit. Et quia
vereor: imo rumore cognoui: ĩ quibusdã adhuc viuere & pullulare venenata plantaria: illud te
pio charitatis affectu præmonendã puto: vt sancti Innocẽti: qui apostolicæ cathedræ: & supra-
dicti viri successor & filius ẽ: teneas fidẽ: nec peregrinã: q̃uis tibi prudẽs callidaq̃ videaris: do
ctrinã recipias. Solent enĩ huiusce modi ꝑ angulos mussitare: & quasi iusticiã dei quærere: cur
illa aĩa in illa est nata ꝓuincia: Q uid causæ extitit: vt alij de christianis nascant̃ parẽtibus: alij in
ter feras & sæuissimas nationes: vbi nulla dei notícia est. Cũq̃ hoc quasi scorpionis ictu simpli-
ces quosq̃ percusserint: & fistulato vulnere locum sibi fecerint: venena diffundunt. Putasne fru
stra infans paruulus: & qui vix matrẽ risu: & vultus hilaritate cognoscat: q̃ nec boni aliquid fe-
cit nec mali: dæmone corripit̃: morbo opprimitur regio: & ea sustinet quæ videmus impios ho-
mines nõ sustinere & sustinere deo seruientes: Sin autẽ iudicia sunt inquiunt dñi vera: iustifica-
ta in semetipsis: & nihil apud deũ iniustum est: ipsa ratione compellimur: vt credamus ani mas
fuisse in cœlestibus: & ꝓpter quædã antiqua peccata damnatas ĩ corpibus humanis: & vt ita lo-
mur: sepultas: nosq̃ in valle lachrymarũ pœnas luere veteꝝ pctõrum. Vñ & ꝓpheta dicit: Pri- ps.118
usq̃ humiliarer ego peccaui. Et educ de carcere aĩam meã. Et iste peccauit vt cæcus ex vtero na- ps.141.
sceret̃: an parẽtes eius: & cætera his simília. Hæc impia & scelerata doctrina olim in ægypto & Ioh.9.
orientis partibus versabat̃: & nunc abscõdite quasi in foueis viperarũ apud plærosq̃ versatur:
illarũq̃ partiũ polluit puritatẽ: & quasi hæreditario malo serpit ĩ paucis: vt pueniat ad plurimos
Q uã certus sũ q̃ si audieris nõ recipias. Habes enĩ apud deũ mgr̃as: quaꝝ fides norma doctri-
næ ẽ. Intelligis quid loq̃r. Dabit enĩ tibi deus ĩ oĩbus intellectũ. Nec statim aduersum seuissimã
hæresim: & multo his nequiora quæ dixi: resp̃õsionẽ ordinis flagitabas: nec nõ tm̃ ꝓhibuisse vi
dear q̃ cõmonuisse: cũ p̃sentis opis sit istruere ỹginẽ: nõ hæreticis rndere. Cæteꝝ oẽs fraudulẽ-
tias eoꝝ: & cuniculos q̃bus nituntur subuertere veritatẽ: ĩ alio opere deo adiuuante subuertimus.
Qđ si volueris: ꝓmpte libẽterq̃ mittemus. Vltroneas enĩ aiunt putere merces: & p̃cia facilitate
p decrescũt: quæ semp ĩ rarítate maiora sunt. Solet ĩter plærosq̃ eẽ certamẽ: vtꝝ solitaria an cum
multis vita melior sit: quaꝝ prior præfert̃ qdẽ secũdæ: sed ĩ viris quidẽ piculosa ẽ: ne abstracti-
ab hoĩm frequẽtia: sordidis & impijs cogitatõibus pateãt: & pleni arrogãtiæ: & supcilij cũctos
despiciant: armẽtq̃ linguas suas: vel clericis vel alijs monachis detrahendo. De quibus rectissi- ps.65.
me dicit̃: Filij hominũ dentes eorũ arma & sagittæ: & lingua eoꝝ gladius acutus. Q uanto ma-
gis in fœminis: quarũ mutabilis fluctuansq̃ sentẽtia: si suo arbitrio relinquatur: cito ad deteri-
ora delabitur: Noui ego in vtroq̃ sexu per nimiam abstinentiã: cerebri sanitatem in quibusdã
fuisse vexatam: Præcipueq̃ in his qui in humectis & frigidis habitauerunt cellulis: ita vt nesci-
rent quid agerent: quoue se verterent: quid loqui: quid tacere deberẽt. Certe si rudes sæculariũ
litterarũ: de tractatibus hominũ disertorum quippiam legerint: verbositatem solam discunt abs
q̃ notícia scripturarum. Et iuxta vetus elogium: cũ loqui nesciant: tacere nõ possunt: docentq̃
scripturas quas nõ intelligunt: & cũ alijs persuaserint: eruditorũ sibi assumunt supercilíũ Prius
imperitorum magistri: q̃ doctorũ discipuli. Bonum est igitur obedire maioribus: parere perfe-
ctis: & post regulas scripturarum: vitæ suæ tramitẽ ab alijs discere: nec p̃ceptorevti pessimo. s. p̃
sumptione sua. De talibus fœmis & apostolus loquit̃: Q uæ circumferunt̃ omni vento doctri- Eph.4.
næ: semper discentes: & nunq̃ ad scientiã veritatis peruenientes. Matronaꝝ maritis a sæculo ser-
uientiũ tibi cõsortia declinẽtur: ne sollicitet̃ animus: & audias: quid vel maritus vxori. vel vxor
locuta sit viro. Venenatæ sunt huiusce modi cõfabulatões. Sup quarũ damnationẽ sæcularem
versum assumens apostolus fecit ecclesiasticũ. Corrumpũt mores bonos cõfabulatões pessimæ 1. Cor.15
Cuius iambici metꝝ dũ verbũ seruat ex verbo: nequaq̃ exp̃ssit latina trãslatio Graues fœminæ
& maxime viduæ ac virgines tibi comites ligant̃: quarum ꝓbata est cõuersatio: sermo modera-

tus: ſancta verecundia. Fuge laſciuiã puellarũ: quæ ornãt capita: crines a fronte demittũt: cutem poliunt: vtũtur pigmentis: aſtrictas habent manicas: veſtimenta ſine ruga: ſoccoſq; criſpantes: vt ſub nomine virginali vendibilius pereant. Mores enĩ & ſtudia dominarũ plærũq; ex ancillarum & comitũ moribus iudicantur. Illa tibi ſit pulchra: illa amabilis: illa habenda inter ſocias: q̃ neſcit eſſe ſe pulchrã: quæ negligit formæ bonũ: & procedens ad publicũ non pectus & colla denudat: nec pallio reuoluto ceruicẽ aperit: ſed quæ cælat faciẽ: & vix vno oculo: qui viæ neceſſarius eſt patente ingreditur. Dubito an loquar. Sed velim nolim: quia crebro fit: dicendũ eſt: non quo hæc in te timere debeã: quæ iſta forſitan neſcias: nec vnq̃ audieris: ſed quo per occaſionem tui cæteræ præmonendæ ſint. Cincinnatulos pueros & calamiſtratos: & peregrini muris olẽtes pellicula: de quibus illud Arbitri eſt: Nõ bene olet qui ſemper bene olet: quaſi quaſdam peſtes & venena pudicitiæ virgo deuitet: vt taceam de cæteris quorũ importuna viſitatio: & ſe infamat & alias: vt etiam ſi nihil mali perpetretur: tamen hoc ſit vel maximũ malũ fruſtra patere maledictis: & morſibus ethnicorũ. Nec hoc de omnibus dicimus: ſed de his quos eccleſia ipſa reprehẽdit: quos interdũ abijcit. In quos nonnunq̃ epiſcoporũ & preſbyterorũ cenſura deſæuit: vt pro periculo ſuis ſit laſciuis puellis ad loca religionis: q̃ ad publicũ procedere: quæ viuunt in monaſterio: & quarũ ſimul magnus eſt numerus: nunq̃ ſolæ, nunq̃ ſine matre procedũt. De agmine columbarũ crebro accipiter vnã ſeparat: quam ſtatim inuadat & laceret: & cuius carnibus & cruore ſaturetur. Morbidæ oues ſuũ relinquũt gregẽ: & luporũ faucibus deuorantur. Scio ergo ſanctas virgines quæ diebus feſtis propter frequentiã populorum pedem domi cohibent: nec tunc egrediuntur: quando maior eſt adhibenda cuſtodia: & publicũ penitus deuitandũ. Ante annos circiter triginta de virginitate ſeruanda edidi librũ: in quo neceſſe fuit mihi ire contra vitia: & ꝓpter inſtructionẽ virginis: quam monebã diaboli inſidias patefacere. Qui ſermo offendit plurimos: dũ vnuſquiſq; in ſe intelligens quod dicebatur: nõ quaſi monitorẽ libẽter audiuit: ſed quaſi criminatorẽ ſui oꝑis aduerſatus eſt. Verũtamen quid profuit amaſſe exercitum reclamantiũ & vulnus conſcientiæ dolore monſtraſſe? Liber manet: homies præterierunt. Scripſi ad plærasq; virgines ac viduas ὁσίο λάϛικα & quicqd dici poterat: in illis opuſculis defloratũ eſt: vt aut ſuperfluo eadem a nobis repetantur, aut nunc prætermiſſa plurimũ noceãt. Certe & beatus Cyprianus egregiũ de virginitate volumẽ edidit: & multi alij tam latino ſermone q̃ græco: omniũq; gentiũ litteris atq; linguis præcipui in eccleſijs agminis vita laudata eſt. Sed hoc ad eas pertineat: quæ necdum elegerunt virginitatẽ: & exhortatione indigent: vt ſciant quale ſit: vt eligere debeat. Nobis lecta ſeruãda ſunt: & quaſi inter ſcorpiones & colubros incedẽdum: & accinctis lumbis: calciatis pedibus: & apprehẽſis manu baculis: iter ꝑ inſidias huius ſæculi: & inter venena faciamus: vt poſſimus ad dulces iordanis peruenire aquas: & terrã repromiſſionis intrare: &
ſcípulo: quā nunq; añ crucē dímíſerat. Tu vero fília (lā enī deſíno ad matrē loquí: quā forſítan & ætas & ímbecíllítas ac ſolítudo excuſabílē faciūt) tu ínquā fília: eíus domū anguſtam íudícas: cuíus nō tíbí fuít venter anguſtus? Decē menſíbus vtero clauſa víxíſtí: & vno die ín vno cubículo cū mre nō duras? An oculos eíus ferre nō potes? Et quæ oēs motus tuos: vtpote ílla quæ genuít: quæ aluít: & ad hanc adduxít ætatē facílíus íntellígít: teſtē domeſtícā fugís? Sí vírgo es: quíd tímes dílígentē cuſtodíā? Sí corrupta: cur nō palā nubís? Secūda poſt naufragíū tabula eſt: q; male cœperís: ſaltē hoc remedío tempare. Necq; vero hoc díco: q; poſt peccatū tollā pœnítētíam: vt quod male cœperís: male perſeueres: ſed q; deſperē ín íſtíuſmodí copula díuulſionē. Alioquí ſí ad matrē mígrauerís poſt ruínā: facílíus poterís cū ea plāgere: quod p̄ íllíus abſentíā perdídíſtí. Q; ſí adhuc íntegra es: & nō pdídíſtí: ſerua ne perdas. Quíd tíbí neceſſe ē ī ea verſarí domo: ī qua neceſſe habes q̄tídíe: aut pīre: aut víncere. Quís vnq; mortalíū íuxta víperā ſecuros ſomnos capít? quæ etſí nō pcutíat: certe ſollícítat. Securíus ē pīre nō poſſe: q; íuxta pículū nō períſſe. In altero trāquíllítas ē: ī altero gubernatío. Ibí gaudemus: híc euadímus. Sed forte rñ deas. Nō bñ morata mr̄ ē: res ſæculí cupít: amat díuítías: ígnorat ieíunīū: oculos ſtíbío línít: vult compta, pcedere & nocet, ppoſíto meo. Nec poſſū cū huíuſcemodí víuere. Primū quídē etiā ſí talís eſt vt cauſarís: maíus habebít præmíū: ſí talē nō deſeras. Illa te díu portauít ī vtero: díu aluít: & difficílíores ínfantíæ mores blanda píetate ſuſtínuít. Lauít pannoq; ſordes: & īmūdo ſæpe fœdata ín ſtercore. Aſſedít ægrotantí: & quæ pro te ſua faſtídía ſuſtínuít: tua quoq; paſſa eſt: ad hāc pduxít ætatem vt Xp̄m amares docuít. Nō tíbí díſpliceat eíus cōuerſatío: quæ te ſpōſo tuo vírgínē cōſecrauít. Quod ſí ferre nō potes: & delítías eíus fugís: atq; (vt hoc vulgo ſolet dící) ſæcularís eſt mater: habes alías vírgínes: habes ſanctū pudícítíæ choq;. Quíd matrē deſerens eū elígís: quí forſítan ſuam relíquít vxorem & matrē? Illa difficílís: ſed íſte facílís. Illa íurgatríx: ergo íſte placabíl? Quē quæro vtrūvírū ſecuta ſís: an poſtea ínuenerís? Sí eū ſecuta es: manífeſtū eſt cur matrē relíquerís. Sí poſtea repperíſtí: oſtendes quíd ī matrís hoſpítío nō potuerís ínuenírē. Durus dolor: & me mucrone me vulnerās. Quí ambulat ínquít ſímplícíter: ambulat cōfídenter. Tacerem ſí me non Pro.10
morderet cōſcíentía mea: & ín alíjs meū crímen nō reprehenderē: nec per trabē ocl̄ meí alteríus feſtucā vídērē. Nūc aūt cū ínter frēs, pcul habítas: eorūq; fruēs cōtubernío honeſte ſub arbítrís: & vídeā raro: & vídear. Impudentíſſímū ē eíus te verecūdíā nō ſequí: cuíus ſequerís exemplum. Q; ſí díxerís: Et míhí ſufficít cōſcíētía mea: habeo deū íudícem: quí meæ vítæ ē teſtís. Nō curo quíd loquant hoīes. Audí apl̄m ſcríbentē: Prouídētes bona: nō ſolū corā deo: ſed etiā corā oñíRo.12.
bus hoībus. Sí quís te carpít q; ſís xp̄íana & vírgo: no cures. Q; íō dímíſerís matrē: vt ī monaſterío ītер vírgínes víueres: talís detractío laus tua ē. Vbí nō luxuría ī puella deí: ſed duritía carpít: crudelítas íſta píetas ē. Illū enī præfers mr̄í: quē præferre iuberís & aīæ tuæ. Quē ſí & ípſa prætulerít: & fílíā te ſentíet & ſororē. Quíd ígít? ſcelus ē ſancti vírí hr̄e contuberníū? Obtorto collo me ín ius trahís: vt aut pbē quod nolo: aut multoq; ínuídíā ſubeā. Sctūs vír nunq; a matre fílíā ſeíūgít. Vtrāq; ſuſcípít: & vtrāq; venerat. Sic quælíbet ſancta fília mrís víduæ índícíū caſtítatís eſt. Sí coæuus tuus ē ílle neſcío quís: matrē tuā honoret vt ſuā. Sí ſenior te: vt fílíā dílígat: & parē tís ſubíjcíat díſcíplínæ. Nō expedít amboq; famæ: plus te íllum amare q; matrē: ne nō vídeatur ī te effectū elígere: ſed ætatē. Et hoc dícerē ſí fratrem monachū non haberes: ſí domeſtícís careres præſídíjs. Nunc vero proh dolor ínter matrē atq; germanū: & matrē víduam: fratremq; monachum: cur ſe alíenus ínterſerít? Bonū quídē eſt: vt te & fílíā nouerís. & ſororē. Sí autē vtrūq; non potes: & mater quaſí dura reſpuít: ſaltē frater placeat. Sí frater aſperíor ē: mollíor ſít ílla quæ genuít. Quíd palles? quíd eſtuas? Quíd vultū ínfamíæ rubore ſuffundís? & tremētíbus labíjs ípatíētíā pectorís cōteſtarís? Nō ſupat amorē matrís & frīs: níſí vxorís affectus. Audío præterea te ſuburbana rura: villaq; amœnítates cū affínibus & cognatís & íſtíuſmodí generís hoībus circui

re. Nec dubito quin vel cõsobrina vel soror sit: ĩ quaꝝ solatiũ noui generis ducaris Assecla. Absit quippe: vt q̃uis ꝓximi sint & cognati: virorꝝ te suspicer captare cõsortia. Obsecro ergo te virg) vt mihi rñdeas. Sola vadis ĩ comitatu ꝓpĩquorꝝ: an cũ amasio tuo? Q̃uis sit ĩpudẽs sæculariũ oculꝰ eũ ingerere nõ audebis. Si enĩ hoc feceris: & te & illũ familia vniuersa cãtabit. Vos cũctorꝝ digiti denotabũt. Ipsa quoq; soror aut affinis siue cognata: quæ ĩ adulationẽ tui sc̃tm nõnũq̃ corã te vocãt: cũ se paululũ auerterint: portẽtuosũ ridebunt maritũ. Sin autẽ sola ieris (qđ & magis æstimo) vtiq; ĩter seruos adolescẽtes: ĩter maritatas fœmias atq; nupturas: inter lasciuas puellas: & comatos lunatosq; iuuenes futurarũ vestiũ puella gradieris. Dabit tibi barbatulus q̃libet manũ: sustentabit lassam: & p̃ssis digitis aut tentabit: aut tẽtabit. Erit tibi inter viros matronasq; cõuiuiũ: spectabis aliena oscula: prægustatos cibos. Et nõ absq; scãdalo tuo ĩ alijs sericas vestes: aurataq; miraberis. In ipso quoq; conuiuio vt vescaris carnibus: quasi inuita cogeris. Vt vinũ bibas: dei laudabit creatura. Vt laues balneis: sordibus detrahet. Et oẽs te cũ aliquid eorũ suadent si retractãs feceris: purã: simplicẽ: dominã: & vere ingenuã conclamabũt. Personabit interim aliquis cãtor ad mẽsam: & inter psalmos dulci modulamine currẽtes: quoniam alienas nõ audebit vxores: te quæ custodẽ nõ habes: sepius respectabit. Loquet nutibus: & quicqd metuit dicere: significabit affectibus. Inter has & tãtas illecebras voluptatũ: etiã ferreas mentes libido domat: q̃ maiorẽ ĩ virginibus patit famẽ: dũ dulcius putat oĩe quod nescit. Narrãt gentiliũ fabulæ: cantibus sirenaꝝ nautas isse ĩ saxa p̃cipites. Et ad Orphei citharã arbores bestialq;: ac silicũ dura mollita. Difficile inter epulas seruat pudicitia. Nitens cutis sordidũ ostendit animũ. Legimus ĩ schola pueri: & spirantia in plateis æra perspeximus: aliquẽ ossibus vix hærentẽ: illicitis arsisse amoribus: & ante vita caruisse q̃ peste. Quid tu facies puella sani corporis: delicata: pinguis: rubens æstuans inter carnes: inter vina: & balneas: iuxta maritatas: iuxta adolescẽtulos: Quæ & si rogata nõ feceris: tñ deforme putes testimoniũ si rogeris. Libidinosa mens ardẽtius honesta perse quit: & quod nõ licet dulcius suspicat. Vestis ipsa vilis & pulla animi tacẽtis indiciũ est: Si rugã nõ habet: si per terrã vt altior videaris trahat: si de industria dissuta sit tunica: vt aliquid ĩtus appareat: operiatq; quod fœdũ est: & aperiat quod formosũ. Caliga quoq; ambulantis nigella ac nitẽs stridore ad se iuuenes vocat: Papillæ fasciolis cõprimunt: & crispãti cingulo angustius pectus arctat. Capilli vel in frontẽ: vel ĩ aures defluunt. Palliolũ interdũ cadit: vt cãdidos nudet humeros: & quasi videri noluerit: cælat festina quod volens detexerat. Et qñ ĩ publico quasi per verecundiã operit faciẽ: lupanariũ arte: id solũ ostẽdit: quod ostẽsũ magis placere potest. Rñdebis Vnde me nosti? Et quõ tã lõge positus iactas ĩ me oculos tuos? Fratris hoc tui mihi narrauerunt lachrymæ: & intolerabiles p momẽta singultus. Atq; vtinã ille mẽtitus sit: & magis timens hoc: q̃ arguẽs dixerit. Sed mihi crede: Nemo mẽtiens plorat: dolet sibi prælatũ iuuenẽ: nõ quidẽ comatũ: nõ vestiũ sericatũ: sed rosulũ: & in sordibus delicatũ: qui ipse sacculũ signet: textrinũ tenet: pensa distribuat: regat familiã: emat quicqd de publico necessariũ ẽ. Dispensator & dñs & p̃ueniẽs officia seruulorũ: quẽ oẽs rodant famuli: & quicqd domĩa nõ dederit: illũ clamitẽt subtraxisse. Quærulũ seruuloꝝ genus ẽ: & quãtũcunq; dederis: semp eis minus ẽ. Nõ enĩ considerãt de quãto: sed quãtũ det: dolorẽq; suũ sol: quod pñt detractõibus cõsolant. Ille parasitũ: iste pastorẽ: hic hæredipetã: alius nouo quolibet appellat vocabulo. Ipm iactãt assidere lectulo: obstetrices adhibere languẽti: portare mapulã: calefacere lithea: plicare fasciolas: facilius mala credũt hoies: & quodcunq; domi fingit: rumor ĩ publicũ fit. Nec mireris: si ancillæ & seruuli de vobis ista confingant: cũ mater quoq; idipm querat & frater. Fac igitur quod moneo: quod præcor: vt primũ mri: dehinc si id fieri nõ põt: saltẽ fratri recõcilieris. Aut si ista tam chara nomina hostiliter detestaris: diuidere ab eo quẽ tuis diceris prætulisse. Si autẽ & hoc nõ potes: reuertere ad tuos. Si nõ potes deserere alienũ: vl honestius sodali tuo vtere. Separent domus vestræ: diuidat& conuiuiũ: ne maledici homines sub vno tectulo vos manentes: lectulum quoq; crimineñ hñe cõmunẽ. Potes & ad necessitates tuas quale voluisti habere solatiũ: & aliqua ex pte publica carere infamia. Q̃ q̃ cauenda sit macula: quæ nulla nitro sc̃m Hieremiã: nulla fullonũ herba diluí potest. Quando vis vt te videat & inuisat: adhibe arbitros: amicos: liberos: seruulos: bona conscientia nullius oculos fugit. Intret intrepidus: securus exeat. Taciti oculi: & sermo silens: & totius corporis habitus: vel trepidationem interdum: vel securitatem loquuntur. Aperi quæso aures tuas: & clamorem totius ciuitatis exaudi. Iam perdidistis vestra vocabula: & mutuo exvobis cognomina suscepistis: tu illius diceris: & ille tuus. Hæc mater audit & frater: paratiq; sunt: & p̃cantur vos sibi diuidere: & priuatam vestræ coniunctionis infamiam laudẽ facere cõmunẽ. Tu esto cũ matre: sit ille cũ fratre. Audẽtius diliges sodalẽ frĩs tui: honestius amabit mater amicũ fi-

Ouí. metha. li. 10

lij q̄ filiæ ſuæ. Quod ſi volueris: ſi mea monita rugata frōte cōtēpſeris: epla tibi hæc voce libera
p clamabit: Quid alienū ſeruū obſides? Quid miſtrū xp̄i famulū tibi facis? Reſpice ad populū:
ſinguloꝝ facies intuere. Ille ī eccleſia legit: in te aſpiciunt vniuerſi: niſi q̄ pene licentia cōiugali
de tua infamia gloriaris. Nec iā ſecreto dedecore potes eſſe cōtenta. Procacitatē libertatē vocas.
Facies meretricis facta eſt tibi: neſcis erubeſcere. Iteꝝ me malignū: iterū ſuſpitioſum & rumige
rulū clamitas. Ego ne ſuſpitioſus? ego ne maliuolus: qui vt ī principio epiſtolæ præfatus ſū: ideo
ſcripſi: quia nō ſuſpicabar? An te negligens: diſſoluta: cōtemptrix: quæ annos nata. xxv. adole
ſcentē necdū bene barbatulū: ita brachijs tuis q̄ſi caſſibus icluſiſti? Optimū reuera pedagogū: q̄
te moneat: qui aſperitate frōtis exerceat. Et q̄q̄ in nullis ætatibus libido ſit tuta: tñ vel cano capi
te: vel aperta defendat ignominia. Veniet veniet tp̄s: dies enī illabit dū ignoras: & iſte formoſu
lus tuus (quia cito ſeneſcūt mulieres: maxime quæ iuxta viros ſunt) vl' ditior ē repperietvel iuni
orē. Tunc te pœnitebit conſilij tui: & tædebit ptinaciæ: quando & rē & famā amiſeris: q̄n quod
male iunctū fuerat: diuidet bene. Niſi forte ſecura es: & coaleſcēte tāti tpis charitate: diſſidiū nō
vereris. Tu quoq; mr̄ quæ ppter ætatē maledicta nō metuis: noli ſic vīdicare vt pecces. Magis a
te diſcat filia ſeparī: q̄ tu ab illa ſeiūgi. Habe filiū & filiā & generꝝ: īmo & cōtubernalē filiæ tuæ.
Quid quæris aliena ſolatia: & ignes iā ſopitos ſuſcitas? Honeſtius eſt tibi ſaltē culpā filiæ ſuſtē
tare: q̄ occaſionē tui quærere. Sit tecū filius monachus: pietatis viduitatiſq; præſidiū. Quid tibi
alienū hoiem quæris: in ea præſertim domo quæ filiū & filiā capere nō potuit? Eius iā ætatis es:
vt poſſis nepotes hr̄e ex filia. Inuita ad te vtrūq;. Reuertat cū viro quæ ſola exierat. Virū dixi nō
maritū. Nemo calumniet. Sexū ſignificare volui: nō cōiugiū. Aut ſi erubeſcit & retractat: & do
mū ī qua nata eſt arbitrat anguſtā: vos ad eius hoſpitiū pergite. Q̄uis arctū ſit: facilius matrem
& fratrē capere pōt q̄ hoiem alienū: cū quo certe in domo vna ſine cubiculo caſta manere nō po
terat. Sint in vna domo duæ feminæ: & duo maſculi. Si aūt & tercius ille tu
us abire nō vult: & ſeditōes ac turbas concitat: ſit biga: ſit triga: frater veſter ac filius & ſoror ē ill'
exhibebit & matrē. Alij vitriciū & generꝝ vocitent: ille nutritiū appellet & fratrē. Hæc ad breuē
lucubratiunculā breui ſermone dictaui: volēs deſiderio poſtulātis ſatisfacere: & q̄ſi ad ſcholaſti
cā materiā me exercens. Eadē enī die mane pulſabat oſtiū qui profecturus erat. Simulq; vt oſtē
derē obtrectatoribus meis: q̄ & ego poſſem quicquid veniret ī buccā dicere. Vnde & ſcripturis
pauca perſtrinxi. Necorationē meā (vt in cæteris libris facere ſolitus ſum) illarū floribus texui.
Hæc temporalis eſt dictio: & tanta ad lumen lucernulæ facilitate profuſa: vt notariorum manus
lingua præcurreret. Et ſigna ac furta verboꝝ volubilitas ſermonū obrueret. Quod iccirco dixi:
vt qui nō ignoſcit ingenio: ignoſcat vel tempori.

Epla b. Hiero. ad Marcellā de laudibus Aſellæ virgīs: ad eius exēplū reliq̄s puocās EPI. XXI

X Emo reprehendat q̄ in epiſtolis aliquos: aut laudamus: aut carpimus: cum & in arguen
n dis malis ſit correptio cæteroꝝ: & ī optimis prædicandis bonoꝝ ad virtutē ſtudia cō
citent. Nudiuſtercius de beata memoria Paulæ & Liæ aliq̄ dixeramus. Illico pupugit
animū: & mihi venit ī mentē: nō debere nos tacere de virgine: qui de ſecūdo ordie ca
ſtitatis locuti ſumus. Igit Aſellæ noſtræ vita breuiter explicāda ē. Cui quæſo ne hanc epiſtolam
legas. Grauat quippe laudibus ſuis. Sed his potius quæ adoleſcētulæ ſunt: legere dignare: vt ad
exemplū eius ſe inſtituentes: cōuerſationē illius perfectæ vitæ normā arbitrent. Prætermitto q̄
in matris vtero benedicit ei anteq̄ naſcat: q̄ in phiala nitentis vitri: & omni ſpeculo purioris: pa
tri virgo tradit per quietē. Q̄ adhuc infantiæ inuoluta pannis: & vix annū decimū ætatis exce
dens: honore futuræ beatitudinis cōſecrat. Sit grāe omne quod añ labor fuit: Licet deus p̄ſcius
futurorū: & Hieremiā ſctificet ī vtero: & Iohānē ī aluo mr̄is faciat exultare: & Paulū ante conſti
tutionē mūdi ſeparet ī euāgeliū filij ſui. Ad ea venio quæ poſt duodecimū ānū ſudore ppr̄io ele
git: arripuit: tenuit: cœpit: impleuit. Vnius cellulæ clauſa anguſtijs latitudīe paradiſi fruebatur.
Idē terræ ſolū & orōnis locus extitit & quietis. Ieiuniū p ludo habuit: inediā p refectiōe. Et cum
cam nō veſcendi deſiderium: ſed humana confectio ad cibū traheret: pane & ſale & aqua frigi
da concitabat magis eſuriem q̄ reſtringebat. Et quia pene oblitus ſum quod in principio debui
dicere: Cum primum hoc propoſitum arripuit: aurum colli ſui: quod quidem murenulam vul
gus vocat: quod ſcilicet metallo in virgulas lenteſcentes: quædam ordinis flexuoſi cathena con
texitur: abſq; parentibus vendidit: & tunicam fuſciorem: quam a matre impetrare non poterat:
pio induta negociationis auſpitio: ſe repente domino cōſecrauit: vt intelligeret vniuerſa cogna
tio: nō poſſe aliud ei extorqueri: quæ iam ſæculum damnaſſet in veſtibus. Sed vt dicere cœpera
mus: ita ſe ſemper moderate habuit: & intra cubiculi ſui ſecreta cuſtodiuit: vt nunq̄ pedem pro

ferret ī publicū: nunq̄ viri nosset alloquiū. Et quod magis sit admirandū: sororē virginē amaret
1. Thes. 3 potius q̄ videret. Operabat manibus suis: sciēs scriptū esse: Q ui nō operat: nō māducet. Spōso
aūt orans loq̄bat: aut psallēs. Ad martyr̄ limina pene iuisa, pperabat. Et cū gauderet proposito
suo: i eo vehemētius exultabat: q̄ se nullus cognosceret. Cūq̄ per oēm annū iugi ieiunio pascere
tur: biduo triduoq̄ sic permanēs. Tū vero in quadragesima nauigij sui vela tēdebat. Oēs pene
hebdomadas vultu lætante coniungēs. Et quod ipossibile forsitā ē hoībus ad credēdū: deo autē
præstāte possibile ē. Ita ad quīquagenariā puenit ætatē: vt nō doleret stomachus: nō viscer̄ cru
ciaret incuria: nō sicca humus iacētia mēbra cōfringeret: nō sacco aspata cutis fetorem aliquē si
tūq̄ cōtraheret: sed sana corpore: aīa sanior: solitudinē putaret eē delitias: & ī vrbe turbida iue
niret eremū monachor̄. Et hæc quidē tu melius nosti a q̄ pauca didicimus. Et cuius oculis duri
cies de genubus camelor̄ ī illo sancto corpusculo præ orādi frequentia obcaluisse perspecta est
Nos q̄d scire possmus: explicamus. Nihil illius seueritate iocūdius: nihil suauitate tristius: nihil
tristicia suauius. Ita pallor in facie ē: vt cū cōtinentiā indicet: nō redoleat ostentationē. Sermo si
lens & silentiū loquēs. Nec citus: nec tardus incessus. Idē semp habitus. Neglecta mūdicies & in
culta vestis: cultus ipse sine cultu. Sola vitæ suæ æqualitate, pmeruit: vt ī vrbe pompæ: lasciuiæ
delitiar̄: ī qua humilē esse miseria est: & boni eā prædicēt: & mali detrahere nō audeant. Viduæ
eā imitent & virgines. Maritatæ colāt: noxiæ timeāt: suscipiant sacerdotes.

INCIPIT SEXTVS LIBER SIVE TRACTATVS TERTIAE PARTIS PRINCIPALIS DE STATV AC CONTINENTIA CONIVGALI.

Ad Celantiā de modo recte viuendi: in qua illā erudit ad obseruantiā mādator̄ dei: videlicet
illor̄ duorū quibus claudit tota iustitia: quor̄ vnū prohibet: alter̄ iubet. Docet humilitatē: pa
cē: miscd'iam: cōtinētiāq̄ sectari. Cōtraria vero superbiā: mēdaciū: odiū: detractionēq̄ vitare. Et
cōuenit hæc epla oī sexui: graduī & ætatī: licet spāliter cōiugatæ. In q̄ illā hortat ad ppositū cōti
nētiæ ac viduitatis: ostendens quibus artibus ac studijs inscribat. EPI. XXII.

Etus scripturæ celebrata snia est: Esse pudorē quo gloria iuenit & gratia: & esse A
rursus pudorē q̄ solet parere pctm. Cuius dicti veritas q̄q̄ satis ad oim itelligen
v tiā ipsa sui luceat claritate: mihi tñ nescio quō ī pnti causa, ppius inotuit. Prouoca
tus enī ad scribēdū lr̄is tuis: quæ miris hoc a me obsecratōibus flagitabāt. Diu fa
teor de responsione dubitaui: silentiū mihi imperāte verecundia. Cui tamen for
tissime resistebat: & vim faciebat præcū tuarum fidelis ambitō. Pugnabatq̄ acri
ter cū hæsitatione mea humilitas obsecrantis: & magna quædā fidei violentia oris claustra pul
sabat. Cūq̄ sic animū ī vtroq̄ nutantē cogitatio diuersa libraret: pene pudor exclusit officium.
Sed me illa quā supra posui sapientis snia armauit ad depellendā inutilē verecundiā & dānosū si
lētiū resoluēdū. Cūq̄ vticq̄ ipsā scribēdi causā tā honestā vidērē esse tā sanctā: vt peccare me oī
Eccs. 3. no crederē si tacerē: Illud mecū scripturæ reputans: T̄ps tacēdi & t̄ps loq̄ndi. Et iter̄: Ne retine
1. P. 3. as verbū ī tpe salutis. Et illud Petri: Parati semp ad satisfactionē oī poscēti vos rationē. Petis nā
q̄: & sollicite ac vigilanter petis: vt tibi certā ex scripturis sctis præfiniamus regulā: ad quā tuor
dines cursū vitæ tuæ: & cognita dñi voluntate: inter honores sæculi & diuitiar̄ illecebras: mor̄
magis diligas suppellectilē. Atq̄ vt possis in cōiugio constituta: nō solū cōiugi placere: sed etiā
ei qui indulsit coniugiū. Cui tam sāctæ petitōi tāq̄ pio desiderio nō satisfacere: quid aliud est q̄
profectū alterius nō amare? Parebo igit̄ p̄cibus tuis: teq̄ paratā ad implendū dñi voluntatem ip
sius nitar incitare sententijs. Idē enī verus omniū dñs ac magister: qui nos & placere sibi iubet:
etiam docet quō placere ei possumus. Ipse itaq̄ te informet: ipse te doceat: qui interrogāti ī euan
Mat. 19. gelio adolescēti quid faceret vt mereret vitam æternā: diuina cōtinuo māda, pponit: ostendens
Mat. 7. nobis eius voluntatē esse faciendā a quo speramus & præmia. Propter quod alio testat loco. Nō
oīs qui dicit mihi dñe dñe intrabit in regnū cœlor̄: sed qui facit voluntatē p̄ris mei qui in cœlis ē
ipse intrabit in regnū cœlorū. Q uo manifeste ostendit nos nō sola dei confessione tanti præmij
magnitudinē promererī: nisi fidei & iusticiæ opera coniuncta sint. Q ualis est enī illa confessio
quæ sic deū credit: vt pro nihilo eius ducat imperiū: aut ex aīo: aut vere dicimus dñe domine: si B
Luce. 6. eius quē dñm cōfitemur præcepta cōtēnimus? Vnde ipse ī euāgelio dicit: Q uid aūt vocatis me
Mar. 7. domine domine: & non facitis quæ dico? Et iter̄: Populus hic labijs me honorat: cor autē eorum
Mal. 1. longe est a me. Et rursum loquit̄ per prophetā: Filius honorificat patrē: & seruus dominū suū ti
mebit. Et si pater ego sum: vbi est honor meus? Et si dñs ego sū: vbi ē timor meus? Ex q̄ apparet:
nec honorari ab eis: nec timeri: qui eius præcepta nō faciūt. Et ad Dauid exp̄ssius dicit̄ qui pctm
2. Reg. 12. admiserat: Et pro nihilo duxisti deum. Et ad Heli fit sermo domini dicens: Q ui honorificat me.

honorificabo eũ: qui autẽ ꝓ nihilo me habẽt: ad nihilum redigent. Et nos ſecuro aĩo ſumus ac bono: qui per ſingula quæq; peccata inhonorantes deũ: clæmẽtiſſimũ dñm ad iracundiã prouocamus: eiuſq; iperia ſup biſſime contemnẽdo i tantæ maieſtatis imus iniuriã. Quid enĩ vnq; tam ſuperbũ: quod vero tã igratũ videri põt: q; aduerſus eius viuere voluntatẽ: a quo ipm viuere accepis: q; illius præcepta deſpicere: q ideo aliquid ĩperat: vt cauſas habeat remunerãdi? Neq; enĩ obſequĩ noſtri deus idiget: ſed nos illius idigemus iperio. Mãdata eius deſiderabilia ſup aurũ & lapidẽ precioſũ nimis: & dulciora ſup mel & fauũ: qm̃ i cuſtodiendis illis retributio multa. Et ideo nobis iraſcitur. Iccirco magis illa immenſitas: illa dei bonitas offendit: quia eã per tanti etiã præmĩ detrimenta cõtemnimus. Nec ſolũ imperata: ſed etiã ꝓmiſſa illius pro nihilo ducimus. Vnde ſæpe: imo ſemp: illa nobis dñi reuoluẽda ſnia: Si vis ad vitã venire ſerua mãdata. Hoc enĩ tota nobiſcũ lege agit. Hoc ꝓphetæ: hoc apoſtoli docent: hoc a nobis & vox Xpi & ſanguis eflagitat: Qui ideo pro oĩbus mortuus eſt: vt qui viuũt: iam nõ ſibi viuãt: ſed ei qui pro ill' mortuus ẽ. Viuere autẽ illi nõ eſt aliud: q; eius præcepta ſeruare: quæ nobis ille quaſi certũ dilectõis ſuæ pignus ſeruãda mandauit: dicens: Si diligitis inquit me: mandata mea ſeruate. Et qui habet mandata mea & ſeruat ea: ille ẽ qui diligit me. Ac rurſus: Si qs diligit me: ſermonẽ meũ ſeruabit & pater meus diliget eũ: & ad eũ veniemus: & manſionẽ apud eũ faciemus. Qui nõ diligit me: ſermones meos nõ ſeruat. Grandem vim obtinet vera dilectio. Et qui perfecte amatur: totam ſibi amantis vendicat voluntatẽ. Nihilq; eſt imperioſius charitate. Nos ſi vere Xpm diligimus: ſi nos eius redemptos ſanguĩe recordamur: nihil magis velle: nihil oĩno debemus agere: q; quod illũ velle cognoſcimus. Duo autẽ ſunt genera mandatorũ: i quibus claudit tota iuſticia. Prohibẽdi vnũ eſt: iubendi alterũ. Vt enĩ mala ꝓhibent: ita præcipiunt bona. Ibi ociũ operat: hic ſtudiũ. Ibi coercet animus: hic incitat. Hic feciſſe: illic nõ feciſſe culpabile eſt. Vnde ꝓpheta dicit: Quis eſt hõ qui vult vitã: & cupit videre dies bonos? Prohibe linguã tuã a malo: & labia tua ne loquãtur dolũ. Declina a malo & fac bonũ. Et beatus apoſtolus Odientes malũ: adhærẽtes bono. Hoc itaq; duplex diuerſumq; præceptũ: prohibẽdi ſcilicet & iperãdi: æquo oĩbus iure mandatum eſt. Nõ virgo: non vidua: non nupta: ab hoc iperio libera eſt. In quouis propoſito: i quouis gradu: æquale peccatum eſt: vel prohibita admittere: vel iuſſa non facere. Neq; vero eorum te ſeducat error: q; ex arbitrio ſuo eligunt: quæ potiſſimũ dei mandata contemnãt: quæue quaſi vilia ac parua deſpiciant: Nec metuunt: ne ſcd'm diuinã ſniam mĩma contemnendo paulatim decidant Stoicorũ quidẽ eſt peccatorũ tollere differentiã: & delicta oĩa paria iudicare: nec vllũ iter ſcelus & erratũ diſcrimen facere. Nos vero & ſi multũ inter peccata diſtare credimus: quia & legimus: tamen ſatis prodeſſe ad cautionẽ dicimus: etiam mĩma pro maximis cauere. Tanto enĩ facilius abſtinemus a quocunq; delicto: quanto illud magis metuimus. Nec cito ad maiora progreditur q etiã parua formidat. Et ſane neſcio: an poſſimus leue aliquod peccatũ dicere: quod i dei contẽptũ admittit. Eſtq; ille prudentiſſimus: qui nõ tm̃ deſiderat quod iuſſum ſit: q; illum qui iuſſerit: nec quantitatẽ iperĩ: ſed iperãtis cogitat dignitatẽ. Aedificãti itaq; tibi ſpiritalẽ domũ: non ſupra leuitatẽ arenæ: ſed ſupra ſoliditatẽ petræ: innocentiæ i primis fundamenta ponãtur: ſup quæ facilius poſſis arduũ culmẽ iuſticiæ erigere. Maximã enĩ partẽ æquitatis ipleuit: q nullo nocuit. Beatuſq; eſt qui põt cũ ſancto Iob dicere: Nulli nocui hoĩm: iuſte vixi cũ oĩbus. Vnde audẽter & ſimpliciter loquebat ad dñm: Quis eſt ille q iudicet mecũ? id ẽ. qs tuũ aduerſũ me põt iplorare iudiciũ: vt ſe læſũ a me conuĩcat? Puriſſimæ conſciæ eſt: ſecure canere cũ ꝓpheta: Perambulabã i innocentia cordis mei: i medio domus meæ. Vnde idẽ alibi dicit: Nõ fraudauit eos deus bonis qui ambulãt i innocẽtia. Itaq; malicią: odiũ atq; iuidiã: quæ vel maxima vel ſola ſemĩa ſunt nocendi: chriſtiana a ſe propellat anĩa: neq; manu tm̃ neq; lingua: ſed corde quoq; cuſtodiat innocẽtiam: nec modo opere: ſed voto etiã nocere formidet. Quantũ enĩ ad peccati rationẽ pertinet nocuit & qui nocere diſpoſuit. Multi noſtrorũ illũ abſolute atq; integre definiunt innocentem: qui nec i eo quod nulli noceat quidẽ prodeſſe deſiſtat. Quod ſi eſt verũ: tũ demũ lætare de innocentiæ conſcientia: ſi cũ potes adiuuare non deſinas. Si vero diuiſa inter ſe iſta atq; diſtincta ſunt: aliudq; eſt non nocere cum ſemper potes: aliud prodeſſe cũ poſſis: aliud malũ non facere: aliud operari bonũ: Illud tibi rurſum occurrat: nõ ſufficere chriſtiano: ſi partẽ vnam iuſticiæ impleat: cui vtraq; præcipitur: Neq; enĩ ad multitudĩs exẽpla decet reſpicere: quæ nullã harũ diſciplinam ſequens: nullũ viuendi tenens ordinẽ: non tã ratione ducitur: q; quodã impetu fertur. Nec imitandi nobis illi ſunt: qui ſub xpiano nomine gentilẽ vitã agunt. Et aliud profeſſione: aliud cõuerſatione teſtant. Atq; (vt apoſtolus ait) deũ confitent ſe noſſe: factis aũt negant. Inter xpianũ & gẽtilẽ nõ fides tm̃ debet: ſed etiã vita diſtinguere: & diuerſã religionẽ per diuerſa opera monſtrare

Mar. 19.
Ps. 33.
Ro. 12.
Iob. 13.
Ps. 100
Ps. 83.
Tit. 1.

2. Cor. 6. Nolite (ait apostolus) iugũ ducere cũ infidelibus. Quæ enĩ participatio iustitiæ cum iniquitate Aut quæ societas lucis ad tenebras? Quæ aũt cõuẽtio Xpi ad Belial? Aut quæ pars fideli cũ infideli? Qui aũt cõsensus tẽplo dei cũ idolis? Sit ergo inter nos & illos maxima sepatio. Distĩguatur certo discrimine error & veritas. Illi terrena sapiãt: q̃ cœlestia, pmissa nõ habẽt. Illi breui huic se vitæ totos implicẽt: qui æterna nesciũt. Illi peccare nõ metuãt: qui peccatorũ impunitatẽ putãt Illi seruiant vitijs: qui nõ sperant futura præmia virtutũ. Nos vero qui purissima confitemur fide: oẽm hoiem manifestandũ esse ante tribunal Xpi: vt recipiat vnusquisq; ppria corporis sui, p
Gal. 5. ut gessit: siue bonũ siue malũ: procul esse debemus a vitijs: dicẽte apostolo: Qui enĩ Xpi sũt: carnẽ suã crucifixerunt cũ vitijs & cõcupiscẽtijs. Nec turbã sequant errantem: qui se veritatis discipulos confitent. Duas certe cõuersatõis vias: & distincta ĩ diuersũ itinera viuẽdi saluator ĩ euã-
Mat. 7. gelio ostẽdit: Q̃ ĩquit spacioſa via quæ ducit ad mortẽ: & multi sunt qui intrant p eã. Et rursũ: Q̃ arta via & angusta est quæ ducit ad vitã: & pauci sunt qui inueniunt eam. Vide quanta inter D
has vias separatio sit: quantũq; discrimen. Illa ad mortẽ: hæc tendit ad vitã. Illa celebratur & teritur a multis: hæc vix inuenitur a paucis. Illa enĩ vitijs per cõsuetudinẽ quasi decliuior ac mollior & velut quibusdã amœna floribus voluptatũ: facile ad se rapit cõmeantiũ multitudinẽ: hæc vero insueto calle virtutũ tristior atq; horridior: ab his tm̃ eligit: quibus non tã delectatio itineris cordis est: q̃ vtilitas mansionis. Asperã enĩ nobis & insuauẽ virtutũ viã nimia effecit cõsuetudo vitioꝝ: quæ si in partẽ alterã transferat: inuenies (sicut scriptura dicit) semitã iustitiæ leuem. Ponamus ergo iã rationẽ vitæ nostræ: & per quã potissimũ gradiamur viã: conscientia teste discamus. Omne enĩ quod agimus: omne quod loquimur: aut de lata: aut de angusta via ẽ. Si cũ paucis: angustũ iter & subtilẽ quandã semitã inuenimus: ad vitam tendimus. Si vero multorũ comitamur viã: scd'm dñi sententiã imus ad mortẽ. Si ergo odio atq; inuidia possidemur: si cupiditati & auaritiæ credimus: si præsentia cõmoda futuris præferimus: per spatiosam viam incedimus. Habemus enĩ ad hoc comitũ multitudinẽ: & late similiũ ĩtipamur agminibus. Si iracundiã libidinemq; implere volumus: si iniuriã vendicare: si maledicenti maledicimus: & aduersum inimi cum inimico animo sumus: æque cum pluribus ferimur. Si vel adulamur ipsi: vel adulantem libenter audimus. Si vero gratiam impendimus: & magis offendere animos hominũ timemus q̃ nõ ex animo loqui: de multorum item via sumus. Tot nostri sunt socij: quot extranei veritatis. At econtrario si ab omnibus vitijs sumus extranei: si purũ ac liberũ animũ præsentamus: & omni cupiditate calcata soli studemus diuites esse virtutibus: per angustã viã nitimur. Conuersatio enĩ ista paucorũ est. Estq; perraꝝ atq; difficile: idoneos huius itineris comites repire. Quin etiã multi hac ire se simulant: & per diuersa errorũ diuerticula ad viam multitudinis reuertunt. Ideo q; timendũ est: ne quos duces recti huius itineris habere nos credimus: eos comites habeamus erroris. Si igit inueniunt exempla: quæ nos p hanc viã ducant ad vitã: & rectũ euãgelij tramitẽ teneant: sequẽda sunt. Sin vero ea vel deficiunt: vel deficere putant: apostolorꝝ forma vniuersis p
2. Cor. 4 posita est. Clamat vas electionis Paulus: nosq; quasi ad angustum hoc iter conuocans: dicit: Imitatores mei estote: sicut & ego Xpi. Certe quod est amplius oĩbus: ipsius dñi relucet exemplũ
Mat. 11. qui ĩ euangelio ait: Venite ad me oẽs q laboratis & onerati estis: & ego regescere faciã vos. Tollite iugũ meũ sup vos: & discite a me quia mitis sum: & humilis corde. Si periculosũ ẽ imitari illos: de quibus dubitas an imitãdi sint: hunc certe imitari tutissimũ est: atq; eius vestigia seq q dixit: Ego sum via: veritas & vita. Nunq̃ enĩ errat qui sequit veritatẽ. Vnde & apls Iohannes ait:
Ioh. 14. 1. Ioh. 2. Qui dicit se ĩ Xpo manere: debet sicut ille ambłabat & ipse ambulare. Et beatus Petrus ait Chri
1. Pe. 2. stus p nobis passus est: vobis relinquẽs exẽplũ: vt sequamĩ vestigia eius: qui peccatũ non fecit: nec est inuentus dolus in ore eius. Qui cum malediceret: nõ maledicebat: cũ pateret: nõ cõminabat. Tradebat autẽ iudicanti se iniuste. Qui peccata nostra ipse ptulit ĩ corpe suo super lignũ vt peccatis mortui: iustitiæ viuamus. Cesset oĩs excusatio erroꝝ. Auferant peccandi fœda solatia. Nihil oĩno agimus qui nos a multitudis exempla defendimus: & ad cõsolationẽ nostram E
aliena spe numerantes vitia: deesse nobis dicimus: quos debeamus sequi. Ad illius exemplũ mittimur: quẽ oĩs fatemur imitandũ. Atq; ideo præcipua tibi cura sit: legem nosse diuinã: per quã possis quasi præsentia cernere exempla sctoꝝ: quid faciendũ sit: quidue vitandũ: illius consilio
Nu. 15. disce. Maximũ enĩ ad iustitiã auxiliũ est: ĩplere diuis eloquijs animũ. Et quod ope exequi cupias: semp corde meditari. Rudi adhuc populo & hoĩbus ad obediẽtiã insuetis p Moysen imperat a dño: vt ĩ signũ memoriæ: qua præcepta dñi recordent: p singulas vestimẽtoꝝ fimbrias habeãt cũ cocco hyacithini coloris ĩsignia. Vt etiã casu huc illucq; respiciẽtibus oculi: mãdatoꝝ cœ
Mat. 23. lestium memoria nascatur. De quibus fimbrijs pharisei redarguuntur a domino: q̃ eas peruerso

vſu: nō ad cōmonitionē præceptoꝝ dei: ſed ad oſtenſionē ſui habere cœperant: vt ſcilicet quaſi de maioris obſeruatiōis diligentia ſancti a populo iudicarent. Tibi vero ſeruanti: nō iam litteræ præcepta: ſed ſpiritus: diuinoꝝ mandatoꝝ memoria ſpecialiter excolēda ſit. Cui nō tam frequenter recordāda ſunt præcepta dñi: q̄ ſemper recogitāda. Sint ergo diuinæ ſcripturæ ſemper in manibus tuis: & iugiter mente voluant. Nec ſufficere tibi putes mandata dei memoria tenere & operibus obliuiſci. Sed ideo illa cognoſcere: vt facias quicquid faciendū didiceris. Non enim auditores legis iuſti ſunt apud deum: ſed factores legis iuſtificabunt. Latus quidem & imenſus diuinæ legis campus extendit. Qui diuerſis teſtimonijs veritatis: velut cœleſtibus quibuſdā floribus vernans: mira oblectatōe legentis animū paſcit: ac refouet. Quæ omnia ſemper cognoſcere: ſecūq; reuoluere: ingens ad conſeruandā iuſticiā beneficiū eſt. Sed quaſi ad cōpendioſum locum: quoddā cōmonitoriū illa tibi euangelij eligenda ſententia eſt: & ſupſcribenda cordi tuo: quæ ad totius iuſticiæ breuiariū dñi ore ꝓfert: Omnia quæcūq; vultis vt faciant vobis homines: hæc & vos facite illis. Cuius præcepti vires exprimens: iungit ac dicit: Hæc enī lex & ꝓphetæ. Infinitæ nanq; ſunt ſpecies: parteſq; iuſticiæ: quas nō modo ſtilo ꝓſequi: ſed cogitatōe etiam capere difficillimū eſt. Quas oēs vna ac breui ſententia cōprehendit: & latentē hominū cōſcientiam ſecreto animi iudicio aut abſoluit: aut dānat. Ad omnē igit actum: ad omne verbū: ad omnem etiā cogitatū hæc ſententia retractet: quæ tibi quaſi ſpeculū quoddā paratū: & ad manum ſemper poſitū qualitatē tuæ volūtatis oſtendat: ac etiā vel de iniuſto opere redarguat: vel de iuſto lætificet. Quotienſcūq; enī talem in alterū habueris animū: qualem in te ab altero ſeruari cupis: æquitatis viam tenes. Quotiens vero talis erga alterꝝ fueris: qualem in te vis neminē: iter iuſticiæ dereliquiſti. En totum illud diuinæ legis arduum totūq; difficile. En ob quā cauſam dura imperia dño reclamamus: & dicimus nos vel difficultate: vel impoſſibilitate mandatoꝝ præmi Nec ſufficit q̄ iuſſa nō facimus: niſi etiā iubentem iniuſtū ꝓnunciemus: dum ipm æquitatis auctorem: nō modo dura & ardua: ſed etiā impoſſibilia præcepiſſe cōquerimur. Omnia ingt quæcunq; vultis vt faciant vobis hoies: hæc & vos facite illis. Coniungi vult inter nos atq; connecti per mutua beneficia charitatē. Omneſq; hoies vicario inter ſe amore copulari: vt id vnoquoq; præſtante alteri: qd̄ ſibi ab oīmibus præſtari velit: tota iuſticia: & præceptū hoc dei cōmunis ſit vtilitas hominū. Et o mirā clæmentiā dñi: o ineffabilē dei benignitatē: præmiū nobis pollicet: ſi nos inuicem dilīgamus: id eſt ſi nobis ea præſtemus inuicē: quoꝝ viciſſim indigemus. Et nos ſuperbiſſimo ſimul & ingrato animo: eius renitemur volūtati: cuius etiā imperiū beneficiū eſt. Nulli vnq̄ oīno detrahas: nec alioꝝ vituperatōe te laudabilē videri velis: Magiſq; vitā tuā ordinare diſce: q̄ alienā carpere. Ac ſemper ſcripturæ memor eſto dicentis: Noli diligere detrahere ne eradiceris. Pauci admodū ſunt: qui huic vitio renūcient: rarocq; inuenies: qui ita vitā ſuā irreprehenſibilem exhibere velint: vt hi nō libenter reprehendāt alienā. Tantaq; huius mali libido mentes hominū inuaſit: vt etiā qui ꝓcul ab alijs vitijs receſſerūt: in iſtud tñ quaſi in extremū dia boli laqueū incidant. Tuvero hoc malū ita effuge: vt nō modo ipa nō detrahas: ſed ne alij quidē detrahenti aliquādo credas. Nec obtrectatoribus auctoritatē de cōſenſu tuo tribuas: ne eoꝝ vitium nutrias annuēdo. Noli inquit ſcriptura cōſentaneus eſſe cum derogantibus aduerſus ꝓximum tuum: & nō accipies per illos pctm. Et alibi: Sepi aures tuas ſpinis: & noli audire linguam nequā. Vnde & beatus Dauid diuerſas innocentiæ ſpecies iuſticiæq; denuncias: De hac quoq; virtute nō tacuit: dicēdo: Et obprobriū nō accepit aduerſus ꝓximos ſuos. Propter qd̄ ipe nō ſolum aduerſat: ſed etiā perſequit detrahentē. Ait enī. Detrahentē ſecreto ꝓximo ſuo: hunc perſequebar. Eſt ſane tale hoc vitium: qd̄ vel in primis extinguī debeat: & ab eis qui ſe ſanctæ inſtrue
E re volunt: ꝓrſus excludi. Nihil enī tam inquietat animū: nihil eſt qd̄ ita mobilē mentē ac leuem faciat: q̄ facile totum credere: & obtrectatoꝝ verba temerario aſſenſu mentis ſequi. Hinenī crebræ diſſenſiones: hinc odia iniuſta naſcunt: Hoc eſt qd̄ ſæpe de amicis etiā inimicos facit: dū cōcordes quidē ſed credulas animas: maliloqua lingua diſſociat. At cōtra magna quies animi: magnaq; eſt morum grauitas: nō temere de quoq; ſiniſtri quid audire. Beatuſq; eſt: qui ita ſe contra hoc vitiū armauit: vt apud eum detrahere nō audeat. Quod ſi hæc in nobis eſſet diligentia: ne paſſim obtrectatoribus crederemus: iam omnes detrahere timerent: nec nō tam alios: q̄ ſeipſos viles detrahēdo facerēt. Sed hoc ideo malū celebre eſt: Iccirco in multis feruet hoc vitium: quia pene ab omnibus libenter audit. Adulatoꝝ quoq; aſſentatiōes: & noxia blandimenta fallaciæ: velut quaſdā peſtes animæ fuge. Nihil eſt qd̄ tam facile corrūpat mentes hominū: nihil eſt qd̄ tam dulci & molli vulnere animū feriat. Vnde & quidē ſapiēs ait. Verba adulatoꝝ mollia: feriūt autem interiora ventris. Et dñs loquit per ꝓphetā: Populi meus qui beatificāt vos: ſeducūt vos:

Mat. 7.

Iac. 4.

Eccī. 19

Eccī. 28.

ps. 100.

Eſa. 3.

&ſemitas pedum veſtrorꝝ perturbāt. In multis iſto maxime tpe regnat hoc vitium: qđ̄ꝙ eſt grauiſſimū: humilitatis ac beniuolentiæ loco ducit̄: & ita fit: vt qui adulari neſcit: aut inuidus: aut ſuperbus putet̄. Eſt ſane grande & ſubtile artificiū: laudare alterū in cōmendationē ſui: & decipiēdo animū ſibi obligari decepti. Q đ̄ꝙ hoc maxime vitio agi ſolet: fictas laudes certo precioven dere. Q uæ hæc tanta eſt leuitas animi: quæ tanta vanitas: relicta ꝓpria cōſcientia alienā opinionem ſequi? Et quidem fictam atꝙ ſimulatā. Rapi vento falſæ adulatōis: gaudere ad circūuentionem ſuā: & illuſionē ꝓ beneficio accipere. Tu ergo ſi vere laudabilis eſſe cupis: laudem hominū ne requiras. Illicꝙ præpara cōſcientiā tuā: qui illuminabit abſcondita tenebrarꝝ: & manifeſtabit cōſilia cordiū: & tunc laus tibi erit a deo. Sit igit̄ intentus ac vigilās & aduerſus peccata ſemp armatus animus tuus. Sermo in omnibus moderatus & parcus: & qui neceſſitatē magis loquēdi indicet: q̄ volūtatē. Ornet prudentiā verecūdia: qđ̄ꝙ præcipuū in fœminis ſemper fuit cunctas in te virtutes pudor ſuperet. Diu ante cōſidera quid loquendū ſit. & adhuc tacens ꝓuide ne quid dixiſſe ꝓpœniteat. Verba tua ponderet cogitatio: & linguæ officiū animi libra diſpenſet. Vnde
Eccī .28. ſcriptura dicit: Argentū & aurū tuū conflа: & verbis tuis facito ſtaterā: & frenos ori tuo rectos: & attende ne forte labaris in lingua. Nunq̄ malū verbū de ore tuo ꝓcedat: quæ ad cumulū beni-
1Pe.3. gnitatis iuberis etiā maledicētibus benedicere. Miſericordes inquit: modeſti: humiles: non reddentes malū ꝓ malo: neꝙ maledictū ꝓ maledicto: ſed ecōtrario benedicentes. Mentiri vero atꝙ iurare lingua tua ꝓrſus ignoret: tantuſꝙ in te ſit veritatis amor: vt quicquid dixeris: iuratū pu-
Mat.5. tes. De quo Saluator ad diſcipulos ait: Ego autē dico vobis: nō iurare oīno. Et paulopoſt: Sit autem ſermo veſter eſt: eſt: nō: nō: Qđ̄ autem his abūdantius eſt: a malo eſt. In omni igit̄ actu atꝙ verbo quieta mens & placida ſeruet̄: ſemperꝙ cogitatōi tuæ dei præſentia occurrat: ſit humilis animus tuus: ac mitis: & aduerſus ſola vitia erectus. Nunq̄ illū ait ſuperbia extollat: aut auaritia inflectat: aut ira præcipitet. Nihil enī quietius: nihil purius: nihil denicꝙ pulchrius ea mente eſſe debet: quæ in dei habitaculū præparāda eſt: quem nō auro templa fulgentia: nō gēmis altaria diſtincta dilectāt: ſed anima ornata virtutibus. Ideo & templa dei ſanctorꝝ corda dicunt̄ affirmā-
1Cor.3. te apoſtolo: qui ait: Si quis templū dei violauerit: diſperdet illū deus. Templū enī dei ſanctū eſt: qđ̄ eſtis vos. Nihil habeas humilitate præſtātius: nihil amabilius. Hæc eſt enī præcipua obſeruatrix & quaſi cuſtos quædā virtutū omniū: nihilꝙ eſt: qđ̄ nos ita & hoībus gratos & deo faciat
Eccī.3. quaſi vitæ merito magni: humilitatis infimi ſimus. Propter qđ̄ ſcriptura dicit. Q uāto magnus
Eſa.66. es: humilia te in oībus: & coram deo inuenies gratiā. Et dñs loquit̄ per ꝓphetā: Super quē alium requieſcā: niſi ſuper humilē: & quietū: & trementē manus meas. Verūtamen eam humilitatē ſequere: nō quæ oſtendit̄: atꝙ ſimulat̄ geſtu corporis: aut fracta voce ꝙ borꝝ: ſed quæ puro affectu corporis exprimit̄. Aliud eſt enī virtutē habere: aliud virtutis ſimilitndinē. Aliud eſt rerum vmbras ſequi: aliud virtutē. Multa illo deformior eſt ſuꝑbia: quæ ſub quibuſdā humilitatis ſignis latet. Neſcio enī quomodo turpiora ſunt vitia: cum virtutū ſpecie cælant̄. Nulli te vnq̄ de generis nobilitate præponas: neꝙ obſcuriores quaſꝙ & humiliore loco natas: te iferiores putes. Neſcit religio noſtra ꝓſonas accipere: nec conditōes hominū: ſed animos inſpicit ſingulorꝝ. Seruū & nobilē: de moribus ꝓnunciat. Sola apud deū libertas eſt: & nō ſeruire peccatis. Sūma apud deum eſt nobilitas clarum eſſe virtutibus. Quid apud deum in viris nobiliusPetro: qui piſcator & pauper fuit? Q uid in fœminis beataMaria illuſtrius fuit: quæ ſponſa fabri deſcribit̄? Sed illi piſcatori & pauperi cœleſtis regni a Chriſto traduntur claues. Hæc ſpōſa fabri meruit eſſe mater illius: a quo ipſæ claues datæ ſunt. Elegit enī deus ignobilia: & cōtēptabilia huius mūdi: vt potētes ac nobiles ad humilitatē facilius adduceret. Nam & alias fruſtra ſibi aliquis de nobilitate generis applaudit: cū vniuerſi paris honoris & eiuſdē apud deū precij ſint: qui vno Chriſti ſanguine ſunt redempti: nec intereſt qua quis conditōe natus ſit: cum omnes in Chriſto æqualiter renaſcamur. Nam & ſi obliuiſcimur: quia ex vno omnes generati ſumus: ſaltem id ſemper meminiſſe debemus: quia per vnū omnes regeneramur. Caue ne ſi ieiunare: aut abſtinere cœperis te putes eſſe iam ſanctā. Hæc enī virtus adiumentū eſt. nō perfectio ſanctitatis. Magiſꝙ ꝓuidendū ē ne tibi hoc cum licita cōtemnas: ſecuritatē quandā illicitorꝝ faciat. Quicquid ſupra iuſticiā offertur deo: nō debet impedire iuſticiā: ſed iuuare. Quid aūt ꝓdeſt tenuari abſtinentia corpus: ſi animus intumeſcat ſuperbia? Q uā laudem merebimur de pallore ieiunij: ſi inuidia liuidi ſumus? Quid virtutis habet vinū nō bibere: & ira atꝙ odio inebriari? Tunc inquā præclara eſt abſtinē H
tia: tūc pulchra atꝙ magnifica caſtigatio corporis: cum eſt animus ieiunus a vitijs. Immo qui ꝓbabiliter ac ſcienter abſtinentiæ virtutē tenent: eo affligūt carnem ſuā: quo animæ frangunt ſuperbiā. Vt quaſi de quodā faſtidio cōtemptus ſui atꝙ arrogātiæ deſcendāt ad implendā dñi vo-

luntatem: quæ maxime in humilitate perſpicit. Iccirco a variis ciborꝫ deſideriis mentē retrahūt
vt totā eius vim occupent in cupiditate virtutū. Iamqꝫ minus ieiunioꝝ & abſtinentiæ laborē ea
ro ſentit: anima eſuriente iuſticiā. Nam & vas electōis Paulus dum caſtigat corpus ſuū: & in ſer 1. Coꝛ. 9.
uitutem redigit: ne alijs prædicās ipe reprobus inueniat: nō ad ſolā vt quidā imperiti putāt: hoc
facit caſtitatē. Non enī huic tm̄modō: ſed omnibus oīno virtutibus abſtinentia opitulat. Neqꝫ
magna aut tota apoſtoli gloria eſt nō fornicari: Sed hoc agit vt caſtigatiōe corporis erudiat ani⸗
mus. Quātoqꝫ nil ex voluptatibus cōcupiſcit: tanto magis poſſit de virtutibus cogitare: ne per⸗
fectionis magiſter imperfectū aliquid in ſe oſtendat. Ne Chriſti imitator extra præceptū quicqꝫ Mat. 23
aut volūtatē Chriſti faciat: neue minus exemplo qꝫ verbo doceat. Cunqꝫ alijs prædicauerit ipſe
reprobet a dño: audiatqꝫ cum phariſæis: Dicūt enī & nō faciūt. Apoſtolici vero: & præcepti eſt
& exempli: vt curemus rōnem nō cōſcientiæ tm̄: ſed etiā famæ. Non ſuperfluū & a fructu vacu
um gentiū magiſter hoc docet. Vult enī etiā extraneos ad fidem hoīes: per fideliū opera ꝓficere: Phil. 2.
vt religionē ipam religionis diſciplina cōmendet. Et ideo ſicut lumīaria in mūdo lucere nos iu⸗
bet: in medio natōis prauæ & peruerſæ: vt increduli mentes errantiū: ex noſtroꝝ actuū lumine
ignorātiæ ſuæ tenebras deprehendāt. Vnde & ipe ad Romanos ait: Prouidētes bona nō ſolum Ro. 12.
corā deo: ſed etiā corā hominibus. Et alibi: Sine offenſiōe eſtote iudæis: & gentibus: & eccleſiæ 1. Coꝛ. 10
dei: ſicut ego per omnia oīmibus placeo: nō querens qđ mihi vtile eſt: ſed qđ multis. Beatus eſt
qui tam ſancte: tanqꝫ gratuiter diſpoſuit vitā ſuā: vt de eo ſiniſtri aliquid: ne fingi quidem poſſit
dum aduerſus obtrectatoꝝ libidinē pugnat meriti magnitudo. Ne fingere quiſqꝫ auſus eſt: qđ
a nullo putat eſſe credendū. Quod ſi id aſſequi difficile atqꝫ nimis arduū eſt: Saltem hanc adhi⸗
beamus vitæ noſtræ diligentiā: ne malæ mentes occaſionē inueniāt detrahēdi. Ne ex nobis ſcin
tilla ꝓcedat: per quā aduerſus nos ſiniſtræ famæ conflent. Alioquin fruſtra iraſcimur obtrecta⸗
toribus noſtris: ſi eiſipis obtrectādi materias miniſtramus. Si autē nobis diligenter atqꝫ ſollicite
oīa ad honeſtatē ꝓuidētibus cūctiſqꝫ actibus nr̄is timorē dei præferētibus: illi nihilominus inſa
niunt: cōſolet nos cōſcientia noſtra: quæ tunc maxime tuta eſt: tūc optime ſecura eſt: cum ne oc
caſionē quidē male de ſe ſentiendi dedit. Illis enī ve dicit ꝑ ꝓphetā: Qui dicūt ꝙ bonū eſt ma⸗ Eſa. 5.
lum: qui lucem appellāt tenebras: & qđ dulce eſt: amaꝝ vocant. Nobis ergo Saluatoris aptabit
ſermo. Beati eſtis cum vobis maledixerint hoīes mentientes. Nos modo id agamus vt male de Mat. 5.
I nobis nemo loqui abſqꝫ mendacio poſſit. Ita habeto ſollicitudinem domus: vt aliquā tm̄ vacatio
nem animæ tribuas. Eligat tibi opportunus: & aliquātū familiæ ſtrepitu remotus locus. In quē
tu velut in portū: quaſi ex multa tempeſtate curarū te recipias: & excitatos foris cogitationū flu
ctus ſecreti trāquillitate cōponas. Tantū ibi ſit diuinæ lectionis ſtudiū: tam crebre orationū vi⸗
ces: tam firma & preſſa de futuris cogitatio: vt omnes reliqui tpis occupatōes facile hac vacatōe
cōpenſes. Nec hoc ideo dicimus: quo te retrahamus a tuis: īmo id agimus vt ibi diſcas: ibiqꝫ me
diteris: qualem tuis præbere te debeas. Familiā tuā ita rege: & cōfoue: vt te matrē magis tuorū:
q̄ dñam videri velis: a quibus benignitate potius qꝫ ſeueritate exige reuerentiā. Fidelius & gra⸗
tius ſemper obſequiū eſt: qđ ab amore: q̄ qđ a metu percipit. Præcipue aūt in cōiugio venerabi
li atqꝫ īmaculato: apoſtolicæ regulæ ordo teneat. Seruet in primis viro auctoritas ſua: totaqꝫ a te
diſcat domus: q̄tū illi honoris debeat: Tu illū obſequio tuo: tu magnū illū tua humilitate demō
ſtra: tanto ipa honoratior futura: q̄to illū amplius honoraueris. Caput enī vt ait apoſtolus: mu⸗ Eph. 5.
lieris eſt vir. Nec aliūde magis relquū corpus ornat: qꝫ ex capitis dignitate. Vnde idem alibi di⸗ Col. 3.
cit: Mulieres ſubditæ eſtote viris ſicut oportet in domino. Sed & beatus Petrus apoſtolus ait: 1. Pe. 3.
Similiter autem mulieres ſubditæ ſint viris: vt & ſi qui non credunt verbo: per mulieris con⸗
uerſationem ſine verbo lucrifient. Si ergo etiam gentilibus maritis debetur honor iure coniu⸗
gij: q̄to magis reddendus eſt chriſtianis: atqꝫ vt oſtendat quibus ornamētis etiā viris iunctæ fœ⸗
minæ decorare ſe debeāt: ait. Quaꝝ ſi nō extrinſecus capillatura: aut circūdatio auri: aut veſti⸗
mentoꝝ cultus: Sed qui abſcōditus cordis eſt homo: in incorrupti bilitate quieti: & modeſti ſpi⸗
ritus: qui eſt in cōſpectu dei locuplex. Sicut enī aliqñ & ſanctæ mulieres ſperantes in dño orna⸗
bant ſe: ſubiectæ ꝓpriis viris: ſicut Sara obediebat Abrae: Dñm ſuū vocans: Hæc aūt præcipiēs
nō eas iubet ſqualere ſordibus: & horrentibus pānoꝝ aſſumentis tegi: ſed īmoderato cultui: &
nimis exquiſito interdicit ornatui: ſimplicēqꝫ cōmendat ornatū: atqꝫ habitū. De quo & vas ele⸗
ctionis ait: Similiter aūt & mulieres in habitu ornato: cum verecūdia & ſobrietate: ornātes nō in 1. Thi. 2.
tortis crinibus: aut auro: margaritis: vel veſte præcioſa: ſed qđ decet mulieres ꝓmittentes caſti
tatem: per opera bona. Repperi vero te miræ fidei ardore ſuccēſam: aliquot iam ante annos cōti
nentiā ꝓpoſuiſſe: & reliquū vitæ tuæ tēpus pudicitiæ cōſecraſſe. Magni hoc animi ſignū: & pfe

ctæ virtutis indiciũ est: renũciare subito expertæ voluptati: fugere notas carnis illecebras: & ca-
lentis adhuc ætatis flãmas fidei amore restringere. Sed illud quoq; simul didici: quod me nõ me-
diocriter angit: ac stimulat: te videlicet tm̃ hoc bonum absq; cõsensu & pacto viri seruare cœpis-
se: cum hoc apostolica oĩno interdicat auctoritas: quæ in hac dũtaxat causa nõ modo vxorẽ viri
6. Cor. 7. sed etiã virum vxoris subiecit potestati: Vxor inquit sui corporis ptãtem nõ habet: sed vir. Simi-
liter autem vir ptãtem nõ habet sui corporis: sed mulier. Tu vero quasi oblita fœderis nuptialis
pactiq; huius ac iuris im emor: incõsulto viro vouisti dño castitatẽ: sed periculose, pmittit: qd' ad
huc in alterius potestate est. Et nescio q̃ sit grata donatio: si vnus offerat rem duor̃. Multa iam p
huiusmodi ignorantiã: & audiuimus & vidimus scissa cõiugia: quodq; recordari piget occasio
ne castitatis adulteriũ perpetratũ. Nam dum vna pars se etiã a licitis abstinet: altera ad illicita de
lapsa est: Et nescio in tali causa quis magis accusari quis amplius culpari debeat. Vtrum ille qui
repulsus a cõiuge fornicat': an illa quæ repellendo a se virum: fornicatõi quodãmodo se obiecit.
Atq; vt super hac causa: quid veritas habeat agnoscas: pauca mihi de diuina auctoritate ponen-
da sunt. Apostolicæ doctrinæ regula: ne cum Iouiniano æquet cõtinentiæ opera nuptiar̃: ne cũ
Manichæo cõiugia cõdemnet: ita vas electõis ac magister gentiũ inter vtrũq; temperatus ince-
dit: ac medius: vt remediũ incõtinentiæ indulgeat: & ad præmiũ ,puocet cõtinentiã. Totusq; in
hac causa eius hic sensus est: vt ex vtriusq; snĩa præponat' castitas: aut certe ab vtroq; debitũ cõ
mune soluat'. Sed ipsa iam apostoli verba ponamus: totãq; hanc causam a sui principio retracte
Vbi sup̃ mus. Loquit' enĩ ad Corinthios: De quibus autem scripsistis mihi: Bonũ est homini mulierẽ nõ
tangere. Et q̃q̃ hic laudauerit castitatẽ: tm̃ ne aliquibus videat' ,phibere cõiugia: subiungit: Pro-
pter fornicationẽ aũt vnusquisq; suã vxorẽ habeat. Vxori vir debitũ reddat. Similiter autem &
vxor viro. Mulier autem sui corporis potestatẽ nõ habet: sed vir: Et vir sui corporis ptãtem non
habet: sed mulier. Nolite fraudari inuicẽ. Ac rursus: Ne tanta ,p nuptiar̃ parte dicendo: videre-
excludere castitatẽ sequit': Nisi forte ex cõsensu ad tempus: vt vacetis orationi. Et statim quasi re
cusat hoc: qd' dixit: Ad tempus: ne nõ tam perpetuã q̃ temporalẽ ac breuem cõtinẽtiã docere vi
deat'. Ait enĩ ,ppter incõtinentiã vestrã. Hoc aũt dico scd'm idulgentiã nõ scd'm imperiũ. Vnde
hoc qd' dixit ad tempus: docet meditationẽ debere fieri castitatis: vt per certa iterualla temporũ
quasi exploratis cõtinentiæ suæ viribus: sine periculo vtriq; ,pmittant: qd' semper est ab vtroq;
seruandũ. Quid vero absolute velit: manifeste dicit: Volo autẽ omnes homies esse sicut meip̃m
id est in iugi ac perpetua castitate viuere. Vides ne q̃ caute: q̃ ,puide: q̃ sine vllius occasione scan
dali: magister firmauerit de castitate snĩam? Nolens tm̃ bonum in vnius temeritate nutare: qd' li
Si tanti vilissimū vitrū: quanti præciosissimū margaritū? Si cōmuni lege naturæ dānat oīs gentiles viduavoluptates: quid expectandū est a vidua christiana: quæ pudicitiā suā nō solum ei debet: qui defunctus est: sed & ei: cum quo regnatura est? Quæso te ne generalia monita & cōueniens puellari sermo personæ: suspitionē tibi iniuriæ moueant: & arbitreris me obiurgantis animo scribere nō timentis: cuius votum est: te nescire: quæ metuo. Tenera res ī fœminis fama pudicitiæ est: & quasi flos pulcherrimus cito ad leuem marcessit auram: leuiq; flatu corrūpit: maxime vbi & ætas cōsentit ad vitium: & maritalis deest auctoritas: cuius vmbra tutamen vxoris est Quid facit vidua inter familiæ multitudinē? Inter ministrorē greges? quos nolo contēnat: vt famulos: sed vt viros erubescat. Certe si ambitiosæ domus hæc officia flagitant: præficiat his senē honestis moribus: cuius honor dīnæ dignitas sit. Scio multas clausis ad publicū foribus: non caruisse īfamia seruulorē: quos suspectos faciebat: aut cultus īmoderatus: aut crassi corporis nitor aut ætas apta libidini: aut ex cōscientia amoris occulti securus animi tumor: qui etiam bene dissimulatus frequēter erūpit in publicū: & cōseruos quasi seruos despicit. Hoc ex abundātia dictū sit: vt omni diligentia custodias cor tuū: & caueas qcquid de te fingi potest. Non ambulet iuxta te calamistratus, pcurator: nō histrio fractus in fœminā: nō cantoris diabolici venenata dulcedo nō iuuenis cultus & nitidus: Nihil artium scœnicarē: nihil tibi in obsequijs molle iungat. Habeto tecum viduarē & virginū choros. Habeto tui sexus solatia: ex ancillarē quoq; moribus dīnæ iudicant. Certe cum tecū sancta sit mater: & lateri tua amita hæreat virgo ppetua nō debes perculose externorē cōsortia querere: de tua societate secura. Semper in manibus tuis sit diuina lectio: Et tam crebræ orationes: vt oīes cogitationū sagittæ quibus adolescētia percuti solet: huiuscemodi clypeo repellant. Difficile est quin potius impossibile pturbationis vitijs carere quē piam: Quas significātius græci vocāt: nō vt verbū vertamus e verbo: Ante passiones possumus dicere: eo q; incentiua vitiorē omniū titillent animos: & quasi in meditullio nrm

Mat. 15. iudiciū sit: vel abijcere cogitata: vel recipere. Vnde & naturæ dns in euāgelio loquebat: De corde exeunt cogitatōes malæ: Homicidia: adulteria: fornicatiōes: furta: falsa testimonia: blasphemiæ. Ex quo perspicuū est iuxta alterius libri testimoniū: Procliuius esse cor hominis a puerītia ad malū: & inter opera carnis & spiritus: quæ apostolus enumerat: mediā animā fluctuare: nūc hæc nunc illa capientē. Nam sine vitijs nemo nascit: Optimus ille est: qui minimis vrget: velut

ps. 76. si egregio īsperfos reprehēdas corpore neuos. Hoc est qd' alijs verbis ppheta significat: Turba

Archit9 tarētin9 tus sum: & nō sum locutus. Et in eodem volumine: Irascimini: & nolite peccare. Et illud Architæ Tarentini ad villicū negligentē: Iam te verberibus enecassem: nisi iratus essem. Ira enim viri iustitiā dei nō operat. Qd' de vna pturbatiōe dictū est: referamus ad cæteras. Sicut irasci hominis est: & iram nō perficere christiani: Sic omnis caro cōcupiscit quidē ea quæ carnis sunt: & qui busdā illecebris ad mortiferas animā voluptates trahit. Sed nostrum est voluptatis ardorē maiore Christi amore restinguere: & lasciuiæ iumentū frenis inediæ subiugare: vt nō libidinē: sed cibos quærat: ac desideret: & sessorē spiritū sanctū moderato atq; cōposito portet incessu. Quorsum ista? Vt hoiem esse te noueris: & passionibus humanis nisi caueris subiacere: De eodē cūcti A facti sumus luto: ijsdem cōpacti exordijs. In serico & in pānis eadem libido dnat. Nec regū pur

puras timet: nec mendicantiũ ſpernit ſquallorẽ. Multoq; melius eſt ſtomachũ te dolere: q̃ mentẽ
Imperare corpori: q̃ ſeruire: greſſu vacillare: q̃ pudicitia. Nec ſtatim nobis pœnitentiæ ſubſidia
blandiant̃: quæ ſunt infœliciũ remedia. Cauendũ eſt vulnus: qđ dolore curat̃. Aliud eſt integra
naue: & ſaluis mercibus portum ſalutis intrare: aliud nudũ hærere tabulæ: & crebris fluctuũ re-
curſibus ad aſperrima ſaxa collidi. Neſciat vidua digamiæ indulgentiã: nec nouerit illud apli.
Melius eſt nubere, q̃ vri. Tolle qđ peius eſt vri: & per ſe bonũ nõ erit nubere: ꝓcul ſint hæreti- 1. Cor. 6.
corum calũniæ. Scimus honorabiles nuptias: & cubile ĩmaculatũ. Etiam de paradiſo expulſus
Adam vnam vxorem habuit. Primus Lamech maledictus & ſanguĩarius: & de Cayn ſtirpe de-
ſcendens: vnam coſtam diuiſit in duas: & plantariũ digamiæ ꝓtinus diluuij pœna ſubuertit. Vn
de illud apli. qđ fornicatoris metu indulgere cõpellit. Scribens ad Timotheũ: Volo adoleſcentu- 1. Thi. 5.
las nubere: filios ꝓcreare: matreſſamilias eſſe: nullã occaſionẽ dare aduerſario: maledicti cauſa:
& cur incluſerit: ſtatim ſubiecit. Iam enĩ quædã declinauerũt poſt ſathanã: ex quo intelligimus:
illum nõ ſtantibus coronã: ſed iacẽtibus manũ porrigere. Vide qualia ſint ſecũda matrimonia:
quæ lupanaribus præferunt̃: qa declinauerũt quædã poſt ſathanã. Ideo adoleſcẽtula vidua quæ
ſe nõ poteſt cõtinere: vel nõ vult: maritũ potius accipiat q̃ diabolũ. Pulchra nimirũ & appetẽda
res: quæ ſathanæ cõparatõe ſuſcipit̃. Fornicata eſt quondã & Hieruſalẽ: & diuaricauit pedes ſu
os omni tranſeũti. In ægypto primũ deuirginata eſt: & ibi fractæ ſunt mãmæ eius. Cumq; ad de-
ſerta veniſſet: & moraꝛ Moyſi ductoris impatiens quaſi oeſtro: id eſt aſilo libidinis furibunda
dixiſſet: Iſti ſunt dij tui iſrael: qui te eduxerũt de terra ægypti: accepit præcepta nõ bona: & iuſti Exo. 32.
ficatões peſſimas: in quibus nõ viueret: ſed puniret̃. Quid ergo mirũ: ſi & laſciuiẽtibus viduis:
De quibus in alio loco apoſtolus dixerat: Dum luxuriatæ fuerint in Chriſto nubere volũt: habẽ
tes dãnationẽ: quia primã fidem irritã fecerũt: Cõceſſit digamiæ præcepta nõ bona: & iuſtifica
tiones peſſimas: ita ſcđm indulgens maritũ: vt & tertiũ ſi liberet: etiã viceſimũ: vt ſcirent ſibi nõ
tam viros datos: q̃ adulteros amputatos. Hæc filia in Chriſto chariſſima inculco: & crebrius re-
peto: vt præteritoꝛ oblita: in priora te extendas: habens tui ordinis quas ſequaris. Iudith de he-
brea hiſtoria: & Annam filiam Phanuelis de euangelij claritate: quæ diebus & noctibus verſa-
bãt̃ in templo: & orationibus atq; ieiunijs theſaurũ pudicitiæ conſeruabãt. Vnde & altera in ty
po eccleſiæ diabolũ capite truncauit: Altera ſaluatorẽ mundi prima ſuſcepit: ſacramentoꝛ con-
ſcia futuroꝛ. Illud in calce ſermonis quæſo vt breuitatẽ libelli: non de inopia eloquij: vel de ma-
teriæ ſterilitate: ſed de pudoris magnitudine æſtimes accidiſſe: dum vereor me ignotis diu inge
rere auribus: & occultũ legentium iudiciũ pertimeſco.

Ad Geruntiã de monogamia. Argumentũ in eandẽ

Eruntiã ad monogamiã ac viduitatẽ cohortat̃: exponens illud apoſtoli ad Timothæũ.
g Volo aũt iuniores nubere: filios ꝓcreare &c. Oſtendens apoſtolũ ſcđm indulgentiã di-
xiſſe: non ſcđm imperiũ. Typos & figuras adducẽs: quibus monogamia comprobat̃:
Ac docens quare magis in nouo q̃ in veteri teſtamento cõmendet̃. Et ad extremũ: vt omne præ
cidat deſideriũ nuptiaꝛ: calamitatẽ ſuoꝛ temporũ: belloꝛ clades: Romanæ vrbis vaſtationem
quaſi tragico dolore ꝓſequit̃.

B EPI. .XXVI.

N vetere via nouam ſemitã quærimus. Et in antiqua detritaq; materia rudẽ artis ex-
i cogitemus elegantiã: vt nec eadẽ ſint: & eadem ſint. Vnũ iter ad pueniendũ quo cupi
as: multa cõpendia habet. Sæpe ad viduas ſcripſimus: & in exhortatiõibus eaꝛ mul
ta de ſcripturis ſanctis exempla repetentes: varios teſtimoniorꝛ flores in vnã pudici-
tiæ coronam texuimus. Nũc ad Geruntiã nobis ſermo eſt: Quæ quodam vaticinio futuroꝛ ac
dei præſidentis auxilio nomẽ accepit. Quã auiæ: matris amitæq; ꝓbataꝛ in chriſto fœminaꝛ
nobilis turba circũſtat: Quaꝛ auia Metronia p. xl. annos vidua ꝓſæuerans: Annã nobis filiam
Phanuelis de euãgelio retulit. Benigna mater quartũ & decimũ viduitatis implens annũ: cente
nario virginũ choro cingit̃. Soror Celerini patris Gerũtiæ: quæ paruulã nutriuit infantẽ: & in
ſuo natã ſuſcepit gremio: per annos. xx. mariti ſolatio deſtituta: erudit neptem qđ a matre didi-
cit. Hæc breui ſermone ꝓſtrinxi: vt oſtendã adoleſcentulã meã nõ præſtare monogamiã generi
ſuo: ſed reddere: Nec tam laudãda eſſe: ſi tribuat q̃ oĩbus execrãdã: Si negare tentauerit: præſer
tim cum poſthumis eius Simplicius nomẽ patris referat: & nulla fit excuſatio deſerte: ac ſine hæ
rede domus: ſub quoꝛ patrocinio interdũ ſibi libido blandit̃: vt qđ ꝓpter intemperantiã ſuã fa-
ciunt: videant̃ facere deſiderio liberoꝛ. Sed quid ego quaſi ad retractantẽ loquor: cum audiam
multos palatij ꝓcos eccleſiæ vitare præſidio: quos certatim diabolus inflãmat: vt viduæ noſtræ
caſtitatẽ ꝓbent: quã & nobilitas & forma: & ætas: & opes faciunt cunctis appetibilẽ: vt q̃to plu-

ra sunt: quæ impugnant pudicitiã: tanto victricis maiora sunt præmia. Et quia nobis de portu egredientibus: quasi quidã scopulus opponit̃: ne possimus ad pelagi tuta decurrere: Et apostoli Pauli scribentis ad Timotheũ ꝓfert̃ auctoritas: in qua de viduis disputans ait: Volo autẽ iunio
1. Thi. 5. res nubere: filios ꝓcreare: matres familias esse: nullã occasionẽ dare aduersario maledicti gratia. Iam enĩ quædã abierunt retro post sathanã. Oportet me primũ sensum tractare præcepti: & omnem loci eius cõtinentiã discutere: atq; ita apostolicis vestigijs insistentẽ: ne transuersum qd enĩ (vt dici solet) vnguem ĩ partem alterã declinare. Supra scripserat: qualis vidua esse deberet: Vnius viri vxor: quæ liberos educauit: quæ in bonis operibus habuit testimoniũ: quæ tribulationibus de sua substãtia submistrauit: cuius spes deus est: & quæ permanet in obsecratõibus: & orationibus nocte ac die. Post quæ iungit cõtraria: Quæ aũt in delitijs est: viuẽs mortua est. Statiq; infert: vt discipulũ suũ muniat omni arte doctrinæ. Adolescẽtiores aũt viduas deuita: quæ cum lasciuerint: in Christo nubere volunt: habentes dãnationẽ: q; primã fidem irritã fecerũt. Propter has igit̃: quæ fornicatæ sunt in iniuriã viri sui Christi. Hoc enĩ græcus sermo significat. Vult apl'us alterũ matrimoniũ: præferens digamiã fornicatiõi: scd'm indulgentiã dũtaxat: nõ scd'm imperiũ: simulq; singula testimonij verba tractãda sunt. Volo inquit adolescẽtulas nubere. Cur quæso? quia nolo adolescẽtulas fornicari: Procreare filios. Quã ob causã? Ne metu partus ex adulterio filios necare coganṫ. Matres familias esse: quare obsecro? Quia multo tolerabilius est digamã esse: q̃ scortũ: scd'm habere virum: q̃ plures adulteros. In altero enĩ miseriarũ cõsolatio: ĩ altero pœna peccati ẽ. Sequit̃: Nullã occasionẽ dare aduersario maledicti gratia. In quo breui accinctoq; præcepto multa simul monita cõtinent̃. Ne ꝓpositũ viduæ exquisitior cultus infamet. Ne oculoꝝ nutibus: & hilaritate vultus iuuenũ post se greges trahat. Ne aliud verbo: aliud habitu polliceat̃: Et cõueniat ei versiculus ille vulgatus. C

Risit: & arguto quiddam ꝓmisit ocello.

Atq; vt omnes nubendi causas breui sermone cõcluderet: cur hoc præcepisset ostendit: dicens: Iam enĩ quædã abierunt retro post sathanã. Ideo ergo secũda: & si necesse est tertia: incõtinentibus aperit matrimonia: vt a sathana abstrahat: vt magis mulierẽ qualicũq; viro iunctã facit esse:
1. Cor. 7 q; diabolo. Sed & ad Corinthios tale quid loquit̃: Dico aũt inuptis: & viduis bonũ est illis: si sic ꝓmanserint: vt ego. Si aũt nõ se cõtinent: nubant: Melius enĩ est nubere q̃ uri. Cur apl'us statim intulit: Melius est nubere: nisi quia peius est uri? Alioquin absolutũ bonũ est: & sine cõparatiõe peioris: esse id: qd' apl'us ait: id est solutũ nõ ligatũ: nec seruũ: sed liberꝝ: cogitantẽ ea quæ dei sũt nõ ea quæ vxoris. Et ꝓtinus in cõsequentibus: Mulier inquit alligata est viro: q̃ diu vir eius viuit q; si dormierit vir eius liberata est: cui vult nubat tm̃ in dño. Beatior aũt erit: si sic pmanserit scd'm meũ cõsiliũ. Puto aũt q; & ego spiritũ dei habeã: & in hoc idem sensus est: quia idem & spiritus: Diuersæ epistolæ: sed vnus auctor epistolarꝝ. Viuente viro mulier alligata est: & mortuo soluta Ergo matrimoniũ vinculũ est: & viduitas solutio. Vxor alligata est viro: & vir vxori alligatus ẽ intantũ: vt sui corporis nõ habet potestatẽ: & alterutrũ debitũ reddant. Nec possint habere pudicitiæ libertatẽ: qui seruiũt dñatui nuptiarꝝ: Qd' q; addidit: tm̃ in dño: ãputat ethnicoꝝ cõiugia
2. Cor. 6 De quibus & ĩ alio loco dixerat: Nolite iugum ducere cum infidelibus. Quæ enĩ participatio iusticiæ cum iniquitate? Aut quæ societas luci cum tenebris? Quæ conuentio Christi ad Belial? Aut quæ pars fideli cum infideli? Qui cõsensus templo dei: cum idolis? Ne scilicet aremus ĩ boue: & asino: ne tunica nuptialis varios sit texta subtegmie. Extemploq; tollit qd' cõcesserat: & quasi pœniteat eum sniæ suæ retrahit. Beatior erit: si sic permãserit: suiq; hoc magis dicit esse cõsiliꝫ Q d' ne cõtemnat̃ vt hois: spũssancti auctoritate cõfirmat: vt nõ indulgens homo fragilitati carnis humanæ: sed apl'us sanctospũ præcipiẽs audiat̃. Nec sibi in eo annoꝝ puellariũ debet vidua blãdiri: q; nõ minus sexagenariã electionẽ præcipit: neq; enĩ nuptas: vel iuuẽculas cogit: vt nu-
1. Cor. 7. bant: qui de nuptis quoq; loquit̃: Tempus breue est. Superest vt & qui habent vxores: sic sint: q̃ si nõ habeãt. Sed de his viduis disputat: quæ suoꝝ nutriunt̃ alimentis: quæ filioꝝ & nepotũ ceruicibus imponunt̃. Quibus imperat: vt discant domũ suã colere: & remunerare parẽtes: & sufficiẽter eis tribuere: vt nõ grauet̃ ecclesia: & possit certis viduis ministrari: De quibus scriptum
1. Thi. 5. est: Honora viduas: quæ vere viduæ sunt: Hoc est: quæ omni suoꝝ auxilio sunt destitutæ: quæ manibus suis laborare nõ possunt: quas paupertas debilitat: ætasq; cõficit: quibus deus spes est & omne opus oratio. Ex quo dat̃ intelligi adolescẽtulas viduas: exceptis his quas excusat infirmitas: vel suo labori vel liberoꝝ ac ꝓpinquoꝝ ministerio delegari. Honor autẽ in præsentiarũ:
Vbi supꝝ vel ꝓ elemosyna: vel ꝓ munere accipit̃: vt est illud. Presbyteri duplici honore digni habeantur: maxime qui laborant in verbo & doctrina. Et in euangelio dñs dixerit mãdatũ legis: in quo di-

citur: Honora patrem tuū: & matrem tuā: nō est verbor̄ sono qui inopiā parentū cassa pōt adu Mat.15.
latione fruſtrari: sed inuictus necessarijs ministrādis debere intelligi. Iubente enī dño: vt filij ale
rent parentes pauperes: & redderent beneficia senibus: quæ paruuli acceperāt. Scribæ & Phari
sæi ecōtra docebāt filios: vt parētibus respōderent. Corban: hoc est donū qđ altari pollicitus sū
& in templi dona ꝓmisi: si tu a me acceperis cibos: vertet in refrigeriū tuū. Atq; ita fiebat: vt egē
D tibus patre & matre: sacrificiū offerrent filij: qđ sacerdotes scribæq; cōsumerent. Si ergo aplus
Pauperes viduas (eas tn quæ adolescētulæ sunt & nulla debilitate franguntr) cogit suis manibus
laborare: ne grauet ecclesia: & possit anus viduas sustentare: qua excusatōe vtitur: quæ opibus
mundi affluit: quæ potest etiā ministrare: & de iniquo māmona sibi facere amicos qui possint
eam in æterna tabernacula recipere: Simulq; considera: q; vidua nō eligat nisi vnius viri vxor:
& nos putabamus sacerdotū hoc tantū esse priuilegiū: vt nō admittat ad altare: nisi qui vnā ha
buerit vxorem. Non solum enī ab officio sacerdotij digamus excludit: sed ab elemosyna eccle
siæ dū indigna putat stipe: quæ ad secūda cōiugia deuoluta est: Q; q; in lege sacerdotali teneat
& laicus: qui talem præbere se debet: vt possit eligi in sacerdotiū. Modo enim eligit: si digamus
fuerit. Porro eligunt ex laicis sacerdotes. Ergo & laicus tenet mandato: per quod ad sacerdotiū
peruenit. Aliud est qđ vult apostolus: aliud qđ cogit velle. Vt cōcedat secūda matrimonia: meæ
est incōtinentiæ: nō illius volūtatis. Vult esse omnes sicut seip̄m: & ea cogitare quæ dei sunt: &
solutos nequaq; vltra alligari. Sed si labentes per incōtinentiā ad baratrū stupri viderit puenire:
digamic porrigit manū: vt cum vno magis: q; cum pluribus volutent. Quod nequaq; amare di
ctum: & cōtra apostoli regulam secūdos nuptiator exaudiat. Duo enī sunt apostoli volūtates.
Vna quæ præcipit. Dico autem inuptis & viduis: bonū est illis si sic permāserint: sicut ego: Alte
ra qua indulget. Si autem nō se cōtinent: nubant. Melius est enī nubere q; vri. Primū quid velit
Deinde quid cogat velle: demonstrat. Vult nos remanere post nuptias: sicut seip̄m. Et ꝓpositæ
beatitudinis apostolicū ponit exemplū. Sinautē nos viderit nolle quod ipse vult: incontinentiæ
nostræ tribuit indulgentiā. Quā ex duabus eligimus volūtatem: qđ magis vult: & qđ per se bo
num est: Aut qđ malis cōparatione fit leuius: & quodāmodo nec bonum est: quia præfert malo:
Ergo si eligimus: quod apostolus nō vult: sed velle cōpellit: Immo acquiescit deteriora cupien
tibus: Non apostoli: sed nostrā facimus volūtatem. Legimus in veteri testamento: Pontifices se
mel maritatos: et filias sacerdotū: si viduæ fuerit: vesci debere de sacerdotalibus cibis: mortuisq; Leuit.21
sicut patri: sic exhibendū inferiarū officiū. Sinautē alios viros acceperint: alienas eas a patre &a
E sacrificijs fieri: & inter externas debere reputari. Q đ quidē obseruat & gentilitas in condēna
tionem nostri: Si hoc nō exhibeat veritas Christo: qđ tribuit mendacio diabolo: qui & castitatē
repperit perditricē. Hierophanta apud Athenas euitat virum: & æterna debilitate fit castus. Fla
men vnius vxoris ad sacerdotium admittit: Flaminica quoq; vnius mariti eligit vxor. Ad tauri
ægyptij sacra semel maritus assumit: Vt omittā virgines veste & Apollinis Iunonisq; Achiuæ
& Dianæ ac Mineruæ: quæ perpetua sacerdotij virginitate marcescūt. Stringā breuiter reginā
carthaginis: quæ magis ardere voluit: q; Hiarbæ regi nubere. Et Hasdrubalis vxorē: quæ appre
hensis vtraq; manu liberis: in subiectū se præcipitauit incendiū: ne pudicitiæ damna sentiret. Et
Lucretiā quæ amissa gloria castitatis noluit pollutæ cōscientiæ superuiuere. Ac ne multa longo
sermone cōtexā: quæ potes de primo cōtra Iouinianū volumine ædificationē tuā sumere: vnū
tm: qđ in patria tua gestum est: repetam: Vt scias pudicitiā etiā barbaris ac feris: & sanguinarijs
gentibus esse venerabilē. Gens Teutonum ex vltimis Gallor̄ oceani atq; Germaniæ ꝓfecta lit
toribus. Oms Gallias inundauit: sæpiusq; cæsis Romanis exercitibus: apud aquas sectias: Ma
rio pugnante: superata est. Quor̄ trecentæ matronæ: cum alijs se viris captiuitatis conditione
tradendas esse didicissent: primū cōsulem deprecate sunt in templo Cæreris ac Veneris vt serui
tio traderentur. Quod cum nō impetrarent: submouente eas lictore paruulis cæsis liberis: ma
ne mortuæ sunt repertæ: suffocatis laqueo faucibus: & mutuis complexibus se tenentes. Quod
igitur Barbaræ castitati non potuit inferre captiuitas: hoc matrona nobilis faciet: & experiet al
terum virum: quæ priorem aut bonum perdidit: aut malum experta est: vt rursum cōtra iudiciū
dei facere nitat: Quid si statim scd̄m perdiderit: faciet & tertio: & si ille dormierit: in quartum
quintūq; ꝓcedat: vt nihil sit quo a meretricibus differat: Omni ratione viduæ ꝓuidendū est: ne
castitatis primos excedat limites. Quos si excesserit: & verecūdiam ruperit matronalē: in omnē
debacchabit luxuriā. Ita vt ꝓphetam mereat audire dicentē: Facies meretricis facta est tibi. Im Hier.3.
pudorata es tu. Quid igit: damnamus secūda matrimonia: minime: sed prima laudamus. Abijci
mus de ecclesia digamos: absit: Sed monogamos ad cōtinentiā ꝓuocamus. In arca Noe: non so

lum munda: sed & ĩmunda fuerunt animalia. Habuit & homines: habuit & serpentes. In domo quoq; magna vasa diuersa sunt: alia in honorẽ: alia in cõtumeliã. Et crater ad bibendum: est & matula ad secretiora naturæ. Nam cum in semente terræ bone centesimũ & sexagesimũ & trigesimũ fructũ euangelia doceant: & centenarius ꝓ virginitatis corona primũ gradũ teneat: sexagenarius ꝓ labore viduarũ in secũdo sit numero. Tricenarius fœdera nuptiarũ ipsa digitorũ conIunctione testatur: Digamia in quo erit numero? ĩmo extra numerũ. Certe in bona terra nõ oritur sed in vepribus: & spinetis vulpium quæ Herodi impijssimo cõparant: vt in eo se putet esse laudabile si sortis melior sit. Si publicarũ libidinũ victimas superet: si vni sit ꝓstituta: nõ pluribus. Rem dicturus sum incredibilẽ: sed multorũ testimonijs approbabo. Ante ãnos plurimos: cum in chartis ecclesiasticis iuuarem Damasum Romanæ vrbis ꝓ episcopũ: & orientis atq; occidentis ꝓ synodicis cõsultationibus respondere. Vidi duo inter se paria vilissimorũ e plæbe hominũ comparata: vnum qui .xx. sepelisset vxores: alterã quæ vicesimũ sce cũdũ habuisset maritũ. Et extremo sibi: vt ipsi putabãt matrimonio copulatos sũma omniũ expectatõe: virorũ pariter ac fœminarum: post tantas rudes quis quem prius sepulturæ efferret: vicit maritus. Et totius vrbis populo cõfluente coronatus & palmã tenens: adoransq; per singulos sibi acclamãtes: vxoris multinubæ feretrũ præcedebãt. Quid dicemus tali mulieri? Nẽpe illud: qđ dñs Samaritanæ: Viginti duos habuisti maritos: & iste a quo sepelieris: nõ est tuus. Itaq; obsecro te religiosa in Christo filia: vt testimonia ipsa nõ noueris: quibus incõtinentibus: & miseris subuenit: Sed illa potius lectites: quibus pudicitia coronat. Sufficit tibi ꝙ perdidisti primũ virginitatis gradũ: & per tertiũ venisti ad secundũ: id est per officiũ cõiugale: ad viduitatis cõtinentiã. Extrema ĩmo abiecta: ne cogites: nec aliena: & longe posita exempla perquiras. Habes auiam: matrem: & amitã: Quarũ tibi abũdans imitatio: atq; doctrina: & præcepta viuendi: norma virtutũ est. Si enĩ multæ in cõiugio viuentibus adhuc viris intelligũt illud apostoli. Omnia licent: sed nõ omnia expediunt & castrãt se ꝓpter regna cœlorũ: Vel a secũda natiuitate post lauacrũ ex cõsensu: vel post nuptias ex ardore fidei: cur vidua: quæ iudicio dei virum habere desinit: nõ illud lætabũda cõgeminet. Dominus dedit: dñs abstulit: & oblatã occasionẽ arripiat libertatis: vt sui corporis habeat potestatẽ nec rursum ancilla fiat hoĩs. Et certe multo laboriosius est non frui eo qđ habeas: q̃ desiderare qđ amiseris. Vnde & virginitas in eo facilior est: quod carnis incentiua nõ nouit: & viduitas in illo sollicitior: ꝙ præteritas animo recolit voluptates: maxime si se virum putet perdidisse: non præmisisse: quorũ alterũ doloris: alterũ gaudij est. Prima hominũ creatura nos doceat plures nuptias refutare. Vnus Adam: & vna Eua: ĩmo vna ex eo costa separat in fœminã: Rursumq; qđ diuisum fuerat nuptijs copulat: dicẽte scriptura: Erunt duo in carne vna: Nõ in duas: nec in tres Propter qđ relinquet homo patrem & matrem: & adhærebit vxori suæ: certe nõ vxoribus. Qđ testimoniũ Paulus edisserens ad Christum refert & ad ecclesiã: vt primus Adam in carne: secundus in spiritu monogamus sit. Sit vna Eua mater cunctorũ viuentiũ: & vna ecclesia parens omnium christianorũ. Sicut maledictus Lamech in duas diuisit vxores: Sic hanc hæretici in plures ecclesias lacerant: quæ iuxta Apocalypsim Ioãnis synagogæ magis diaboli appellandæ sunt: q̃ Christi cõciliabula. Legimus in carminũ libro. lx. sunt reginæ: & .lxxx. cõcubinæ: & adolescentulæ quarũ nõ est numerus. Vna est colũba mea: perfecta mea: vna est matris suæ electa genitricis suæ. Ad quã scribit idem Ioãnes epistolã. Senior electæ dñæ: & filijs eius: sed & ĩ arcam quã Petrus apostolus sub typo interpretat ecclesiæ: Noe cum tribus filijs singulas nõ binas vxores introduxit. Etiam de immundis animalibus bina sumunt: masculus & fœmina: vt ne in bestijs quidem: serpentibusq; crocodilis ac lacertis: digamia habeat locum. Q; si de ĩmundis septena ponunt: id est imparia: & in hoc virginitatis ac pudicitiæ palma monstrat. Egressus enĩ de arca Noe: deo victimas ĩmolauit: Non vtiq; de pari: sed de impari numero: quia alterũ fœtibus atq; cõiugio: alterum sacrificio præparatũ est. Et patriarchæ non singulas habuerunt vxores: ĩmo & cõcubinas habuere plurimas. Et ne hoc parũ sit: Dauid multas: & Salomon habuit ĩnumerabiles: Iudas ad Thamar: quasi ad scortum ingredit. E iuxta occidentẽ litterã Osee ꝓpheta: Nõ solum meretrici: sed etiam adulteræ copulat. Quod si & nobilis iure concedit: Adhinniamus ad nos fœminas: & in exemplũ Sodomæ & Gomorræ ab vltimo diei deprehendamur vendentes: & ementes. Nubentes: & nuptui tradentes: vt tunc sit finis coniugij: quando terminus vitæ: Q; si & post diluuiũ: & ante viguit ista sententia: Crescite & multiplicamini: & replete terrã: Quid ad nos in quos fines sæculorũ deuenerũt quibus dicit: Tempus breue est: & iam securis ad radices arborum posita est: quæ siluam legis & nuptiarũ euangelica castitate succidat? Tempus amplexandi: & tempus longe fieri ab amplexibus. Hieremias captiuitate ꝓpinqua vxorem prohi-

Ioh. 4.
1. Cor. 6.
Iob. 1.
Gen. 2.
Apo. 2.
Can. 6.
Gen. 1.
1. Cor. 7
Hier. 16.

betur accipere. Eçechiel in Babylone mortua est inquit vxor mea: & apertum est inquit os meũ. Eçe. 24.
Nec ducturus vxorẽ: nec ille qui duxerat: possunt in opere cõiugali libere ꝓphetare. Olim gloriæ erat illum audire versiculũ. Filij tui sicut nouellæ oliuarũ: in circuitu mensæ tuæ: & videas filios filiorũ tuorũ. Nũc de cõtinẽtibus dicit: Qui adhæret dño: vnus spũs est. Et adhæsit aĩa mea post te: me suscepit dextera tua. Tunc oculũ ꝓ oculo: nunc verberanti maxillã præbemus & alteram. Illo tempore bellatoribus dicebat: Accingere gladio tuo: super femur tuum potẽtissime. Modo audit Petrus: Conde gladium tuum in vaginam suam. Qui enim gladio percutit: gladio morietur. Hæc dicimus nõ separantes legem & euangeliũ: vt Martion calũniatur: sed vnum atq; eundem suscipientes deum: qui ꝓ varietate temporũ atq; causarũ principio & fine serit: vt metat plantat: vt habeat: quæ succidat. Iacit fundamentũ: vt ædificio cõsumato culmẽ imponat. Alioquin si ad sacramenta veniamus: & futurorũ typus: non nostro arbitrio: sed apostolo differente Agar & Sara: vel mons Sina & Syon: duo testamenta significãt. Lia lippientibus oculis: & Rachel quam Iacob amabat plurimũ: synagogã ecclesiãq; testant. Vnde & Anna prius sterilis: feruente vbertate fœcundior est. Licet & monogamia nos in Isaac & Rebeccaq; præcesserit: cuius solius partus domini reuelatio est. Nec vlla alia fœminarũ deum per seipsam consulit. Quid loquar de Thamar quæ Esron: & Phares geminos fudit infantes? In quorum natiuitate diuisa materia: duos populos separauit. Et ligata manus coccino cõscientiam iudæorũ: iam tunc Christi passione respersit. Ac de scorto ꝓphetico: cuius similitudo vel ecclesiam significat de gentibus cõgregatam (vel quod ipsi loco cõuenit magis) Synagogam primum assumptã de idolatris per Abraam & Moysen. Deinde post adulterium: & negationẽ Saluatoris: sedentem plurimo tempore sine altari: sacerdotibus & ꝓphetis: & viri & pristini cõsortiumq; præstolantem: vt postq; subintrauerit plenitudo gentium: tunc omnis Israel saluus fiat. Quasi in breui tabella latissimos terrarum situs ostendere volui: vt pergam ad alias quæstiunculas: quarum prima de Annæ consilio est.

Sola ne perpetua mœrens carpere iuuenta?
Nec dulces natos Veneris: nec præmia noris? Vir. æn. li. 4.
Id cinerem: aut manes credis curare sepultos? Cui hreuiter respondit eaipsa quæ passa est.
Tu lachrymis euicta meis: tu prima furentem:
His germana malis oneras: atq; obijcis hosti.
Non licuit thalami expertem sine crimine vitam.
Degere more feræ: tales nec tangere curas.
Non seruata fides cineri ꝓmissa Sichæi.

Proponis mihi gaudia nuptiarum: ego tibi opponam: pyram: gladium: & incendium. Non tantum boni est in nuptijs quod speramus: q̃tum mali: quod accidere potest: & timendum est. Libido enim transacta semper sui relinquit pœnitudinem: nunq̃q; satiatur: & extincta iterum reaccenditur. Vsu crescit: & deficit: nec rationi paret: quæ impetu ducitur. Sed dices: Amplæ opes & dispensatio rei familiaris egent auctoritate viri: scilicet & perierũt domus cœlibum. Et nisi cum seruulis tuis ipsa seruieris: familiæ tuæ imperare non poteris. Auia tua: mater: & amita nõne auctoritatis pristinæ: honorisq; maioris sunt: dum eas & tota prouincia: & ecclesiarum principes suscipiunt? Ergo milites & peregrinantes sine vxoribus sua hospitalia non regunt? & nec inuitant ad cõuiuia nec inuitant? quasi non possis ꝓbatæ ætatis habere famulos vel liberos: in quorum nutrita es manibus: qui præsint domui: vel ad publicum respondeant: tributa persoluant: Qui te suscipiant: vt patronam: diligant vt alumnam: venerentur vt sanctam? Quære primum regnum dei: & hæc omnia opponent tibi. Si de veste cogitaueris: lilia tibi de euangelio proponuntur. Si vero de cibo: remitteris ad aues: quæ non serunt: neq; metunt: & pater tuus cœlestis pascit illas. Quante virgines & viduæ absq; vlla sorde rumoris: suam substantiam gubernarunt? Caue vero ne iungaris adolescentulis: Ne his adhæreas. Propter quos Paulus apostolus concedit secunda matrimonia: & sustineas in media tranquillitate naufragium. Si vero Timotheo dicitur adolescentiores viduas deuita. Et iterum. Ama anus: vt matres: adolescentulas vt sorores cum omni castitate: Quare tu me cõmonentem non audias? Fuge personas: in quibus vero potest male conuersationis esse suspitio. Nec paratum habeas illud e triuio. Sufficit mihi conscientia mea: non curo quid de me loquantur homines. Et certe apostolus Paulus prouidebat bona: non solum coram deo: sed etiam coram hominibus. Ne per illum nomen dei blasphemaretur in gentibus. Habebat vtiq; potestatem sorores mulieres circumducendi: Sed nolebat se iudicari ab infideli conscientia. Et cum posset de euangelio viuere diebus atq; no-

Mat. 6.

1. Thi. 5.

ctibus laborabat manibus suis: ne quem grauaret credentiũ. Si scandalizat inquit esca fratrem:
1. Cor. 8. in æternũ carnem nõ manducabo. Dicamus & nos: Si scandalizat inquit soror illa: & frater: nõ vnum: sed alterum: sed totam ecclesiã: nec sororem videbo: nec fratrem. Melius est rem familiarem minui: q̃ salutem animæ perire. Melius est amittere qd̃ velimus: nolimus: aliqñ peritur̃ est Melius est sponte dimittere q̃ id amittere: ꝑ quo omnia dimittẽda sunt. Quis nostrũ: nõ dicã cubitum qd̃ enorme est: sed vnius vnciolæ decimã patem adiicere potest ad staturam suã? Et sollicitati sumus: quid manducamus: aut quid bibamus? Ne cogitemus ergo de crastino. Sufficit diei
Gen. 28. malitia sua. Iacob fratrem fugiens: magnis in patris domo diuitijs derelictis: nudus pergit in Mesopotamiã: Et vt nobis fortitudinis suæ præberet exemplum: Lapide capiti supposito suo: vidit schalam ad cœlum vsq; subrectã: & dñm innitentẽ super eam: per quã ascendebãt angeli: & descendebant: vt nec peccator desperet salutem: nec iustus de sua virtute securus sit. Atq; vt multa prætereã (nec enĩ tempus est: vt assumpti testimonij omnia differam) Post annos. xx. diues dñs & pater ditior: qui dudũ Iordanẽ in baculo transierat cum tribus turmis gregum in patriã reuertitur. Apostoli toto orbe peregrini: non es in zona: nõ virgam in manu: nõ caligas habuere in pedibus. Et tamen dicere poterant: Nihil habentes: & omnia possidentes: Et aurum & argentũ nõ est nobis: qd̃ autem habemus: in nomĩe dñi nostri Iesu christi damus: Surge & ambula. Non enĩ erant diuitiar̃ sarcina prægrauati. Et ideo stantes cum Helia in foramine petræ per angusti
as acus transire poterant: & posteriora dñi cõtemplari. Nos vero ardemus auaritia: & cõtra pecunias disputantes: auro sinum expandimus. Nihilq; nobis satis est. Et illud: qd̃ de Megarensibus dicit̃: Iure miseris coaptari potest. Aedificãt quasi semper victuri: viuũt quasi altera die morituri. Et hæc facimus: quia dñi verbis nõ credimus. Et quia ætas optata cunctis nõ viciniã mortis: quæ debet̃ mortalibus lege naturæ: sed cassa spe annor̃ nobis spatia pollicet̃. Nemo enĩ tam fractis viribus: & sic decrepitæ senectutis est: vt nõ putet se vnum adhuc annũ esse victur̃. Vnde subrepit obliuio cõditionis suæ: vt terrenũ animal: & iam iamq; soluendũ erigat̃ in superbiã & animo cœlum teneat. Verum quid ago? fracta naui de mercibus disputo. Qui tenebat: de medio fit: & nõ intelligimus Antichristũ appropinquare quẽ dñs Iesus christus interficiet spiritu oris sui. Ve pregnãtibus & nutriẽtibus in illa die: quor̃ vtrunq; de fructibus nuptiar̃ est. Præsentium miseriar̃ pauca percurrã: Q2 rari hucusq; residemus nõ nostri meriti: sed dñi misericordiæ est. Innumerabiles & ferocissimæ natiões vniuersas gallias occuparũt. Quicqd inter alpes & Pyrenæũ est: qd̃ oceano & Rheno includit̃: Quadus: Vandalus: Sarmata: Halani: Gipedes: Heruli: Saxones: Burgũdiones: Alemani: & o lugenda respublica: hostes pãnonij vastarũt. Etenim Assur venit cum illis. Magontia cũ nobilis quondã ciuitas capta: atq; subuersa est: & in ecclesia multa hominũ milia trucidata. Vangiones longa obsidione deleti. Remor̃ vrbis præpotens Ambiani: Atrebatæ: extremiq; hominũ morini: Tornacũ: Nemete: Argentoratũ: translatæ in germaniã. Aquitaniæ: nouẽq; populor̃ Lugdunẽsis: & Narbonẽsis ꝑuinciæ præter paucos vrbes populata sunt cuncta. Quas & ipsas foris gladius: intus vastat fames. Non possum absq; lachrymis Tolosæ facere mentionẽ: quæ vt hucusq; non rueret: Sancti episcopi Exuperij merita præstiterunt. Ipsæ Hispaniæ iam iamq; perituræ quotidiæ cõtremiscũt: recordantes irruptionis Ambricæ. Et quicquid alij semel passi sunt: illæ semper timore patiunt̃. Cætera taceo ne videar de dei desperare clæmentia: Olim a mari pontico: vsq; ad alpes Iulias: non erant nostra: quæ nostra sunt. Et per annos. xxx. fracto Dãnubij limite ĩ medijs Romani imperij regionibus pugnabat̃. Aruerunt vetustate lachrymæ: Præter pauces senes: omnes in captiuitate: & obsidione generati. Nec desiderabãt: quã nõ nouerãt libertatẽ. Quis hoc crederet? quæ digno sermõe historiæ cõprehendent: Romã in gremio suo: nõ ꝑ gloria: sed ꝑ salutæ pugnare? Immo ne pugnare quidẽ: sed auro & cũcta suppellectile vitam redimere? Quo nõ vitio principũ: qui vel religiosissimi sunt: sed scelere semibarbari accidit ꝑditoris: qui nostris cõtra nos opibus armauit inimicos: æterno q̃ndã dedecore Romanũ laborabat imperiũ: cꝫ gallis cũcta vastãtibus: fusoq; apud Italiam exercitu: Romam Brẽnius intrauit. Nec pristinã poterat abolere ignominiã donec & Gallias genitalæ Gallor̃ solum & Gallogræciã: in qua cõsederant orientis occidentisq; victores: suo imperio subiugasset. Annibal de Hispaniæ finibus orta tempestate: cum vastasset Italiam: vidit vrbem: nec ausus est obsidere. Pyrrhum tanta tenuit Romani nominis reuerentia: vt deletis omnibus: e ꝓpinquo recederet loco: nec videbat victor aspicere: quam regum didicerct ciuitatem. Et tamen pro hac iniuria: Non enim dicam superbia: quæ bonus exitus habuit: alter toto orbe fugitiuus: Tandem Bithymiæ mortem veneno reperit. Alter reuersus in patriam suam in suo regno occubuit. Et vtriusq; ꝑuinciæ Romanis populi vectigales sunt. Nunc vt oĩa

pſpero fine eueniãt: præter noſtra quæ amiſimus: nõ habemus quid victis hoſtibus offeramus
Potentiã Romanæ vrbis ardens Poeta deſcribens ait. Quid ſatis eſt: ſi Roma parũ eſt: Q d' nos
alio mutemus elogio. Quid ſaluum eſt ſi Roma perit?
Non mihi ſi linguæ centum ſint: oraq; centum:
Ferrea vox: omnes captorum dicere pœnas:
Omnia cæſorum percurrere nomina poſſum.
Et hæc ipſa quæ dixi periculoſa ſunt: tam loquẽtibus: q̃ audiẽtibus: vt nẽc gemitus quidẽ liber
ſit nolẽtibus: imo nec audiẽtibus nobis flere: quæ patimur. Rñde mihi chariſſima in Chriſto fi-
K lia: Inter iſta nuptura es? Quẽ acceptura virũ? Credo fugiturũ: aut pugnaturũ. Quid vtrũq; ſe
quaẽ intelligis. Et ꝑ feſcẽnino carmine: terribilis tibi rauco ſonitu: buccina cõcrepabit: vt quas
habes ꝑnubes habeas forte lugentes: aut quibus delitijs affluas: quæ poſſeſſionũ tuarũ reddítus
perdidiſti: quæ obſeſſam familiolã tuã morbo & fame cernis cõtabeſcere? Sed abſit: vt de te ta-
lia ſentiã: vt ſiniſtrũ quippiã ſuſpicer de ea quæ ſuam dño animã cõſecrauit. Non tam tibi q̃ ſub
tuo nomine alijs ſum locutus: quæ vitioſæ: aut curioſæ: aut verboſæ domos circũeunt matrona
rum: quarũ deus venter eſt: & gloria in cõfuſiõe earũ: quæ nihil aliud de ſcripturis: niſi digamiæ
præcepta nouerunt: quæ in aliarũ corpore ſua deſideria cõſolanẽ: vt qd' ipſæ fecerũt: alias facere
videant: & malarũ ſocietate palpenẽ: quarũ cum ipudentiã & ꝑpoſitões aplicarũ ſniarũ interꝑta
tione cõtriueris. Legito quõ tibi in viduitate ſeruãda viuendũ ſit: librũ ad Euſtochiũ de ꝟginita
te ſeruãda & alios ad Furiã atq; Saluinã: Quarũ altera Probi quõdã cõſulis nurus: altera Gildo
nis: qui Africã tenuit filia eſt. Hic libellus de monogamia ſub noĩe tuo titulũ poſſidebit.
Ad principiam virginem: de obitu & vita Marcellæ: cuius illuſtræ viduitatis exemplo merito
poſt præcepta ſubijciẽ.

Argumentum.

Arcellam illuſtrem fœminã: vidualis caſtimõiæ decus miris effert præconijs: quæ viro
m ſeptimo menſe ſublato ꝑpetuo ſe pudicitiæ dedicauit: Ipius ſtudiũ in ſcripturis cõtinen
tiam grauitatẽ reliquaſq; virtutes enarrans: Et q̃ prima illuſtriũ fœminarũ monaſticã ꝑ
feſſam vitam ſua imitatõe plurimas virgines excitarit. Refert ſua illã doctrina in ſcripturis edo-
ctam: & tam curioſe ipm interrogaſſe: vt quicquid longa meditatione præceperat: hæc pene to
tum didicerit atq; poſſederit. Tantæ fidei fuiſſe affirmat: vt hæretica tempeſtas Romæ exorta
eius inſtinctu & conſilio deleta ac dãnata ſit: Vbi & Gotthicã cladem: & Romanæ vrbis recen-
ſet excendium: in quo dura perpeſſa & ſodalis virginitate ſeruata poſt menſes aliquot beato
fine quieuit.

EPISTOLA XXVII.

ſ Aepe & multũ flagitas virgo Chriſti Principia: vt memoriã ſanctæ fœminæ Marcel
læ litteris recolã: & bonũ: quo diu fruiti ſumus: etiã cæteris noſcendũ imitandũq; de-
ſcribã. Satiſq; doleo: q̃ hortaris ſponte currentẽ. Et me arbitraris indigere præcibus:
qui ne tibi quidẽ in eius dilectiõe cõcedã: multoq; plus accipiã: q̃ tribuã beneficij: tantarũ recor-
datõe virtutũ. Nam vt hucuſq; reticerẽ: & biẽniũ præterirẽ ſilentio: nõ fuit diſſimulatõis: vt ma
le æſtimas: ſed triſticiæ incredibilis: quæ ita meũ oꝑſſit animũ: vt melius iudicarẽ tacere in præ
ſentiarũ: q̃ nihil dignũ illius laudibus dicere. Neq; vero Marcellã tuã imo meã: & vt verius loq̃r
noſtrã: omniũq; ſctõrũ: & ꝑpriæ Romanæ vrbis inclytũ decus: inſtitutis rhetorũ prædicabo: vt
exponã illuſtrem familiã: alti ſanguinis decus: & ſtẽmata per cõſules & præfectos prætorio de
currentia. Nihil in illa laudabo: niſi qd' ꝑpriũ eſt: & eo nobilius q̃ opibus & nobilitate cõtẽpta:
facta eſt pauptate & humilitate nobilior: orbata patris morte: Viro quoq; poſt nuptias ſeptimo
menſe priuata eſt. Cũq; eam Cærealis (cuius clarũ inter cõſules nomen eſt) ꝑpter ætatẽ & antiq
tatem familiæ: & inſignẽ (qd' maxime viris placere) cõſueuit: decorẽ corporis: ac morũ tẽperãtiã
ambitioſus peteret: ſuaſq; longeuus pollicereẽ diuitias: & nõ quaſi in vxorẽ: ſed quaſi in filiam
vellet donationẽ tranſfundere. Albinaq; mater tam clarũ præſidiũ viduitate domus vltro appe-
teret illa rñdit: Si vellem nubere: & nõ æternæ me cuperẽ pudicitiæ dedicare: vtiq; maritũ que-
rerem nõ hæreditatẽ. Illoq; mãdante: poſſe & ſenes diu viuere: & iuuenes cito mori: elegãter lu-
ſit. Iuuenis quidẽ põt cito mori: ſed ſenex diu viuere nõ põt. Q ua ſnia repudiatus: exemplo cæ
teris fuit: vt eius nuptias deſperarẽt. Legimus in euãgelio ſcd'm Lucã: Et erat Anna ꝑphetiſſa Luce. 1.
filia Phanuelis de tribu Aſſer: Et hæc ꝑfecte ætatis in diebus plurimis. Vixeratq; cum viro ſuo
annis ſeptẽ a virginitate ſua: & erat vidua annis. lxxxiiij. nec recedebat de templo. Ieiunijſq; &
obſecratõibus dño ſeruiens nocte ac die. Nec mirũ ſi videre meruit Saluatorẽ: quẽ tanto labore
quærebat. Cõferamus. vii. ãnos. vii. menſibus: ſperare Xꝑm & tenere: natũ cõfiteri: & in cruci
fixũ credere: & paruulũ nõ negare: & virũ gaudere regnantẽ. Non facio vllam inter ſctãs fœmi

nas differentiã: qđ nõnulli inter sanctos viros & ecclesiarũ principes stulte facere cõsueuerunt: sed illo tendit assertio: vt quarũ vnus est labor: vnum & præmiũ sit. Difficile est in maledica ciuitate: & in vrbe in qua orbis quondã populus fuit palmaq; vitioꝝ: si honestis detraherent: & pura ac munda macularent: nõ aliquã siniſtri rumoris fabulã trahere. Vnde quasi rem difficillimã
ps. 118. & pene impossibilẽ: optat ꝓpheta potius q̃ præsumit: dicens: Beati imaculati in via: qui ambulant in lege domini. Immaculatos in via huius sæculi appellat quos nulla obscœni rumoris aura
macularit: qui obprobriũ non acceperint aduersus ꝓximos suos. De quibus Saluator in euange
Mat. 5. lio: Esto inquit beniuolus: siue bene sentiens de aduersario tuo: dũ es in via cum illo. Q uis vnq̃ de hac muliere: quod displiceret: audiuit: & crederet? Quis credidit vt nõ magis seip̃m malignitatis & infamiæ cõdemnaret? Ab hac primũ cõfusa gentilitas est: dum omnibus patuit: quæ esset viduitas christiana: quã & cõscientia & habitu ꝓmittebat. Illæ enĩ solent purpurisso & ceruſsa ora depingere: sericis nitere vestibus: splendere gẽmis: aurum portare ceruicibus: & auribus perforatis rubri maris præciosissima grana suspendere. Fragrare musco mure: maritos plangere: vt tandem dñatu eorꝝ se caruisse lætent. Quærantq; alios: nõ quibus iuxta dei sententiã seruiant: sed quibus imperent. Vnde & pauperes eligunt: vt nomen tm̃ virorꝝ habere videant: qui patienter riuales sustineãt: Si mussitauerint: illico ꝓsciẽdi. Nostra vidua talibus vsa est vestibus quibus obstaret frigus: nõ mẽbra nudaret. Aurum vsq; ad ãnuli signaculũ repudians: & magis M
in ventribus egenorꝝ: q̃ in marsupijs recõdens. Nusq̃ sine matre. Nullũ clericorꝝ: aut monachorum (qđ amplæ domus interdũ exigebat necessitas) vidit absq; arbitris. Semper ĩ comitatu suo virgines: ac viduas: ac ipsas graues fœminas habuit. Sciens ex lasciuia puellarũ: sæpe de dñarũ moribus iudicari. Et qualis quæq; sit talium cõsortio delectari. Diuinarũ scripturarũ ardor incredibilis ei. Semperq; cantabat: In corde meo abscõdi eloquia tua: vt nõ peccem tibi. Et illud de ꝓfecto viro: Et in lege dñi voluntas eius: & in lege eius meditabit die ac nocte. Meditationẽ legi nõ in replicãdo: quæ scripta sunt: vt iudæorꝝ æstimãt pharisæi: sed in opere intelligens: Iuxta il-
1. Cor. 10 lud apostolicũ: Siue comeditis: siue bibitis: siue quid agitis: omnia in gloria dñi facientes. Et ꝓ-
ps. 118 phetæ verba dicentis: A mandatis tuis intellexi: vt post q̃ mandata cõplesset: tunc se scire mereri intelligentiã scripturarũ. Q uod & alibi legimus: Q uia cœpit Iesus facere & docere. Erubescit enĩ q̃is præclara doctrina quã ꝓpria reprehẽdit cõscientia. Frustraq; eius lingua prædicat paupertatẽ: & docet elemosynas: qui Crœsi diuitijs tumet. Vilicq; opertus pallio: pugnat cõtra tineas vestium sericarũ. Moderata ei ieiunia: carnium abstinentia. Vini odor magis q̃ gustus: ꝓpter stomachũ & frequentes infirmitates. Raro ꝓcedebat ad publicũ: & maxime nobiliũ matronarum vitabat domos: ne cogeret videre quod cõtemserat: apostolorꝝ & martyrũ basilicas secretis celebrans orationibus: & quæ populorꝝ frequentiã declinarent. Matri intantũ obediens: vt interdum faceret quod nolebat. Nam cum illa suum diligeret sanguinẽ: & absq; filijs & nepotibus: vellet in fratris liberos vniuersa conferre: ista pauperes eligebat: & tamen matri contraire non poterat. Monilia: & quicquid suppellectilis fuit: diuitibus peritura concedens: magisq; volens pecuniã perdere: q̃ parentis animũ cõtristare. Nulla eo tempore nobiliũ fœminarũ vouerat Romæ ꝓpositum monachorꝝ: nec audebat ꝓpter rei nouitatẽ: ignominiosum (vt tũc putabat) & vile: in populis nomen assumere. Hæc ab Alexãdrinis sacerdotibus: papaq; Athanasio: & postea Petro: qui persecutionẽ Arrianæ hæreseos declinantes: quasi ad tutissimũ cõmunionis suæ portum Romam cõfugerant: vitam beati Anthonij adhuc tunc viuentis: monasteria q; in Thebaide pachonij: & virginũ: ac viduarũ didicit disciplinã. Nec erubuit ꝓfiteri: qđ Christo placere cognouerat. Hanc multos post annos imitata est Sophronia: & aliæ: quibus rectissime illud Enniani aptari potest: Vtinã ne ĩ nemore pelio: huius amicitijs fruita est Paula venerabilis. In huius cubiculo nutrita Eustochium: virginitatis decus: vt facilis æstimatio sit: qualis magistra: vbi tales discipulæ. Rideat forsan infidelis lector me in mulierculariũ laudibus immorari: qui si recordet sanctas fœminas comites domini Saluatoris: quæ ministrabant ei de sua substantia: & N
tres Marias sanctas ante crucem: Mariamq; ꝓpriæ Magdalenæ: quæ ob sedulitatem & ardorem fidei turritæ nomen accepit. Et prima ante apostolos Christum videre meruit resurgentẽ se potius superbiæ: q̃ nos condẽnabit ineptiarũ: Qui virtutes non sexu sed animo iudicamus: cõtemptæq; nobilitatis: ac diuitiarũ maiorem gloriam ducimus. Vnde & Iesus Ioãnem euangelistam amabat plurimum: qui ꝓpter generis nobilitatẽ: erat notus pontifici: & iudæorꝝ insidias non timebat: Intantũ vt Petrum introduceret in atrium: & staret solus apostolorꝝ ante crucem: Matrẽq; Saluatoris in suam reciperet: vt hæreditatẽ virginis dñi: virginẽ matrẽ filius virgo susciperet Annis igit plurimis sic suam transegit ætatem: vt ante se vetulã cerneret: q̃q; adolescentulã fuisse

meminisset. Laudãs illud Platonicũ: qui philosophiã meditationẽ mortis esse dixisset. Vnde & noster apostolus: Quotidie morior ꝓpter vestrã salutẽ. Et dñs iuxta antiq̃ exẽplaria: Nisi quis tulerit crucem suã quotidie: & secutus fuerit me: nõ potest meus esse discipulus. Multoq; ante ꝓphetam spũsanctus: Propter te mortificamur tota die: æstimati sumus vt oues occisionis: & post multas ætates illa snia. Memẽto semper diem mortis: & nunq̃ peccabis. Disertissimiq; præceptũ Satyrici. Viue memor leti: fugit hora: Hoc qd̃ log̃r ĩde est. Sic ergo: vt dicere cœperamus ætatem duxit: & vixit: vt semper se crederet esse moriturã. Sic induta est vestibus: vt meminisset sepulchri: offerens hostiã rationabilẽ: viuam: placentẽ deo. Deniq; cum & me Romã: cum sanctis põtificibus Paulino & Epiphanio ecclesiastica traxisset necessitas: quorũ alter Antiochenã Syriæ: alter Salaminiã Cypri rexit ecclesiã: & verecũde nobiliũ fœminarũ oculos declinarẽ: Ita egit scd̃m ap̃lm ĩportune, oportune: vt pudorẽ meũ sua superaret industria. Et qa alicuius tũc nominis esse æstimabat super studio litterarũ: nunq̃ cõuenit: quin de scripturis aliquid interrogaret: nec statim acquiesceret: sed moueret ecõtrario quæstiones: nõ vt cõtenderet: sed vt quærendo disceret earũ solutiones quas opponi posse intelligebat. Quid in illa virtutum: quid ingenij quid sanctitatis: quid puritatis inuenerim: vereor dicere: ne fidem credulitatis excedã: & tibi maiorem dolorem incutiã: recordãti q̃to bono caueris. Hoc solum dicam: ꝙ quicquid in nobis lõgo fuit studio cõgregatum: & meditatõe diuturna quasi in naturã versum: hoc illa libauit: didicit: atq; possedit. Ita vt post ꝓfectionẽ nostrã: si in aliquo testimonio scripturarũ esset oborta cõtentio: ad illam iudicem pergeret. Et quia valde prudens erat: & nouerat illud: quod appellant philosophi id est docere: qd̃ facias. Sic interrogata respõdebat: vt etiam suo nõ sua diceret: Sed vel mea vel cuiuslibet alterius: vt in eoipo quod docebat: se discipulam fateret: Sciebat enĩ dictum ab apostolo. Docere autem mulieri nõ permitto: ne virili sexui: & interdũ sacerdotibus: de obscuris & ambiguis scisciantibus: facere videret iniuriã. In nostrũ locum statim audiuimus te illius adhæsisse cõsortio: & nunq̃ ab illa: ne transuersum quidem vnguis: vt dicit recessisse. Eadem domo: eodem cubiculo vsam: vt omnibus in vrbe clarissima notum fieret: & te matrem: & illam filiam reperisse. Suburbanus ager vobis ꝓ monasterio fuit: & rus electum ꝓpter solitudinẽ. Multoq; ita vixistis tempore: vt imitatõe vestri: & cõuersione multarũ gaudere
O mus Romam factam Hierosolymã. Crebra virginũ monasteria: monachorũ innumerabilis multitudo: vt ꝓ frequentia seruientiũ deo: quod prius ignominiæ fuerat: esset postea gloriæ. Interi absentiã nostri mutuis solabamur alloquijs: & qd̃ carne nõ poteramus: spũ reddebamus: Semper se obuiare epistolis: superare officijs: salutationibus præuenire. Non multũ perdebat absentia: quæ iugibus sibi litteris iungebat. In hac tranquillitate: & dñi seruitute hæretica in his ꝓuincijs exorta tempestas cuncta turbauit: & in tantã rabiem cõcitata est: vt nec sibi: nec vlli bonorũ parceret. Et quasi parum esset: hic vniuersa mouisse: nauem plenã blasphemiarũ Romano ĩtulit portui. Inuenitq; ꝓtinus patella operculũ: & romanæ fidei purissimũ fontem lutosa sceno pmiscuere vestigia. Nec mirũ: si in plateis: & in foro rerũ venaliũ fictus ariolus stultorũ verberet nates: & obtorto fuste dentes mordentiũ quatiat: cum venena spurcaq; doctrina Romæ inuenerit quos induceret. Tunc librorũ infamis interpretatio: tunc discipulus est locuplex: vere nois sui si in talem magistrũ nõ impegisset. Tunc nostrorũ cõtradictio: & pharisæorũ turbata est schola. Tunc sctã marcella quæ diu cohibuerat: ne ꝓ æmulationẽ quippiã facere videret. Postq̃ sensit fidem ap̃lico ore laudatã: in plærisq; violari: ita vt sacerdotes quoq; & nõnullos monachorũ: maximeq; sæculi hoies in assensũ sui traheret: ac simplicitati illuderet episcopi: qui deus a cæteris æstimabatur: publice restitit: malens deo placere: q̃ hoibus. Laudat Saluator in euãgelio villicũ iniquitatis: ꝙ cõtra dñm quidem: attñ ꝓ fe prudenter fecerit. Cernentes hæretici de parua scintilla maxima incendia cõcitari: & suppositã dudum flãmã: iam ad culmina peruenisse nec posse latere: qd̃ multos deceperat: petunt & impetrãt ecclesiasticas epistolas: vt cõmunicantes ecclesiæ discedere viderent. Non multũ tempus in medio: succedit in pontificatũ vir insignis Anastasius: quẽ diu Roma habere nõ meruit. Ne orbis caput sub tali epo truncaret: Imo iccirco raptus atq; translatus est: ne semel latã snĩam præcibus suis flectere conaret. Dicente dño ad Hieremiã: Ne oraueris ꝓ populo isto: neq; depcaris in bonum: Quia si ieiunauerint: nõ exaudiã preces eorũ: Et si holocausta & victimas obtulerint: non suscipiã eas: In gladio enim & fame & pestilentia ego cõsumam eos. Dicas quid hoc ad laudem Marcellæ? Dãnationis hæreticorũ hæc fuit principiũ: Dum adducit testes qui prius ab eis erudiri: & postea ab hæretico fuerãt errore correpti: dum ostendit multitudinem deceptorũ: dum impia ingerit volumina: quæ emendata manu scorpij monstrabantur:

2. Thi. 2. Luce. 9. ps. 43 Eccl. 7. 1. Thi. 2. Luc. 16 Hier. 14.

dum acciti frequẽtibus litteris hæretici: vt se defenderent venire nõ ausi sunt: tanta q̃ vis conscientiæ fuit: vt magis absentes dãnari: q̃ præsentes coargui maluerint. Huius tam glorioſæ victoriæ origo Marcella est: tuq̃ caput horũ es: & causa bonorũ: quæ scis me vera narrare: quæ nosti; vix de multis pauca dicere: ne legenti fastidiũ faciat odiosa replicatio: & videas apud maliuolos sub occasiõe laudis alterius stomachũ meũ digerere. Pergam ad reliqua: De occidẽtis partibus
Luce.18. ad orientẽ turbo transgressus minitabat plurimis magna naufragia. Tunc impletũ est. Putasve niens filius hominis fidem inueniet super terram? Refrigerata charitate multorũ: pauci qui amabant fidei veritatẽ: nostro lateri iungebant: quorũ publice petebat caput: cõtra quos opes omes parabant: ita vt Barrabas quoq̃ duceret in illam simulationẽ: imo apertũ parricidiũ: quod nõ viribus: sed volũtate cõmisit. Et ecce vniuersa tempestas dño flãte deleta est: expletũq̃ vaticiniũ
ps.103. pphetale: Auferes spiritũ eorũ: & deficient: & in puluerẽ suũ reuertent. In illa die peribũt omes
Luce.12. cogitatões eorũ. Et illud euangelicũ: Stulte hac nocte auferet anima tua a te: quæ autem præparasti cuius erunt? Dũ hæc aguntur in lebus: terribilis de occidente rumor affert obsideri Romam & auro salutem ciuium redimi: spoliatosq̃ rursum circũdari: vt post substantiã: vitã quoq̃ amitterent. Hæret vox: & singultus intercipiunt verba dictantis. Capit vrbs: quæ totũ cœpit orbem
ps.78. imo fame perit: anteq̃ gladio: & vix pauci qui caperent inuenti sunt. Ad nefandos cibos erupit esurientiũ rabies: & sua inuicem mẽbra laniarũt: dum mater nõ parcit lactanti infantie: & recipit vtero: quem pauloante effuderat. Nocte Moab capta est: nocte cecidit murus eius. Deus venerunt gentes in hæreditatẽ tuã: polluerũt templũ sanctũ tuũ. Posuerũt Hierusalẽ in pomorũ custodiam: posuerunt cadauera sanctorũ tuorũ escas volatilibus cœli: carnes sanctorũ tuorũ bestijs terræ. Effuderũt sanguinẽ eorũ: sicut aquã in circuitu Hierusalẽ: & non erat qui sepeliret. Quis cladem illius nostris: quis funera fando explicet? aut posset lachrymis æquare dolorẽ? Vrbs antiqua ruit: multos dñata per ãnos. Pluríma perq̃ vias spargunt inertia passim Corpora: perq̃ domos: & plurima mortis imago. Cum interim: vt in tanta cõfusione rerũ. Marcellæ quoq̃ domum cruentis victor ingredit. Sit mihi fas audita loqui: imo a sanctis viris visa narrare: qui interfuere præsentes: qui te dicunt in periculo quoq̃ ei fuisse sociatã: intrepituvultu excepisse dicitur introgressos. Cunq̃ poscereť aurum: & defossas opes vili excusaret tunica: nõ tamen fecit fidem volũtariæ pauptatis. Cæsam fustibus flagellisq̃ aiunt nõ sensisse tormenta: sed hoc lachry P
mis hoc pedibus eorũ egisse, pstratam: ne te a suo cõsortio separarent: ne sustineret adolescentia: qđ senilis ætas timere nõ poterat. Christus dura corda mollíuit: & inter cruẽtos gladios inuenit locum pietas. Cunq̃ & illam: & te ad beati apli Pauli basilicã barbari deduxissent: vt vel salutem vobis ostẽderent: vel sepulchrũ: in tantã lætitiã dicit erupisse: vt gratias ageret deo: q̃ te integrã sibi reseruasset: q̃ pauperẽ illã non fecisset captiuitas: sed inuenisset: q̃ egeret quotidiano cibo: q̃ saturata Christo: nõ sentiret esuriem: q̃ & voce & opere loqueret. Nuda exiui de vtero mris meæ: nuda redeam: Sicut dñovisum est: ita & factum est. Sit nomen dñi benedictũ: Post aliquot dies sana: integra: vegetoq̃ corpusculo obdormiuit: & te paupertatulæ suæ: Immo per te pauperes reliquit hæredes: claudẽs oculos in manibus tuis, reddens spiritũ in tuis osculis: dum inter lachrymas tuas illa rideret cõscia vitæ bonæ: & præmijs futurorũ. Hæc tibi Marcella venerabilis & hæc tibi principia filia: vna & breui lucubratõe dictaui: nõ eloquij venustate: sed volũtate in vos animi gratissimi: & deo: & legentibus placere desiderans.

INCIPIT TRACTATVS OCTAVVS TERTIAE PARTIS PRINCIPALIS epistolarũ beati Hieronymi: qui inscribit: De cõtẽptu mũdi & vita cõtẽplatiua ac laude eremi.

Incipit epistola beati Hieronymi ad Eliodorũ nõdum episcopũ exhortatoria: quia illum hortatur: vt domo: cognatis: diuitijsq̃ relictis ad eremũ deo militaturus accedat: pericula habitationis in vrbibus seruis dei & dæmonũ tentamẽta describens: Vbi etiam ambitũ reprimit sacerdotij ac episcopatus: de periculo illius status edisserens: & eremum ac solitudinem efferens: ad extremum futurum iudicium representans. EPISTOLA .XXVIII.

Q Vanto amore & studio cõtenderim: vt pariter in eremo moraremur cõscium mutuæ charitatis pectus agnoscit: quibus lamentis: quo dolore: quo gemitu: te abeun
q te, psecutus sim: istæ quoq̃ litteræ testes sunt: quas lachrymis cernis interlitas. Verum tu quasi paruulus delicatus cõtemptũ rogantis per blandimẽta fouisti: & ego incautus: quid tunc agerem nesciebã. Facerem: Sed qđ ardenter volebã: moderate dissimulare nõ poterã. Impensius obsecrarẽ? sed audire nolebas: quia similiter nõ amabas: qđ vnum potuit: spreta charitas fecit: quẽ præsentẽ retinere nõ valuit: quærit absentẽ. Quoniã igitur & tuipe abiens postularas: vt tibi postq̃ ad deserta migrassem: inuitatoria ad te scripta transi-

mittere: & ego me facturꝫ promiserã. Inuito. Iã propera. Nolo pristinarũ necessitudinũ recorderis. Nudos amat eremus. Nolo te antiquæ peregrinationis terreat difficultas. Quæ ĩ Christum credis: & eius crede sermonibus. Quærite primũ regnũ dei: & hæc omnia opponentur vobis. Mat.6. Non pera tibi sumenda: non virga est. Affatim diues est: qui cum Christo pauper est. Sed quid ago? Rursus improuidus obsecro. Abeant preces: blandimenta discedãt. Debet amor læsus ira sci. Qui rogantẽ contempseras: forsitan audias obiurgantẽ. Quid facis in paterna domo delicate miles? vbi vallũ? vbi fossa? vbi hyems acta sub pellibus? Ecce de cœlo tuba canit Ecce cum nubibus debellaturus orbẽ. Imperator armatus egreditur. Ecce bis acutus gladius ex regis ore procedens. Obuia queqꝫ metit: & tu mihi de cubiculo ad aciẽ: tu de vmbra egrederis ad solem. Corpus assuetũ tunica: loricæ onus non fert. Caput opertũ lintheo: galeã recusat. Mollẽ ocio manũ durus exasperat capulus. Audi edictũ regis tui. Qui non est mecũ: contra me est: & qui mecũ nõ Mat.12. colligit spargit: Recordare tyrocinij tui diẽ: quo Christo in baptismate consepultus: in sacramẽti verba iuraſti: pro nomine eius nõ te patri parciturũ esse: nõ matri. Ecce aduersarius in pectore tuo Christũ conatur occidere Ecce donatiuũ quod militaturus acceperas: hostilia castra suspirãt Licet puulus ex collo pendeat & nepos: licet sparso crine & scissis vestibus: vbera quibus te nutrierat mater ostendat. Licet in limine pater iaceat: percalcato perge patre: siccis oculis ad vexilla crucis euola. Solũ pietatis genus est: in hac re esse crudelẽ. Veniet: veniet postea dies: quo victor reuertaris in patriã: quo Hierosolymã cœlestem vir fortis coronatus incedas. Tunc munici
R patũ cum Paulo capies. Tunc & parentibus tuis eiusdẽ ciuitatis ius petes. Tũc & pro me rogabis: qui te vt vinceres: incitaui. Neqꝫ vero nescio qua te dicas nunc cõpede præpediri. Non ẽ nobis ferreũ pectus: nec dura præcordia. Nõ ex silice natos Hyrcanæ nutriere tigrides: & nos per ista transiuimus. Nunc tibi blandis vidua soror hæret lacertis: nũc illi cũ quibus adoleuisti vernaculi aiunt: Cui nos seruituros relinquis? Nũc & gerula quondã: iã anus: & nutritius secundus post naturalẽ pietatis patrẽ clamitant: Cui nos morituros relinquis? Expecta paulisper & sepeli cras forsitan morituros. Et laxis vberũ pellibus mater: arata rugis fronte: antiquũ referẽs mãma lallare cõgeminet. Dicant si volũt & grãdiloqui: In te omnis domus inclinata recũbit. Facile rũpit hæc vincula amor Xpi: & gehennæ timor. At contra scriptura præcipit parentibus obsequẽ Mat.15 dum. Sed quicunqꝫ eos super Christũ amat: perdit animã suam. Gladiũ tenet hostis vt me perimat: & ego de matris lachrymis cogitabo? Propter patrẽ militiã Christi deserã: cui sepulturam Xpi causa nõ debeo? Domino passuro timide Petrus consulens scandalũ fuit. Paulus renitenti- Mat.16 bus se fratribus: ne Hierosolymã pergeret: respõdit: Quid facitis plorãtes: & conturbantes cor Act.21. meũ? Ego enĩ nõ solũ ligari: sed & mori in Hierusalẽ paratus sum ꝓ noĩe dñi nostri Iesu xpi. Ar
es iste pietatis quo fides quatiẽ euangelij: retundẽdus est mucrone. Mater mea & fratres mei hi Mar.12. sunt: quicunqꝫ faciunt voluntatẽ patris mei qui in cœlis est. Si credunt ĩ Xpm: faueant mihi pro eius noĩe pugnaturo. Si nõ credunt: mortui consepeliant mortuos suos. Sed hoc ais in martyrio. Erras frater erras. Si putas vnq̃ christianũ persecutionẽ non pati: & tunc maxime oppugnaris. si te oppugnare nescis. Aduersarius noster tanq̃ leo rugiens: aliquem deuorare quærens circuit 1.Pe.5. & tu pacẽ putas? Sedet in insidijs cũ diuitibus: vt in occultis interficiat innocentẽ. Oculi eius in ps.9. pauperẽ respiciunt. Insidiatur in occulto sicut leo in spelunca sua: insidiatur vt rapiat pauperem Et tu frondosæ arboris tectus vmbraculo: molles somnos futurus præda carpis. Inde me persequitur luxuria. Inde auaricia conatur irrumpere. Inde venter meus vult mihi deus esse pro Christo. Compellit libido vt habitantẽ in me spũmsanctũ fugẽ: vt templũ eius violẽ. Persequitur inquã me hostis: Cui nomina mille: mille nocendi artes. Et ego infœlix victorẽ me putabo: dũ capior? Nolo ego te frater charissime exanimato pondere delictorũ: mĩora credas idolatriæ nomina esse quæ diximus. Immo apostoli disce sententiã qui ait: Hoc enim scitote intelligentes: quia 1.Cor.5. oĩis fornicator: aut immundus: aut auarus: aut fraudator: quod est idolorũ seruitus: non habet hæreditatẽ in regno Christi & dei. Et q̃q̃ generaliter aduersum deũ sapiat quicquid diaboli est: & quod diaboli est idolatria sit: cui omnia idola mancipantur. Tamen & in alio loco speciatim: nominatimqꝫ determinat dicens: Mortificate mẽbra vestra quæ sunt super terrã: deponẽtes for- Col.3. nicationẽ: ĩmundiciã: & concupiscentiã malã: & cupiditatẽ: & auariciam: quæ sunt idolorũ seruitus: propter quæ venit ira dei in filios diffidentiæ. Non est tm in eo seruitus idoli: si quis duobus digitulis thura compressa in bustũ are iaciat: aut haustũ patera poculũ fundat merũ. Neget auariciam esse idolatriã: qui potest trigínta argenteis dominũ venditũ appellare iusticiam. Negget sacrilegiũ esse qui in libidine sedet: qui mẽbra Christi & hostiam viuã placentẽ deo: cũ publicarũ libidinũ victimis nefaria colluuione violauit. Non fateatur fraudem idolatriã esse: sed si-

Luce.14 miles eorum: qui in actibus apostolorũ ex patrimonio suo partẽ precij reseruantes: præsenti periere vindicta. Animaduerte frater nõ tibi licere de tuis quicq̃ habere rebus. Omnis (inquit dominus) qui non renũciauerit omnibus quæ possidet: nõ potest meus esse discipulus. Cur timido animo christianus es? Respice cũ Petro relictũ rhete. Respice surgentẽ de theloneo publicanum statim apostolũ. Filius hominis nõ habet vbi caput suum reclinet: & tamen amplas porticus: & ingentia tectorum spacia metiris: hæreditatẽ expectans sæculi: cohæres Christi esse non poteris. Interpretare vocabulum monachi: hoc est nomen tuũ. Quid facis in turba q̃ solus es? Et hoc ego non integris: rate vel mercibus: nec quasi ignarus fluctuum doctus nauta præmoneo: sed q̃ si nuper e naufragio eiectus: in litus timida nauigaturus voce denuncio. In illo æstu charybdis luxuriæ salutem vorat. Ibi ore virgineo: ad pudicitiæ perpetranda naufragia: scylleum relidẽs libido blanditur. Hic barbarum litus: Hic diabolus pirata cum socijs portat vincula capiendis. Nolite credere: nolite esse securi. Licet in modum stagni fusum æquor arrideat: licet vix lumina iacentis elementi spiritu terga crispentur: magnos hic campus montes habet intus inclusos. Intus est periculum: intus est hostis. Expedite rudentes: vela suspendite. Crux antemnæ figatur in frontibus: tranquillitas ista tempestas est. Sed forsitan dicturus es: Quid ergo? Quicunq; in ciuitate sunt christiani non sunt? Non est tibi eadem causa quæ cæteris. Audi dominũ dicentem: S

Mat.19. Si vis perfectus esse: vade vende omnia tua: & da pauperibus: & veni sequere me. Tu autẽ perfectum te esse pollicitus es. Nam cum derelicta domo & militia: te castrasses propter regna cœlorum: quid aliud q̃ perfectam sectatus es vitam? Perfectus aũt seruus Christi: nihil præter christum habet. At si quid præter Xp̃m habet: perfectus nõ est. Et si perfectus non est: cum se perfectum fore deo pollicitus sit: deo ante mentitus est. Os aũt quod mentit occidit animã. Igit vt cõcludam: Si perfectus es: cur bona paterna desideras? Si perfectus nõ es: dominũ fefellisti. Diuis

Sap̃.1. euangeliũ vocibus tonat: Non potestis duobus dominis seruire. Non enĩ potestis deo seruire & mãmonæ. Et audet quisq̃ mendacẽ Christũ facere: mãmonæ & domino seruiendo? Vociferat il

Mat.6. le sæpe: Si quis vult post me venire: abneget semetipsũ: & tollat crucẽ suã & sequatur me. Et ego onustus auro: arbitror me Xp̃m sequi? Qui dicit se in Xp̃m credere: debet quomodo ille ambulauit & ipse ambulare. Q̃ si nihil habes (vt te respondurũ scio) cur tã bene paratus ad bella nõ militas? nisi forte in patria tua te arbitraris hoc facere: cũ in sua dñs signa non fecerit. Cur id cũ au-

Luce.9. ctoritate summa defendis? Sume resp̃sionẽ. Nemo propheta in patria sua honorem habet. Nõ quæro inquies honorem: sufficit mihi conscientia mea. Nec dñs quærebat. Quippe ne a turbis rex constitueretur: aufugit. Sed vbi honor nõ est: ibi cõtemptus est Vbi aũt contẽptus: ibi freq̃n

Mat.13. ter iniuria. Vbi aũt iniuria: ibi & indignatio. Vbi indignatio: ibi & quies nulla. Vbi quies nulla: ibi mens a ꝓposito sæpe deducit. Vbi aũt alicui per inquietudinẽ aliquid aufertur ex studio: minus fit ab eo quod tollit. Et vbi minus est: perfectũ nõ potest dici. Ex hac supputatione illa summa nascitur: monachũ ꝓfectũ i patria sua esse nõ posse. Perfectũ autẽ esse nolle delinquere ẽ. Sed de hoc gradu pulsus: prouocabis ad clericos. An de his aliquid audeã dicere: qui certe in suis vribus cõmorantur? Absit autẽ vt quicq̃ de his siniſtrũ loquar: qui apostolico graduí succedẽtes: Xp̃i corpus sacro ore conficiunt: per quos & nos xp̃iani sumus. Qui claues regni cœlorũ habẽtes: quodãmodo ante iudicij diẽ iudicant: qui sponsam dñi sobria castitate conseruãt. Sed & alia (vt ante perstrinxi) monachorũ est vita: alia clericorũ. Clerici oues pascunt: ego pascor. Illi de altario viuunt: mihi quasi infructuosæ arbori: securis ponitur ad radicem. Si munus ad altare non

Luc.21. defero: nec possum obtendere paupertatẽ: cum in euangelio anum viduã: duo quæ sola sibi superant æra: mittentẽ in gaçophilatiũ laudat dominus. Mihi ante presbyterũ sedere nõ licet. Illi si peccauero: licet tradere me sathanæ in interitũ carnis: vt spũs saluus sit in die domini iesu. Et in veteri quidẽ lege: quicunq; sacerdotibus nõ obtemperasset: aut extra castra positus lapidabatur a populo: aut gladio ceruice subiecta contemptũ expiabat cruore. Nunc vero inobediens spiritali mucrone truncatur: aut eiectus de ecclesia rabido dæmonũ ore discerpitur. Q̃ si te quoq; ad

1. Thi.3. eundem ordinem pia fratrũ blandimenta sollicitant: gaudebo de ascensu: timebo de lapsu Qui episcopatũ desiderat: bonũ opus desiderat. Scimus ista: sed iunge quod sequitur. Oportet autẽ huiusmodi irreprehensibilẽ esse: vnius vxoris virũ: sobrium: pudicũ: prudentẽ: ornatũ: hospitalem: docibilẽ: non vinolentũ: nõ percussorem, sed modestũ: & cæteris quæ de eo sequuntur explicitis: non minorem in tercio gradu adhibuit diligẽtiã dicens. Diaconos similiter pudicos: nõ bilingues: nõ multo vino deditos: nõ turpis lucri appetitores: habentes ministeriũ fidei in conscientia pura. Et hi autẽ probentur primũ: & sic ministrent nullũ crimen habentes. Ve illi homini qui vestem nõ habens nuptialẽ ingreditur ad cœnã. Nihil superest nisi vt statim audiat: Ami

ce quomodo huc intrasti: nō habens vestē nuptialē? Et illo obmutescente dicatur ministris: Tollite illū: ligatis manibus & pedibus: & mittite eū intenebras exteriores: vbi erit fletus & stridor dentiū. Ve illi homī qui acceptū talentū in sudario ligās: cæteris lucra facientibus: id tm̄ quod acceperat reseruauit. Illico indignātis dñi respōsione ac clamore feriet: Serue nequā: quare nō dedisti pecuniā meā ad mēsam: & ego veniens cū vsuris exegissem eam? id est. depositisses ad altare
T quod ferre non poteras. Dum enī tu ignauus negociator denarium tenes: alterius locum qui pecuniā duplicare poterat: occupasti. Quā obrem sicuti qui bene ministrat bonū opus sibi acquirit: ita qui indigne ad calicē dñi accedit: reus erit corporis & sanguinis dñi. Nō oēs epi: epi sunt. Attendis Petrū: sed & iudā cōsidera. Stephanū suspicis: sed & Nicolaū respice: quē dns (vt Iohānes testat in Apocalypsi) sua damnat snia: Qui tā turpia & nefanda cōmētatus est: vt Nicolaitarum hæresis ex illa radice nascatur. Probet se vnusquisq; & sic accedat. Nō facit ecclesiastica dignitas christianū. Cornelius centurio adhuc ethnicus: dono sanctispūs mundatur. Presbyteros Daniel puer iudicat. Amos sycomorū mora destringens: repente propheta effectus est. Dauid pastor elīgitur in regem. Minimū discipulū Iesus amat plurimū. Inferius frater accumbe: vt minore aduenīente: sursum iubearis ascendere. Super quē dominus requiescit: nisi super humilem & quietū: & trementē verba sua? Cui plus cōmittitur: plus ab eo exigitur. Potentes potenter tormenta patiētur. Nec sibi quisq; de corporis tm̄ mundi castitate supplaudat: cū de oī verbo ocioso quodcunq; locuti fuerint homines: reddituri sunt p eo rationē in die iudicij: cum etiā conuitium in fratrē: homicidij sit reatus. Nō est facile stare loco Pauli: tenere gradū Petri: iam cū Christo regnantiū: ne forte veniat angelus qui scindat velū templi tui: & cādelabrū tuū de loco moueat. Aedificaturus turrim futuri operis sumptus supputa. Infatuatū sal ad nihil est vtile: nisi vt ꝓijciat foras: & a porcis conculcet. Monachus si ceciderit: rogabit p eo sacerdos. Pro sacerdotis lapsu quis rogaturus est? Sed qm̄ de scopulosis locis enauigauit oro: & inter cauas spumeis fluctibus cautes fragilis in altū cymba ꝓcessit: expādēda vela sunt vētis: & quæstionū scopulis trāsuadatis: lætantiū more nautaꝝ: epilogi celeuma cantandū est. O desertū Xpi vernās: o solitudo in qua illi nascunt lapides: de quibus i Apocalypsi ciuitas magni regis cōstruit. O eremus fami liarius deo gaudēs. Quid agis frater i sæculo: qui maior es mūdo? Qdiu te tectoꝝ vmbre premūt: qdiu fumosaꝝ vrbiū carcer ĩcludit? Crede mihi: nescio quid plus lucis aspicio. Libet sarcina corpis abiecta ad puraꝝ ætheris volare fulgorē. Pauptatē times: sed btōs paupes Xps appellat Mat.5.
Labore terreris: nemo athleta sine sudore coronat. De cibo cogitas: sed fides famē nō timet. Supra nudā metuis humū exesa ieiunijs mēbra collidere: sed dns tecū iacet. Squallida capitis horret inculta cæsaries: sed caput tuū Xps est. Infinita eremi vastitas terret: sed tu paradisū mēte deambula. Quotienscūq; illuc mente cōscenderis: totiens in eremo nō eris. Scabra sine balneis attrahit cutis. Sed qui in Xpo semel lotus est: nō habet necesse iteraꝝ lauare. Et vt breuiter ad cuncta audias apl'm respōdentē: Nō sunt cōdignæ iquit passiones huius sæculi ad superuenturā gloriā quæ reuelabit in nobis. Delicatus es frater si & hic vis gaudere cū sæculo: & postea regnare cū Ro.8.
Xpo. Veniet veniet illa dies qua corruptiuū hoc & mortale incorruptionē induat & imortalitatē. Beatus seruus quē dns inuenerit vigilantē. Tunc ad vocē tubæ pauebit terra cum populis: tu gaudebis. Iudicaturus cū dño lugubre mūdus imugiet: & tribus ad tribus pectora feriēt. Potentissimi quondā reges nudo latere palpitabūt. Exhibebit cū prole sua Venus. Tunc ignitus Iupiter adducet: & cū suis stultus Plato discipulis. Aristotelis argumēta nō proderūt. Tunc tu rusticanus & exultabis: & ridebis: & dices: Ecce crucifixus deus meus: ecce iudex qui obuolutus pānis in ꝑsepio vagijt. Hic est ille operarij & quæstuariæ filius: hic qui mris gestatus sinu hominē deus fugit i ægyptū: hic vestitus coccino: hic sentibus coronatus: hic magus dæmoniū habēs & samarites. Cerne manus iudeæ quas fixeras: cerne latus Romane quod foderas. Videte corpus an idē sit quod dicebatis clā nocte sustulisse discipulos. Dilectio tua me cōpulit: vt hæc tibi frater dicerē: & vt his interesse contingat quibus nūc labor durus est.

Ad Lucinium bethicū hortatoria: vt in sancta conuersatōe permaneat: nec retro respiciat. Et i fine incidenter de opusculis suis & duabus quæstionibus. Vtrū sabbato ieiunandū sit: & eucharistia sumenda quotidie.

EPI. XXIX.

V n On opinanti mihi subito litteræ tuæ redditæ sunt: quæ quāto insperatæ: tanto gaudiorū plenæ quiescentē aīam suscitarūt: vt statim amore cōplecterer quē oculis ignorabā: & illud mecū tacitus mussitarē. Quis dabit mihi pennas sicut colūbæ: & volabo: & requiescā: vt inueniā quē diligit anima mea? Vere nunc in te dñicus sermo cōplē- ꝑs.54.
tus ē: Multi ab oriente & occidente venient: & recūbent in sinu Abrae. Cornelius centurio cohor- Mat.8.

Ro.15. tis italicæ: iã tunc Lucinij mei præfigurabat fidẽ. Apostolus Paulus scribens ad Romanos: Cũ inquit in Hispaniã, pficisci cœpero: spero q̃ præteriens videã vos: & a vobis deducar illuc. Tantis fluctibus approbauit quid de illa prouincia quæreret: ĩ breui tpe ab Hierosolymis vsq; ad Illiricũ euangelij iaciens fundamenta Romã vinctus ingredit: vt vinctos supstitionis erroribus liberos faciat. Manet in hospitio cõducto p biennij: vt nobis vtriusq; instrumẽti æternam reddat domũ. Piscator hoim: misso rhete apostolico: te quoq; quasi pulcherrimũ auratã inter innumera
p̃s.62. pisciũ genera traxit ad litus: reliquisti amaros fluctus: falsos gurgites: sciſſuras montiũ: & Leui-
p̃s.54 athan regnantẽ ĩ aquis: cũ Iesu deserta expetẽs contẽpsisti: vt possis illud pphetic ũ canere: In terra deserta: & in inuio: & inaquoso: sic ĩ sancto apparui tibi. Et iterũ: Ecce elõgaui fugiẽs: & mansi in solitudine. Expectabã eũ qui saluũ me fecit: a pusillanimitate spũs & tẽpestate. Obsecro ergo te & moneo parẽtis affectu: vt qui Sodomã reliquisti ad mõtana festinãs: post tergũ ne respicias: ne aratri stiuã: ne fimbriã saluatoris: ne cincinnos eius noctis rore madefactos: quos semel tenere cœpisti: aliquãdo dimittas. Ne de tecto virtutũ pristina quærens vestimenta descendas: ne de agro reuertaris domũ: ne campestria cũ Loth & amœna hortorũ diligas: quæ nõ irrigãtur de cœlo vt terra sancta: sed de turbinoso flumine Iordane: postq̃ dulces aquas maris mortui cõmixtione mutauit. Cœpisse multorũ est: ad culmen peruenisse paucorũ. Qui in stadio currũt om-
Ioh.9. nes quidẽ currũt: sed vnus accipit coronã. At contra de nobis dicit: Sic curríte vt ap̃hendatis. Nõ est inuidus Agonitheta nr̃: nec alteri palmã: alteri parat ignominiã. Oẽs athletas suos desiderat coronare. Gaudet anima mea: & magnitudine lætitiæ rẽ mœroris patior. Ruth in lachry-
Luce.19. mis verba prorumpant. Zacheus publicanus ad vnius horæ conuersationẽ hospitẽ habere me-
Luce.10. ruit Saluatorẽ. Martha & Maria cõuiuio præparato dñm suscepere. Meretrix lauat fletibus pedes: & vnguentis bonorũ operũ dñici corporis dedicat sepulturã. Simon leprosus inuitat magi-
Geñ.12. strũ cũ discipulis: & nõ cõtemnit. Abrae dicit: Egredere de terra tua: & de cognatione tua: & de domo patris tui: & vade in terrã quã monstrauero tibi. Relinquit Chaldeã: relinquit Mesopotamiã: quærit quod nescit: ne p̃dat quod inuenerat. Nõ enĩ arbitratus est simul se hr̃e posse: & pa-
p̃s.38. triã & dñm. Sed iã tunc illud pphetæ Dauid ope cõplebat: Aduena ego sum apud te & peregrinus: sicut oĩes patres mei. Hebræus: id est, perotes atq; trãsitor: dũ nõ ẽ ĩ præsenti virtute cõtẽ-
p̃s.83 tus: sed præteritorũ obliuiscẽs: ĩ futurũ se extẽdit: & scit illud: Ibũt de virtute in virtutẽ Mysticũ sortitus ẽ nomen: & viã tibi aperuit quõ nõ quæras ea quæ tua sunt: sed quæ aliena. Et illos pu-
Mar.3 tes parẽtes: p̃es atq; affines: seu cognatos: qui tibi ĩ Xp̃o copulati sunt. Mater ingt mea: & fr̃es mei hi sunt: qui faciũt volũtatẽ p̃ris mei. Habes tecũ prius ĩ carne: nũc in spũ: sociam de coniuge germanã: de fœmina virũ: de subiecta parẽ: quæ sub eodem iugo ad cœlestia simul regna festi-
Geñ.39. net. Cauta rei familiaris dispensatio: & ad calculos rediens nõ cito deponitur. Ioseph cũ tunica
Mar.14 reginæ ægyptiæ fugere nõ potuit. Adolescens ille qui opertus sindone seq̃bat ieſũ: q̃ tẽtus fue-
4.Reg.2. rat a mistris: terrenũ abijciens operimentũ: nudus euasit. Helias igneo curru raptus ad cœlũ: pallium reliquit in terris. Helisæus boues & iuga prioris opis vertit ĩ vota. Loquit sapiẽtissimus vir
Ecc.13. Qui tãgit picẽ: ingnabit ab ea. Q̃diu versamur ĩ rebus sæculi: & aĩa nr̃a possessionũ ac reddi tuũ, p curatõe deuincta ẽ: de deo libere cogitare nõ possumus. Quæ enĩ ptícipatio iustitiæ cum iniquitate? aut quæ societas lucis ad tenebras? Qui consensus Xp̃i ad Belial? Quæ ps fideli cũ
Mat.6. infideli? Nõ potestis (inquit dñs) deo seruire & mãmonæ. Aurũ deponere incipientiũ ẽ: nõ perfectorũ. Fecit hoc Thebanus Crates: fecit Antisthenes. Seip̃m offerre deo, p rie xp̃ianorum est: & apostolorũ: Qui duo cũ vidua pauptatis fuæ in gaçophilatiũ æra mittẽtes: totũ cẽsum quẽ ha X
Mat.19. buerunt dño tradiderunt: & merent audire: Sedebitis sup duodecim solia: iudicantes duodecim tribus israel. Hæc & ipse intelligis quo aĩo replicẽ: & q̃ sub alijs verbis te ad sanctorũ locorũ inuitẽ habitaculũ: abundantia tua multorũ inopiã sustentauit: vt & horũ diuitiæ in tuã indulgentiam redundarent. Fecisti tibi amicos de iniquo mãmona: qui te recip erẽt in æterna tabernacula. Laudanda res: & apostolicorũ tẽporũ virtutibus coæquãda: q̃n vendítis possessionibus suis credentes afferebãt pecunias suas: atq; fundebãt ante pedes apostolorũ: ostendẽtes auaricíã esse cal-
Pro.13. candã. Sed dñs magis quærit animas credentiũ q̃ opes. Legimus: Redemptio animæ viri, p riæ diuitiæ. Possumus quidẽ diuitias, p rias intelligere: quæ nõ de alieno: non de rapinis sunt: iuxta illud: Honora deum de tuis iustis laboribus. Sed melior est intelligentia vt diuitias proprias cognoscamus thesauros absconditos: quos nec fur possit suffodere: nec latro violenter erige. Opuscula mea quæ nõ sui merito: sed tua bonitate desiderare te dicis: ad describendũ hoibus tuis dedi: & descripta vidi in chartaceis codicibus: Ac frequenter monui vt conferrẽt diligẽtius & emẽ darent. Ego enĩ tanta volumina præ frequentia cõmeantiũ: & peregrinorũ turbis relegere nõ po

tuí: & vt ípſi probauere præſentes: longo tentus incõmodo: vix diebus quadrageſimæ quibus ipſi proficiſcebantur: reſpirare cœpi. Vnde ſi peragrãmata reppereris: vel minus aliqua deſcripta ſunt: quæ ſenſum legentis impediant: nõ mihi debes imputare ſed tuis: & imperitiæ notariorũ librariorumq; incuriæ: qui ſcribunt nõ quod inueniunt: ſed quod intelligunt: & dum alienos errores emendare nituntur: oſtendunt ſuos. Porro Iòſephi libros: & ſanctorũ Papiæ & Polycarpi volumina falſus ad te rumor ptulit a me eſſe tranſlata: quia nec ocij nec viriũ eſt: tantas res eadem in alterã linguã exprimere venuſtate. Origenis & ſancti Didymi pauca tranſtulimus: volentes experte noſtris oſtendere: quid græca doctrina retineret. Canonẽ hebraicæ veritatis excepto octatheuco: quem nũc in manibus habeo: pueris tuis & notarijs dedi deſcribendũ. Septuagínta ĩterpretũ editionẽ: & te habere nõ dubito: & ante annos plurimos dílígentiſſime emẽdatam: ſtudioſis tradídi: nouũ teſtamentũ græcæ reddídi auctoritatí. Vt enĩ veterũ librorum fides de hebræis voluminibus examinanda eſt: ita nouorũ græci ſermonis normã deſiderat. De ſabbato quod quæris: vtrũ ieiunandũ ſit: & de euchariſtia: an accipienda quotídie: quod Romanæ eccleſiæ & Hiſpaniæ obſeruare prohíbenť. Scripſit qdẽ & Hippolytus vir díſertiſſimus: & carptí díuerſi auctores in varijs auctoríbus edídere. Sed ego illud te breuiter admonendũ puto: traditiones eccleſiaſticas (præſertim quæ fidei nõ officiant) ita obſeruãdas: vt a maioríbus traditæ ſunt. Nec alioꝝ conſuetudinẽ: aliorũ contrario more ſubuertí. Atq; vtinã omni tẽpore ieiunare poſſemus: quod in Actíbus apoſtoloꝝ díebus Pentecoſtes: & die dñico: apoſtolũ Paulũ & cũ eo credentes feciſſe legimus. Nec tñ Manicheæ hæreſeos accuſandi ſunt: cũ carnalis cibus præferrí nõ debuerit ſpiritalí. Euchariſtiã quoq; abſq; condemnatõe noſtrí: & pungẽte conſciẽtia ſemper accípere: & pſalmiſtã audíre dicentẽ: Guſtate & vídete: qm̃ ſuauis eſt dñs: & cum eo canere: Eructauit cor meũ verbũ bonũ. Nec hæc dico: q dñicis díebus ieiunandũ putẽ: & contextas. lx. díebus ferías auferã. Sed vnaquæq; puincia abundet ĩ ſenſu ſuo. & præcepta maiorũ leges apoZ ſtolícas arbitreť! Duo palliola: & amphímallũ de tuis vſibus vel vtẽda: vel ſanctis dãda ſuſcepi. Ego inſignía paupertatis: & quotdiani ſymboli ac pnĩæ tíbi & ſororí tuæ miſi: quattuor cilício la apta, ppoſito: & vſibus veſtris: & codicẽ: hoc eſt viſionis Eſaie: valde obſcuriſſimas: quas nuper hiſtorica explanatõe díſſeruí quæſtiones: vt quotienſcunq; mea opuſcula víderis: totiẽs amici dulciſſimí recordatus: nauigationẽ quã parumper diſtuleras pares. Et quia nõ eſt in homine vía eius: & a dño greſſus homis dirigunť: ſi forte (quod procul abſit) aliquid fuerit impedimẽto Q uæſo vt quos charitas iungit: terraꝝ longitudo nõ ſeparet: & abſentẽ Lucíniũ noſtrũ: ſemp præſentẽ lítterarum viciſſitudine ſentiamus.

Ad Marcellã ſcribit: & ſæcularíũ occupatíonũ æſtus: & hũanæ mutabílitatis vices deſcribẽs: ad ſecedendũ ex vrbe & relinquendũ ſæculũ exhortať: Bethleẽ & locũ ortus dominici magnis præconijs efferens.

EPI. XXX.

A a Mbroſius: quo chartas ſumptu: notario mĩſtrãte: tã innumerabíles líbros fere vt Adamantius: & nr̃ Chalcẽterus explicauit ĩ quadã epľa quã ad eundẽ de Athenis ſcripſerat. Refert nũq; ſe cíbũ Origene præſente ſine lectiõe ſũpſiſſe: nũq; veniſſe ſomnũ niſi vnus e fratribus ſacris lr̃is pſonaret. Hoc díebus egiſſe vel noctíbus: vt & lectio orõnẽ ſuſciperet: & oro lectionẽ. Q uid nos vẽtris aĩalía tale vnq; fecímus? Q uos ſi vel ſecunda hora legẽtes inuenerit oſcitamus: manu faciẽ defricãtes: cõtinemus ſtomachũ: & q̃ſi poſt multũ laborẽ labímur: & mũdialibus rurſũ negocijs occupamur. Prætermitto prãdia: quibus mẽs onerata p̃mit̃. Pudet dícere frequẽtiã ſalutãdí: qua aut ípſi quotídie ad alios pgímus: aut ad nos vẽniẽtes cæteros expectamus. Deinceps ítur ad verba: ſermo teritur: lacerant̃ abſentes: vita aliena deſcribit̃: & mordẽtes inuicẽ conſumímur ab inuicẽ. Talis nos cibus occupat & dimittit. Cũ vero amící receſſerint: ratiocinía ſupputamus. Nũc íra perſonã leonis nobis inducit. Nũc cura ſuperflua in annos plurimos duratura præcogitat. Nec recordamur euãgelij dícẽtis: Stulte hac nocte auferent animã tuã a te: quæ aũt præparaſti: cuius erunt? Veſtes nõ ad vſus tm̃: ſed ad delitias cõquiruntur. Vbicunq; compendiũ eſt: velocior pes: citus ſermo: auris attentior. Sí damnũ (vt ſæpe in re familiarí accidere ſolet) fuerit nunciatũ: vultus mœrore deprimit̃. Lætamur ad nummũ amiſſo obolo cõtriſtamur. Vñ cũ in vno hoie aiorũ tã diuerſa ſit facies: ppheta dñm deprecatur dicẽs: Dñe in ciuitate tua imaginẽ eoꝝ diſſipa. Cũ enĩ ad imaginẽ & ſilitudinẽ dei cõditi ſimus: ex vitio noſtro perſonas nobis plurimas ſũpinducimus. Et quõ in theatralibus ſcænis vnus atq; idẽ hiſtrio: nũc Herculẽ robuſtus oſtẽdit: nũc mollis in Venerẽ frangit̃: nũc tremulus imbecillẽ: ita & nos (qui ſi de mũdo nõ eſſemus: odiremur a mundo) tot habemus perſonarũ ſimílitudines B quot peccata. Q uapropter quia multa iã vitæ ſpacia trãſiuimus fluctuando: & nauis noſtra nũc

Luce. 12.

procellarũ concussa turbine: nũc scopulorũ illisionibus perturbata est: q̃ primũ licet quæda portus secreta quasi ruris intremus. En tibi cibarios panes: & holus nostris manibus irrigatũ: & lac delitiæ rusticanæ viles quidẽ: sed innocẽtes cibos præbent. Ita viuentes nõ ab oratione somnus nec saturitas a lectione reuocabit. Si æstus est: secretũ arboris vmbra præbebit. Si autumnus: ipsa aeris temperies: & strata subter folia: locũ quietis ostẽdit. Vere aer floribus depingit: & inter querulas aues psalmi dulcius cantabunt. Si frigus fuerit & brumalis nix: ligna nõ emã: & calidius vigilabo: vel dormiã. Certe quod faciã: vilius non algebo. Habeat sibi Roma suos tumultus: arena sæuiat: hircus insaniat: theatra luxurient. Et quia de nostris dicendũ: quotidie matronarũ turba visitet senatus. Nobis adhærere domino bonũ est: ponere ī domino deo spem nostrã: vt cũ paupertatẽ istã cœlorũ regna mutauerint: erumpamus in vocẽ: Quid enī mihi est in cœlo: & a te quid voluī super terrã? Q̃ scilicet cũ tãta repiamus ī cœlo: arua & caduca quæsisse nos doleamus in terra. Velle verõ vt ad villã & ad Mariæ diuersoriũ veniamus. Plus enī laudat vnusq̃q̃ quod possidet: quo sermone: qua voce tibi spelunca Saluatoris exponã? & illud presepe in q̃ infantulus vagijt: silentio magis q̃ infirmo sermone honorandũ est. Vbi sunt latæ porticus? vbi aurata laquearia? vbi domus miserorũ pœnis & damnatorũ labore vestitæ? vbi instar palatij priuatorũ extructæ basilicæ: vt vile corpusculũ homis præciosius inambulet: & quasi mũdo quicq̃ possit esse ornatius: tecta sua magis velint aspicere q̃ cœlũ. Bethleẽ ecce in hoc paruo terræ foramine cœlorũ cõditor natus est. Hic inuolutus pãnis: hic visus a pastoribus: hic demonstratur ab stella: hic adoratur a magis: & puto sanctior locus est rupe tarpeia: quæ de cœlo sæpius fulminata ostẽditur deo displicere. Est quidẽ tibi sancta ecclesia: sunt trophœa apostolorũ & martyrũ. Est Christi vera confessio: & apostolorũ prædicata fides: & gẽtilitate calcata: ī sublime quotidie erigit vocabulũ xp̃ianũ. Sed ambitio: potẽtia: magnitudo vrbis: videri & videre: salutari & saluta re: laudare & detrahere: vel audire: vel ploqui: & tantã hoim frequentiã videre: a ppositio monachorũ & a quiete aliena sunt. Aut enī videmus ad nos veniẽtes: & silẽtiũ pdimus. Aut si non videmus supbiæ arguimur. Interdũ vt visitãtibus reddamus vicẽ: ad supbas fores pgimus. In linguas rñdentiũ miltrorũ postes ingredimur deauratos. In xp̃i ergo villa (vt supra diximus) tuta rusticitas ẽ. Extra psalmos silentiũ ẽ. Quocũq̃ te verteris: arator stiuã retinẽs alleluia decãtat. Sudãs messor psalmis se aduocat: & curua falce attondẽs vites vinitor: aliq̃d Dauidicũ canit. Hæc sunt ī hac puincia carmina: hæc (vt vulgo dicit) amatoriæ cantiones.

Ad Exuperantiũ hortatoria: vt abiecta militia sæculi ac spreto cõnubio deo militet.

EPISTOLA XXXI.

Inter oĩa quæ mihi sancti fratris tui Quintiliani amicitiæ præstiterũt: hoc vel maximũ est: q̃ te mihi ignotum corpore mente sociarit. Quis enī nõ diligat eũ qui sub paludamento & habitu militari agat opera pphetarũ? & exteriorẽ hominẽ aliud pmittẽtem vincat interiori homine qui formatus est ad imaginẽ creatoris? Vnde & prior ad officiũ puoco lr̃arũ: & præcor vt mihi occasionẽ tribuas sæpius rescribendi: quo de cætero scribã audacius. Illud aũt prudentiæ tuæ breuiter significasse sufficiat: vt memineris aplicæ snĩæ: Iunctus es vxori: ne quæras solutionẽ: solutus es ne quæras vxorẽ: id est, alligationẽ: quæ solutiõi cõtraria est. Qui igit seruit officio cõiugali: vinctus est: qui vinctus est seruus est. Qui autẽ solutus est: liber est. Cũ ergo Xp̃i gaudeas libertate & aliud agas: aliud repromittas: ac ppe modũ in cõstitutus sis: nõ debes ad tollendã tunicã tecta descẽdere: nec respicere post tergũ: nec aratri semel arrepti stiuã dimittere. Sed si fieri põt: imitare Ioseph: & Aegyptiæ dominæ palliũ derelinque: vt nudus sequaris dñm saluatorẽ: qui dicit ī euãgelio: Nisi qs dimiserit oĩa & tulerit crucẽ suã: & secutus me fuerit: nõ põt meus esse discipulus. Proĵce sarcinã sæculi: ne q̃ras diuitias: quæ camelorũ grauitatibus compant. Nudus & leuis ad cœlũ vola: ne alas virtutũ tuarũ auri deprimant pondera. Hæc aũt dico: nõ quo te auarũ didicerim: sed subintelligã iccirco adhuc te militiæ operã dare: vt impleas sacculũ: quẽ euacuare dñs præcepit Si igit qui habẽt possessiones & diuitias: iũbent oĩa vendere & dare pauperibus: & sic sequi saluatorẽ. Dignatio tua aut diues est: & debet facere quod præceptũ est: aut adhuc tenuis: & nõ debet quærere quod erogatura est. Certe Xp̃s p animi voluntate oĩa in acceptũ refert. Nemo apostolis pauperior fuit & nemo tantũ p dño dereliquit. Vidua illa in euangelio paupercula: quæ duo minuta misit ī gazophilatiũ: cunctis præfert diuitibus: quia totũ quod habuit dedit. Et tu igit eroganda non quæras: sed quæsita iã tribue: vt fortissimũ tyrunculũ suũ Xp̃s agnoscat: vt lætus tibi de lõgissima regione venienti occurrat pater: vt stolã tribuat: vt donet annulũ: vt īmolet pro te vitulũ saginatũ: vt expeditũ cũ sctõ fratre Quintiliano ad nos cito faciat nauigare. Pulsaui amicitiæ fores: si ape

Mat. 10

Mar. 12.

ruerís:nos crebro habebis hoſpites.

Ad Præſidiũ diaconũ de ratione cærei paſchalis ꝓcunctantẽ ſcribit:& ſolutione dimiſſa ad cõ temptũ ſæculi & eremiticã vitã hortat. Sollicitudines ſæculi & detractoꝝ deſcribens calumnias ac de naturís quarundam ferarũ ediſſerens.

EPISTOLA XXXII.

Ieronymus Præſidío frí ſalutẽ Nulla res vetus(inqt comicus)tã facílis ẽ:quín díffici
h lís fíat:quã ſí ĩuitus facías. Q̃ ſí ílle rẽ facílẽ difficulter fieri ínuito aĩo putauít: qd me
D facere poſſe æſtímas ĩ re maxíma:& nullíus vnq̃ ediſerta eloquẽtia? Nã ís quícũqꝫvo luerínt de laudíbus cærei dícere:pleníſcꝫ(vt aíũt) vẽtís ĩgenij ſui íntẽdere vela: & q̃ſí quædã pelagí alta penetrãtes vícina abſcõdere lítora:ſtatĩ ín oratíonís foríbus renítet clamor fo rũ:pratorũcꝫ deſcríptío:& ĩ modũ ſonãtís aure mollíter verba cadẽtia:dũ deſcríbunt apes:ꝙ ſí ne coítu generant & generãt:ꝙ ſolæ a cõcubítu líberæ netos ore legũt:arte cõponũt:& quadam rõne vitalí anímas apículís nõ de ſuís ínſerũt. Præterea Vírgilíj totus Georgícorũ líber proferẽ ín mediũ. Rex aduolans agmen índucít:tãtoꝫ ſtrepítu díuerſa narrant munía:vt mílitarĩbus ca ſtrís íntereſſe te credas. Sed cũ hæc audíeris:ſíue legeris:laudabís oratoris eloquentíã. Et vt bre uíter ſignẽ:puta te Quíntilíaní cõtrouerſiã recordarí:ín qua pauper cauſam:dolẽs ob ínteritum apũ:flores ab ímpotẽtíſſimo díuíte venenatos. Eſto hæc íocũda ſínt:& aurẽ cõpoſíto pede mul ceãt:qd addíco? Nũquíd ad eccleſiæ ſacramẽta? Nũquíd ad tps paſchale cũ agnus occídit? Cum accínctís lũbís carnes cũ oſſíbus deuorant? Cũ tacente epo & pſbyterís ín plæbeiũ quodãmodo cultũ:redactís leuíta loquít? docetcꝫ quod pene nõ dídícít? & feſtíuiſſímo prædícãs tpe:toto de hínc anno ĩuſtítíã vocis eíus índícít. Vídeſne q̃ grãdía ſínt? Intellígís te difficílía poſtulare? In eo dẽ quíppe momẽto & prædícãda cõſcríbere:& cur íſta prædícta ſínt docere:oĩm difficíllímũ ẽ. Nam íllud quod pene me præterĩjt:díuínís magís q̃ humanís vocíbus díſſerendũ ẽ. Lege Penta teucũ:ínſtrumentũ vetus ꝓcurre. Nuſq̃ ín dei ſacrificíjs mella:nuſq̃ cæræ víſũ:ſed lucernarũ lu mína:& oleo fotos vídebís ígnículos. Quíd cauſer de veterí teſtamẽto? Nouos percurre líbros.
E Hí(vt opínor)ſunt euãgelía quattuor:apoſtolorꝫ actus:epíſtolæ Iohãnís:Apocalypſís. Níhíl p ter íſta:nunquíd alícubí cæreus? Nõne ín fíne euangelíj detonãtís ínter ſeptem candelabra:& lu cernas aureas ſponſus reuelatur ín cœlís? Ad hæc reſpõdebís:Et ego a te ĩccírco fíerí poſtulauí: quía ſcíuí eſſe difficile quod petebã. Leuíter oĩs ſoluít quæſtío:& par parí referẽ ſnía. Et ego me ĩccírco facere debere nõ putabo:quía rẽ difficíllímã poſtulaſtí:attamẽ ne cauſando differã: ſí co rã pariter fuerímus. Audíes vníuerſa quæ ſentíã:vt ſí quíd forte neſcímus ĩ tua aure moríat. Nã quí ſcríbít:multos ſumít ĩudíces:alíus ín alterĩus líuet ac craſſatur ĩgenium. Ille ſí vnus ſermo defuerít:quaſí claudam oratíunculam díffugíet. Alíus ſí paululum ſe eloquentís cothurnus ex tulerít:non preſbyterũ latrabít eſſe:ſed rhetorem. Itacꝫ ſí vís te míhí hoc oblígarí munere:placẽ tínas delítías deſere. Sectare Abrae habítum:relínque natale ſolum:ſpretíſcꝫ vrbíbus ad deſer ta ſecede:vt poſſís orare cum Chríſto. Erít quídem durus:& mucídus:& hordeaceus forte pa nís. Sed delícatum mílítem rex non amat. Hieruſalem quæ ſímílam & mella:oleum manduca uít:fornicatíonís arguítur:Nõ ꝙ malí ſínt cíbí:quos paterna índulget clæmentía:ſed ꝙ mollis præliator ad prímam ſtatím acíem concídat:& poſt vmbram ſolem ferre nequeat:poſt ſudarí um galeam onerí potíus reputet:q̃ tutamíní. Q̃ ſí exíre cupíentí mater obſíſtít ín límíne:lo quere eí verbís domíní:Mater mea & fratres mei hí ſunt:quí faciunt voluntatem patrís mei quí Mar.3
ín cœlís eſt. Sí vernaculæ cũ quíbus nutrítus es:flere:& paternĩ ruris memorĩa:ípſíus quoꝫ do mus anguli:& ſecreta retínere te cœperít:ín quíbus ínfans volutatus es:luſíſtí puer:adoleſcen tulus laſcíuiſtí. Recordare omnes quí nunc accolæ eremí ſunt:cœleſtes íllos choros:per eoſdem erupíſſe tramítes:ĩſdem ínſtitíſſe veſtígíjs. Et vt longam oratíonem compendío breuíem(epí ſtola quíppe librum redolere non debet) aut parua aut magna ſunt quæ tíbí deferenda ſuade mus. Sí parua:non difficile putes parua cõtemnere. Sí magna:maíora magís præmía præparã tur. Sed dícís:Volo prius paternũ rus venderc:& exíguís ſumptíbus congregatís:ſíue víatícum víæ ſternere:ſíue ín pauperũ vſus me alímonía præparare. Et híc euangelícam audí ſententíam Sí vís perfectus eſſe:vade vende omnía quæ habes & da pauperíbus:& vení ſequere me. Plures Mat.19
ĩam annĩ ſunt quo cœpíſtí ſeruíre deo. Mens Chríſtũ ſequens non díu ſæculí ſuſtínet onus:nec ſe patítur íſtíus mundí vínculís allígarí. Quín potíus eſt tímendũ:ne dum occaſío díſtríbuendí patrímonij prætendít:dũ non vís rẽ maíorís præcij mínorís vẽdere:ſít ĩpedímẽtũ ĩ ppoſíto tuo. Decẽ alíquíd emptũ eſt nũmulís:vel vnũ líbenter accípíã:dũ me ad prælíũ feſtínantẽ nullæ præ pedíãt moræ. Mattheus ſedẽs ad telonæũ audít:Sequere me. Nũquíd prius ratíocínía ſupputa Mar.2.

uit: & reuersus domũ suorũ passus est lachrymas: prædiorũq; actiõe licita: nequaq̃ potuit dñi se
Luc. 9. qui vestigia: nisi mũdi se prius onere liberaret? Ille discipulus qui renũciare parẽtibus ante cupi
ebat: voce saluatoris arguit. Et certe multũ est inter eũ: cuius breuis ad domũ recursus statim vẽ
turi reprehendit: & te qui tanto tẽpore aut nõ vendis tua: quod cito potes facere: aut nõ facile cõ
temnis: sed vides multa tibi impedimẽto esse ne facias. Cũ hæc legeris: ad asylũ Romuli fugiẽs: F
& comœdiæ conscendens arã: verbere dñi sæuientis eludis ecclesiã. Totũ deserere non possum.
Vereor ne incurrã sacrilegiũ: si altaria derelinquã Euge meus plus de te exacturus sum: si ad vitã
monachi clerici aliquid dignitatis accedit: si in apostolico stans ordine: quotidie Xpi corpus pia
plæbi famulatõe distribuis. Sed cõsidera obsecrõ: satis esse difficile locũ Stephani ĩplere vel Pau
li: in angelico stare ministerio: & populos subiacẽtes candenti desuper veste despicere. Præcio-
sum est margaritũ: sed cito frangit: fractũq; nõ potest instaurari. Nauis q̃is sit rudis: & solidis
confixa clauis: tumentes fluctus tabulata nõ sentiant: cito tamẽ si periculose nauigat: perforatur
& licet plenis vẽtis lucrosius adoptata gueniat: tamẽ magis securæ sunt aquæ tranquillæ: & (vt
apertius loquar) plus te quidẽ dicis habere mercedis: si ĩ media vrbe cõsistẽs: monachorũ vitam
victites. Hæc sunt vera quæ dicis: sed nõ tã facile explentur opere q̃ dicto. Vt enĩ cætera præter-
mittã quæ nos ab austeriori vita retrahunt: illud inferã: ad cuius compationẽ etiã quæ dissimula
uerim: immo timuerim dicere: intelliges. Alius barbã cædit æqualiter: & hilaritatẽ frõtis nitenti
desup comã ptegit. Tu si paululũ (vt nos solemus facere) rusticani capillũ vsq; ad cutẽ ꝑsequeris
risũ præbebis oĩbus Q; si pulla fuerit tunica: etiã prætereũtiũ digitis denotaberis. Caue ĩquã vt
nõ strictæ sint caligæ: ne crura nõ candeãt. Nisi formosus fueris: sanctus esse non poteris. Aliq;s
inuitat de optimatibus ad prandiũ: omnes votiuis pergunt ferijs: certe aut eundũ tibi est: aut ne-
gandũ. Si ieris: aut eisdẽ cibis vesceris: aut alijs. Si alijs: cõuiuarũ offendent oculi. Si ijsdem: pe-
rit abstinẽtia. Q; si ire nolueris: tũc miser ĩ prãdio comederis. Ad singulas quasq; phialas & de-
libuta mellis vina potaberis. Alius in tuũ vultũ cauillabit: ille incessũ ridebit: hic habitũ. Et imi-
tatores forsitan iudeorũ: Nõne hic ẽ inquient filius fabri? Nõne fratres eius & sorores apud nos
sunt? Ego illũ memini ante tot ferme annos illud fecisse turpe: dixisse turpius. Alius furẽ clama-
bit & mœcchũ: seq; sceleris finget fuisse participẽ. Oĩa pariter prandia consonabunt: & ĩ te temu
lentiũ conuiuiũ dissoluetur. Q; si suillis abstinueris carnibus: & non crebro balneas frequenta
ueris: tunc vere per omnes columnas Manichæi titulus ascribetur. Si volucrũ edulium refutaue
ris: & tenellas columbas: crassosq; tũrtures expetenti gutturi durior dominus denegaueris: sa-
crilegij crimen affigetur. Statimq; aient: Hi sunt qui creatorem mundi contemnunt: in vsus no-
stros facta sunt omnia. Audiui: teste domino nõ mentior: quendã in suam gulam disertum: cum G
me rumore cognouissẽt esculentioribus cibis abstinere: dicere: Nunquid porcellus ideo factus ẽ
vt togatus in senatu sententiã diceret? q; videlicet me stultitiæ condemnaret: qui putaret ea quæ
sunt in hominũ vsus creata: non sumere. Hæc & istiusmodi: cum vitam in vrbibus laceret bonã
quid facies frater in medio? aut vitijs: aut anathemati colla submittes: id ẽ. aut sectaberis quæ sũt
aduersa continentiæ. Aut si facere nolueris: ipse damnaberis. Prætermitto crebras salutationes:
obsequia matronarũ: variasq; illecebras: quibus etiã rigidissimi emolliuntur animi: & syreneo
cantu ad naufragia pertrahuntur. Q; ad speciosas quasq; formas oculus sæpe inuitus abstrahi-
tur: q; aures obscena dicta feriunt: nũc illud affirmo: q; etiã si ista non essent: ad compationẽ tã in
gentis boni: minora differere debueras. Adde q; diaconus es: & abscessũ tuũ ecclesiæ damna nõ
3. Reg. 17. sentient. Helias vixit in eremo. Helisæũ pphetarum secutus est chorus. Præcursor domini Iohã
4. Reg. 2. nes nutritus in solitudine: ad hoc tm̃ descendit ad Iordanis ripas: vt populos argueret confluen-
Mat. 3. tes: & pharisæos intelligeret clericos iudæorũ: & generatões vipereas denotaret. Nuper Aegy
pti deserta vidisti. Intuitus es euangelicã familiã. Quanti ti bi flores sunt? q̃ spiritalibus gemmis
prata vernantia? Vidisti serta quibus dñs coronatur. Ille tibi ĩ pectore ignis æstuet. Illa quotidie
p̃s. 119. cogita: tracta: desidera: & quasi quodã carcere detentus exclama: Heu me quia peregrinatio mea
prolongata est. Et in paradisũ mente cõscendens: totiens in terra nõ eris: quotiens terrã despexe
ris. Eadẽ nobis certe cũ his qui habitãt per deserta cõditio est. ijsdẽ infirmitatibus vel virtutibus
subiacemus. Si te aquæ potus vexat: quanti nobiliores: nõ dicã vina nesciunt: & carnium igno-
rant cibos: sed infuso tm̃ legumine sustentant? Si balneaq; te laũacra sollicitãt: quanti principes
ciuitatũ: siue ob culpã, ppriã: siue ob inuidiã: ad insulas deportati: sine præmio futuraq; mercede
absq; balneis perseuerant? Nemo id necessitate pati nõ potest: quod pro deo volũtate pati detra
ctat. Habebis cellulã quæ te solum capiat. Immo nõ eris solus: angelica tecum turba versabitur.
Tot socij quot sancti. Leges euangeliũ: fabulabitur tecũ Iesus. Replicabis apostolos vel prophe

tas. Nūquid poteris talē aliū tuis sermonibus habere consortē? Terra fumus & cinis: & per om
nia momēta de nostra salute suspensi: cōtinuo ī puluerē dissoluēdi: quid retractamus de necessi
tate facere virtutē? Certe qñq; moriendū est: stercoribus plena vitalia: quæ nos quotidie nr̄æ cō
monent vilitatis: in similē putredinē oīe secū tractura sunt corpus Q; cito relinquamus mundi
angustias: & si forte ob cōtinentiā (quod tñ raro accidit) dolere stomachū: æstuare febribus cœ
perimus: perpetuæ vitæ ianuā morbū putamus: plenāq; victoriā. Quia scriptura docēte cogno
scimus: nullū ante vitæ huius finē: plene beatū esse dicendū. Quanti ī medijs opibus & inter in Mat. 20
H sulas consulatus repentina morte subtracti sunt? Nuper imperator Valentinianus: cū aduersus
Sarmatas quādoq; ppter Illirij vastationē ī cōsistorio sæuus infremeret: & totius gentis excidiū
rigidus minaret: sanguine erūpente discrepuit. Quid loquar de fratre eius: quē contra regale fa
stigiū Thraciæ ignis absorbuit? Necdū annus completus est: quo principē Gratianū prodente
exercitu suo añ fœda captiuitas: dehinc miserabilior oppressit interitus. Et (vt ista taceā) etiā qui
cōi fine perierūt: post mortē pari cū oībus cōditōe sociant. Quod ne quisq; eor̄q; quidē in die iu
dicij mimo de monachis cōpabit. Sectemur saltē mulierculas: sexus nos doceat ifirmior. Quā
tæ diuitijs pariter & nobilitate pollētes (Nolo enī vocabula dicere ne adulari videar) relictis fa
cultatibus: pignoribusq; cōtēptis: id factu facile iudicauerūt: quod tu proprio putasti more diffici
le? Id de cærei carmine disce. Illud tibi de varijs floribus lumē exorna. Esto & ipse apis Delboræ
victoriā imitare. Barach tecū Sisarā persequatur: & liberato israel iudicū carmen ingemines: &
Xpi mella componas. Si sic lampadē præpares: sponso veniente nō dormies: sed cubiculū regis
intrabis. Plura cū dicere vellē: & te mecū tali exhortatione retinere: subito nūciatū est asellos eē
conductos: qui me Romā vsq; pertraherēt. Itaq; inuitus Placentiā te remitto. Pelicani cum suos
a serpente filios occisos: mortuos inueniunt: lugent: & se & sua latera percutiūt: & sanguine ex
cusso ad corpora mortuor̄: sic reuiuiscunt. Aquila quādo senuerit: grauant ipsius pēnæ & ocu
li: quæritq; fontē: & erigit pennas: & collīgit in se calorē: & sic oculi eius sananť: & in fontem se
ter mergit: & ita ad iuuentutē redit. Phœnix auis est in india: & p quingentos annos de Lybano
implet se aromatibus: & sic nidificat. Et indicat sacerdoti Heliopolitano mensæ Famenoth aut
Farmuth. Implet aram sacerdos sarmentis: & ibi confert Phœnix aromata: & electrū aræ impo
nit. Et primo solis ortu: Phœnix quidē mouet pennas: solis vero calore accendit electrum: & sic
exurunt aromata: & ipsa Phœnix incendit. Crastino die de cinere gignit vermis: secūdo pēnas
affert: tercio ad antiquā redit naturā: & sic ad sua loca reuertitur. Anguis qñ senuerit perdit aspe
ctū. Et si voluerit redire ad iuuentutē: ieiunat quadraginta diebus: vt laxet pellis eius: & sic an
gustū foramen inquirit: vt dū nititur exire inde: pellē senectutis dimittat. Coluber ad bibendū ve
niens: in aqua venenū deponit: ne eū venenū aqua concretū occidat. Nudū hominē timet: vesti
tū persequit: caput tamē suū cælat qñ percutit: vbi scit esse mortē suā. Serpens quidē si semel ca
lamo percutiat: moritur: sin vero iterū percutiatur: confirmat. Brumali tēpore infirmior efficit
& a soricibus deuincitur. Igitur ante hyemē circa se collīgit segetes: vt illis escā præbeat. Vipe
ræ per os coitum faciunt: masculi mortē contemnūt: sed fœmina in ipso coitu: siue magna dulce
dine exagitata: siue futuri præsciens periculi: dum absorbet semen: caput masculi excidit: & sic
eū occidit. Sed cū conceperit: viscera illius ab ipsis quos concepit: comeduntur: & sic matrē oc
I cidunt. Formicæ quæ nil portant: nō rapiunt onera earū quæ portant. Sed cū deposuerint triti
cum: diuidunt grana: timētes ne si fuerit pluuia floresc̄at. Vulpes si diu esurit: volutat se ī pulue
re: & fingit se mortuā: Ergo volatilia veniūt: & dū volunt illā comedere: comedunt. Vulpecula
cum leporibus ludit: & sic illos occidit. Panther pardo similis est: & est varij coloris: & mitis. Si
saturatus fuerit: tribus diebus dormit. Post terciū diem leuat se: & clamat: & sic odorē suauem
emittit: & conuocat omnes feras: quæ odore ducunt. Et est oībus feris amicus: præter draco
nem & aspidē. Testudo marina quæ est grandis vt insula: dū emergit de alto: ostendit se in ipso
mari tanq; petrā: nec se mouet inde quoadusq; hoies naues ligent. Et cū hæc senserit trahit se ī al
tū. Sed cū esurierit aperit os: & bonū odorē reddit. Ad quē cæteri pisces colligunt. Perdix alie
na oua calefacit: furatis suis. Sed cū creuerint ī nido pulli euolant: & ad parētes suos redeūt: men
titū parentē omittētes. Perdices sibi insidiant: & si afferāt illos ad siluā qui eos habēt: vocē emit
tūt absconsi: & sic cæteri veniūt: & rhetibus capiunt: plus pedibus q; pēnis fugiunt aucupantes
Et si ad hoc fuerint vt capiant: simile sibi colore lapidē quærūt: & ibi se supinos ponunt. Vultur
cū cœperit oua edere: primū de terra Indiæ Eustochium sumit: & est tanq; nux: & intus habet ali
quid quod mouet: & sonū reddit: & hoc sibi apponit. Et multos quidē facit fœtus: vnus vero re
manet Myrmicoleon ab ante leo: retro formica: de duabus feris nascit. Esca vero ipsius ī primis

est lac mris: id est, formicæ. Nutritur enī mr legumie tanq formica: sub ea cōditiōe quā nosti. O quotiēscunq hanc epistolā legeris: totiens te scias quod pollicitus es: esse venturꝫ.

Beati Hieronymi presbyteri ad Ruffinū pbyterū: cuius ad orientē gratulat aduentū: Cui vitā virtutesq Bonosi quondā cōtubernalis sui describit. Qui sæculo contēpto ad eremū volauerat: vbi plura de laudibus eremi & vitæ contēplatiuæ ponunt.

EPISTOLA XXXIII.

Lus deū tribuere q̄ rogat: & ea sæpe concedere: quæ nec oculus vidit: nec auris audiuit: nec in cor homis ascenderūt. Licet ex sacrorꝫ mīsterio voluminū ante cognouerī: K tamē in causa ppria nūc pbaui Ruffine charissime. Ego enī qui audaci fieri satis voto credebā: si vicissitudine litterarꝫ imaginē nobis pñtiæ metiremur: audio te Aegypti secreta penetrare: mōnachorū inuisere choros: & cœlestē in terris circuire familiā. O si mihi nunc dñs Iesus Xps vel Philippi ad Eunuchū: vel Abacuch ad Danielē trāslationē repēte concederet q̄ ego nūc tua arctis stringerē colla cōplexibus: q̄ illud os quod mecū vel errauit aliqñ: vel sapuit: impūdis figerē labijs. Verū quia nō tā te sic ad me venire: q̄ ad te sic ire nō mereor: & inualidū etiā cū sanū est: corpusculū crebri fregere morbi: has mei vicarias: & tibi obuias mitto quæ te copula amoris innexū ad me vsq perducāt. Prima inopinati gaudij ab Heliodoro fratre mihi ē nūciata fœlicitas. Non credebā certū: quod certū esse cupiebā: præsertim cū & ille ab alio se audisse diceret: & rei nouitas fidē sermonis auferret. Rursū suspēsam voto nutante mentē: quidā Alexādrinus monachus: qui ad ægyptios cōfessores: & voluntate iā martyres: pio plæbis fuerat transmissus obsequio: manifestus ad credulitatē nūcij auctor impulerat. Fateor & in hoc meā labasse sniam. Nā & cū patriā tuā ignoraret & nomē: in eo tamen plus videbat afferre q̄ eadē asserebat quæ iam alius indicauerat. Tandē plenū & veritatis pondus erupit. Ruffinū enī Nitriæ esse: & ad beatū perrexisse Maccharium: crebra cōmeantiū multitudo referebat. Hic vero tota credulitatis frena laxaui. Et tunc vere ægrotum esse me dolui. Et nisi me attenuati corporis vires quadam compede præpedissent: nec mediæ feruor æstatis: nec nauigantibus semper incertum mare: pia festinatione gradienti valuisset obsistere. Credas mihi frater: nō sic tempestate iactatus portum nauta prospectat: nō sic sitientia imbres arua desiderāt: nō sic curuo assidens littore anxia filium mater expectat. Postq̄ me a tuo latere subitus turbo cōuulsit: postq̄ glutino charitatis hærentem impia distraxit auulsio.

Tunc mihi cæruleus super caput astitit imber.

Tūc maria vndiq: & vndiq cœlū. Tandē i incerto pegrinatōis errāti: cū me Thracia Pontus atq Bithinia: totūq Gallatiæ & Cappadociæ iter: & feruido Cylicū terra fregisset æstu: Syria mihi velut fidissimus naufrago portus occurrit. Vbi ego quicq̄d morborꝫ eē poterat exptus: ex duobus oculis vnū perdidi. Innocentiū enī patrē aiæ meæ: repētinus febriū ardor abstraxit. Nunc vno & toto mihi charissimo lumine Euagrio nostro fruor: cui ego semp infirmus quidē ad labo rē cumulus accessi. Erat nobiscū & Helias sancti Melanij famulus: qui puritate morꝫ maculā ser
1. The. 4 uitutis abluerat: & hic necdū obductā rescidit cicatricē. Verū q̄ de dormientibus contristari apostoli voce prohibemur: & nimia vis mœroris læto superueniente nuncio temperata est: indicamus hæc tibi: vt si nescis discas: si ante cognouisti pariter gaudeamus. Bonosus tuus: imo meus: & (vt verius dicā) noster: scalam præsagatā Iacob somniante iā scandit: portat crucē suā: nec de crastino cogitat: nec post tergū respicit. Seminat in lachrymis vt in gaudio metat. Et sacramento Moysi serpentē in eremo sul pendit. Cedāt huic veritati tam græco q̄ Romano stilo mendacijs ficta miracula. Ecce puer honestis sæculi nobiscum artibus institutus: cui opes affatim: dignitas apprime inter æquales erat: cōtempta matre: sororibus: & charissimo sibi germano insulam pelago circumsonante naufragam: cui asperæ cautes & nuda saxa & solitudo terrori est: quasi quidam nouus paradisi colonus incedit. Nullus ibi agricolarū: nullus monachorꝫ: nec paruulus q̄ L dē quē nosti Onesinus: qui velut fratre in osculo fruebat: in tāta vastitate adhæret lateri comes Solus ibi: imo iā Xpo comitāte nō solus: videt gloriā dei: quā etiā apostoli nisi in deserto nō viderant. Nō quidē conspicit turritas vrbes: sed in nouæ ciuitatis censu dedit nomen suū. Horrent sacco mēbra deformi. Sed sic melius obuiā Xpo rapietur in nubibus. Nulla euripor amœnitate perfruitur: sed de latere dñi aquā vitæ bibit. Proponatur tibi ante oculos amice dulcissime: & i præsentiā rei totus aio ac mente cōuertere. Tūc poteris laudare victoriā: cū laborē pliantis agnoueris. Totā circa insulā fremit insanū mare: & furiosis mōtibus illisum scopulis æquor reclamat. Nullo terra gramine viret: nullis vernās campus densat vmbraculis. Abruptæ rupes quasi quendā horroris carcerē claudunt. Ille securus: itrepidus: & totus de apostolo armatus: nūc de-

um audit dñ diuĩa relegit: nũc cũ deo loquit cũ dñm rogat: & fortasse ad exẽplũ Iohãnis aliqd vi
det: dũ ĩ insula cõmorat Quas nũc diabolũ nectere credis trichas? quas pare arbitraris insidias?
Forsitan antiquæ fraudis mẽor famẽ suadere tẽtabit. Sed iã illi rñsũ est: Nõ ĩ solo pane viuit hõ.
Opes forsitan gloriãq; pponet. Sed dicet illi: Q ui cupiũt diuites fieri: incidũt ĩ muscipulas & tẽ 1. Thi. 6.
tationes. Et mihi gloriatio omis in Christo est. Fessa mẽbra ieiunijs morbo grauante concutiet: Gal. 6.
Sed apostoli repcutiet eloquio: Quãdo enĩ ifirmior tũc fortior sum. Et virtus ĩ infirmitate pficit 2. Cor. 12
Minabit mortẽ: sed audiet: Cupio dissolui: & esse cũ Xpo. Ignita iacula vibrabit: sed excipiẽtur Phil. 1.
scuto fidei. Et ne multa replicẽ: Impugnabit Sathanas: sed tutabit Xpus. Gras tibi dñe Iesu: q; in
die tuo habeo: qui pro me te possit rogare. Scis ipse (tibi enĩ patent pectora singulor: qui cordis
archana rimaris: qui tantæ bestiæ aluo incluſum, pphetã in, pfundo vides) vt ego & ille pariter a
tenera infantia ad florentẽ vsq; adoleuerimus ætatẽ: vt ijdẽ nos nutricũ sinus: ijdẽ amplexus fo-
uerint baiulorũ. Et dũ post Romana studia adirẽ semibarbaras ripas: eodẽ cibo pari frueremur
hospitio: vt ego primus cœperim velle te colere. Memento quæso hunc bellatorẽ tuũ mecũ quõ
dã fuisse tyronẽ. Habeo promissum maiestatis tuæ. Q ui docuerit & nõ fecerit: mimus vocabit Mat. 5.
ĩ regno cœlor:. Q ui autẽ docuerit & fecerit: maximus vocabit in regno cœlorũ. Fruat ille vir-
tutis corona: & ob quotidiana martyria stolatus agnũ sequat. Multæ enĩ sunt mansiones apud
patrẽ: Et stella a stella differt ĩ claritate. Mihi cõcede vt inter sctor: capũt possim leuare calcanea:
vt cũ ego voluerim: ille, pfecerit. Mihi ignoscas: quia iplere nõ potui. illi tribuas pmiũ qd meret.
Plura fortasse q epistolæ breuitas patiebat lõgo sermone, ptraxerim: qd mihi semp accidere cõ-
sueuit: qñ aliqd de Bonosi nri laude dicẽdũ ẽ. Sed vt ad illud redeã vnde discesserã: obsecro te ne
amicũ qui diu quærit: vix inuenit: difficile seruat: pariter cũ ocul mẽs amittat. Fulgeat quilibet
auro: & põpaticis fercul choruſca ex sarcinis metalla radiẽt. Charitas nõ põt cõpari. Dilectio p-
ciũ nõ habet. Amicitia quæ desinere põt: vera nunq; fuit. Vale in Xpo.

Paulinus & Therasia ad Sebastianũ eremi cultorẽ: cuius vitã Helie & Helisæo ac filijs cõpa-
rat prophetarũ. Et misteriũ laudat Monachi fratris: illi victũ mistrantis: & vtrorũq; orationũ suf
fragiũ postulat.

EPI. XXXIIII.

MAncto & merito dilectissimo fratri Sebastiano: Paulinus & Therasia in Xpo domino
salutẽ. Benedictus est dñs deus israel qui elegit te: & assumpsit in vas electionis suæ:
& segregauit ab vtero matris antiquæ: & dedit tibi pennas colũbæ: vt ab huius sæcu
li strepitu procul auolans diceres: Ecce volaui fugiens: & mansi in solitudine. Q uasi ps. 54.
solitudo nõ tua sit: quæ nõ deserta est: sed secreta: & ab huius mũdi tenebris desolata: a dei lumi
ne frequentet: & a dæmonibus furentibus fugiat: atq; ab angelis gaudentibus excolat. Ipse do-
minus deus noster donauit nobis: licet longo interuallo distantibus appropinquare tibi ĩ dilecti
one p odorẽ bonũ noticiæ tuæ: quã p fratrẽ in dño charissimũ Victorẽ accepimus: qui nobis &
opus, pposiți tui: & secretũ tabernaculi nũciauit: quia veter: sanctorũ strenuus æmulator sup tor
rentẽ tibi gratissimũ: sicut illi quondã filij, pphetarũ Helisæo duce super iordanẽ pacificã mansi-
onẽ & spiritalia castra posuisses. Et diaconus tibi frater Bñdictus Sareptenæ illius Sunamitidis
obsequio mistraret. Beatus ille cui mandauit dñs sicut vni volatiliũ cœli: vt te sicut Heliã ad tor-
rentẽ secreto sedentẽ: panibus pietatis pasceret. & ad cellulam tuã assiduis super hac mistratione
vestigijs velut ad archã Noe fructiferũ pij germinis ramũ afferens columba reuolaret Benedicti
vos a dño: qui facit vnius moris habitare ĩ domo: & qui germanitatis vinculũ duplicauit ĩ vobis
quos in ecclesiæ vtero fratres fecit: & sub vna fide varijs distinxit officijs: vt sub diuerso mune-
re alter alterum pasceretis. Tu illum spiritalibus armis ieiunans & orans iuuares: & ille in te cœ-
lestia sibi bona sereret: dũ carnalia tibi alimenta suppeditat: nõ indigẽti quidẽ pereuntis escæ sũ
ptu: quia fames tua iustitiã & regnũ dei esurit. Sed tñ idẽ dñs: qui fecit quod intus est: fecit quod
foris est: Spũs quidẽ, pmptus ẽ: caro aũt ifirma. Ideo viuentẽ licet aiam ĩ verbo dei quod est Xps
qui verus & viuus panis est: tali remunerat obsequio: vt corpori tuo: id est, terrenæ in te fragili-
tati seruiat cibis modicis: & ipse ieiuniorũ tuorũ abundantia saginetur. Ideo enĩ dixit: Non in so
lo pane viuit homo: sed in omi verbo dei. Q uia vt infirmioris substantiæ nostræ rõem ne esuri Mat. 4.
N ret habuit. Perinde & carni panẽ ipse creator ostẽdit. Sed ne corpis curã animæ præponeremus
quæ verbo dei pascit: nõ ĩ solo pane victũ hoĩs constitutũ docuit: quẽ etsi aniæ cura nõ quærat:
tñ corpis natura deposcit. Iõ benedictus ille: cui ad opes aiæ, pficit necessitas cõditõis tuæ Q uia
adhuc hõ: & isto visibili pane pascẽdus es: & si interius æterno illo pane saturer is. Nõ enĩ, pfice
ret spiritalis virtus: nisi subesset carnalis infirmitas. Nec esset potens fideliũ ministratio: nisi ma
teriã ministrandi plærũq; inopia fraterna præberet. Vnde & apostolus ait: in sctõ cõpensationẽ

2. Cor. 8. futurã: cũ eccleſiã dei ad conſolationẽ iſtius benedictionis hortatur: & dicit: Abundantia veſtra ſit ad illoꝝ inopiã. Et vt illorũ abũdantia veſtræ inopiæ ſupplementũ fiat. Adhuc audio dicere ĩ vtroq; veſtrũ diuerſa Iohannis & dñi forma conſiſtit. Iohãnis in deſerto vox clamantis: & dñi in templo docentis. Et vnus veſtrꝝ in ſeruitutẽ miſterij vocatus eſt: alter in monachi libertatẽ: Sed vtriq; in vnũ dei regnũ & gloriã conuocati: & ambo liberi: quia amho ſub gratia: & ambo ſerui qui ambo ſub lege fidei. Ambo liberi a peccato: ambo ſerui iuſticie: & ambo in ieiunijs domino diẽ ſapitis: & ambo in epulis ſincæritatis dño gratias agitis: qui dat eſcã omni carni: & dat eſcam
ps. 42 viuã eſurientibus verã vitã. Vnus veſtrũ audiuit vt dicat: Introibo ad altare dei: ad deũ qui læti-
ps. 140 ficat iuuentutẽ meã. Et alter ab eodẽ propheta didicit dicere: Singulariter ego ſum donec tranſe am. Ergo quia ſic electi eſtis & dilecti dño: vt alter alterius onera portetis: & charitate perfecta q̃ inuicem vos paſcitis: ſuſtinetis: inſtruitis: locupletatis: adimpletis legẽ Chriſti. Orate pro nobis conſerite validas orationũ manus: vt ſuperetis multitudinẽ peccatorũ noſtrorũ. Ob hoc enĩ miſericors & miſerator dñs peccatoribus ſuis ſanctoꝝ noticiã charitatẽq; procurat & donat: vt eti am inexcuſabiles reos præpotẽs aduocatio meritis damnatõis abſoluat. Maneatis in regno dñi: quod intra vos fecit eſſe per inhabitantẽ ĩ vobis arrabonẽ ſpũſſancti: in quo clamatis Abba pa-ter. Benedicti dño filij pietatis & pacis & lumis.

Militẽ hortat: vt relicta ſæculi militia plena diſcrimĩs æterno regi incipiat militare: perennẽ p miũ ſuſcepturus: nec eũ aut auri cupiditas: nec flos retardet ætatis: quæ tanq̃ fœnũ ſunt occaſura

EPISTOLA XXXV.

T ſi ignotus tibi ſim facie: iã tamen te corde cognoui: quia filius meus in domino cha
e riſſimus. Victor referens mihi religioſam vitã tuã: fecit vt te (q̃uis abſentem) cogno- O
ſcerẽ: & ſicut conſortẽ futurũ in Chriſto diligere inciperẽ. Retulit enĩ mihi quomo-
do & in militia ſæculari (in qua adhuc tu teneris) ſocius & ſecutor contubernij tui fue
rit. Vnde magis præſumpſi ſcribere ad te per ipſũ. Spero etenĩ te ex eadẽ via ad viã noſtrã eẽ vẽ
turꝝ. Q uãdoquidẽ iſtũ de tuis ſocijs ad nos præmiſiſti: quẽ pro pignore tuo eccleſia tenet: vt te
poſt eũ capiat. Nihil enĩ eſt benedicte fili: quod poſſit aut debeat præferri ei qui eſt verus dñs &
verus pater & imperator æternus. Cui enĩ rectius vitã noſtram impendimus: q̃ illi a quo accepi
mus: & cui eã vſq; in finẽ debemus? Q uia ipſius beneficio viuimus. Si tñ in hoc ſæculo ipſi mi-
litauerimus: tunc ad ipſũ tranſire merebimur. Q̃ ſi magis dilexerimus hoc ſæculũ: & malueri-
mus Cæſari militare q̃ Xpo: poſtea nõ ad Xpm: ſed ad gehennã tranſferemur: vbi principũ hu-
ius ſæculi vertitur cauſa. Ideo nec affectũ: nec patriã: nec honores: nec diuitias deo præferre de-
1 Cor. 7 bemus. Q uia ſcriptũ eſt: Præterit huius mundi figura. Et qui hunc mundũ dilexerint: cũ ipo &
Mat. 10 peribunt. Ideo ipſe dñs in euangelio conteſtatur & dicit: Q ui amat patrẽ aut matrem plus q̃ me
nõ eſt me dignus. Et qui nõ accipit crucẽ ſuã & ſequit̃ me: nõ poteſt meus eſſe diſcipulus. De di-
uitijs aũt ſæculi huius: q̃s perdã pro ſũmo bono. & q eas vt putãt neceſſario amplectũt̃ & diligũt
Hier. 12 ita dicit. Q uia nõ proderunt theſauri iniquis: iuſticia autẽ eripit a morte. Et iterũ per prophetã
dicitur: Exterminati ſunt omnes qui exaltati fuerant auro & argento. In euãgelio quoq; clamat
Mat. 25 atq; prædamnat diuites ſæculi dicens: Ve vobis qui ſaturati eſtis: quia eſurietis. Ve vobis qui ri-
detis nũc: quia lugebitis & flebitis. Noli ergo diutius diligere hunc mundũ: neq; militiã eius: qa
Iac. 4. ſecm ſcripturæ auctoritatẽ inimicus dei eſt quicũq; eſt amicus ſæculi. Et qui militat gladio: mor
tis miſter eſt. Q ui autẽ ſuũ vel alienũ ſanguinẽ fundit: hic recipiet fructum ſtipendiorum. Aut
enĩ exitu mortis tenebitur reus: aut crimine. Q uia neceſſe eſt vt miles in bello: in quo tamẽ non
tã pro ſe q̃ pro alio dimicat: aut ſuam mortẽ victus inueniat: aut mortis cauſam victor acquirat:
Mat. 6. quia victor eſſe nõ poterit: ſi effuſor ſanguis ante non fuerit. Ideo dicit dominus: Nõ poteſtis du
obus dñis ſeruire. Sed quia vni deo ſeruiendũ eſt: facile puto poſſe diſcerni: cui potius ſeruiri de
beat: deo an mãmonæ: Chriſto an cæſari: cũ ipſe cæſar Chriſti ſeruus ſtudeat eſſe: vt aliquarum P
gentiũ rex eſſe mereatur. Neq; enĩ quicunq; rex terrenus totius terræ dñs eſt. Chriſtus autẽ toti-
Ioh. 1. us mundi rex eſt: quia oĩa per ipſũ facta ſunt: & ſine ipſo factũ eſt nihil. Et ipſe eſt rex regũ &
dñs dñantiũ. Ipſe in terris: in mari: in abyſſis oĩa quæ vult facit: Hũc igitur ſequamur: huic mi
litemus: cui coniunctus nunq̃ diſiũgitur miles: qui militantibus ſibi gloriã vitæ æternæ: hono-
rẽ regni cœleſtis: & diuitias hæreditatis ſuæ: & diuinæ cognitioni: conſortiũ perenne largitur.
Eccĩ. 31. Scriptũ eſt autẽ: Q ui pecuniã diligit: non iuſtificabitur: & qui terrenas poſſeſſiones cõcupiſcit
in illis (ſicut ſcriptũ eſt) implanabit̃. Nã ĩ Eccleſiaſtico per Salomonẽ loquitur diuina ſapientia:
Q uia multi dati ſunt in auri caſus: & facta eſt in facie illius perditio ipſorũ. Lignũ inquit ôffen-
ſionis eius eſt autꝝ: & deijcit illos qui ſectanť illud. Sed nõ oĩs niſi imprudens diſperiet in illo.

quã obrẽ fuge ab illo fili ſicut a facie ſerpentis: credens Chriſto: qui in euangelio teſtatur omnibus hominibus: Quia nõ in abundantia cuiuſq; vita eſt ex his quæ poſſidet. Sed te forſitan ætatis tuæ fiducia: & ſtipes dignitatũ vel diuitiarũ augmenta ſollicitãt. Vel vt dicas: adhuc iuuenis ſũ: & in tẽpe licet vt parũper militẽ: & vxorẽ ducã: & filios habeã: & poſtea deo ſeruiã. Ad hæc tibi reſpondet: nõ ego ſed dñs: qui loquitur in prophetis & apoſtolis ſuis. Et Sapiens dicit: Ne tardaueris conuerti ad dñm: nec differes de die in diẽ: ne ſubito veniat ira illius. In euangelio autẽm quo ardore properandũ ſit ad conuerſionem: oſtendit: A diebus autem Iohannis vſq; ad hodiernũ diẽ vim patitur regnũ cœlorũ: & qui vim faciunt rapiunt illud. Talis violentia grata eſt: quæ neminẽ concutit: nullius damno cõmittitur. In hanc rapinã manus tuas verte: quæ crimẽ nõ habet & confert ſalutẽ. Et quid tibi militariũ ſtipendiorũ curationes: cũ inuidia violẽtiã curare: cũ forſitan p tua honeſtate etiã debitorũ moderatus exactor ſis: cũ ſine cuiuſq; inuidia & cũ dei gratia poſſis eſſe violentus: vt rapias regnũ cœlorũ. Q; ſi patitur & gaudet Chriſtus iuuadi: qui pro abundantia charitatis & potentiæ ſuæ capax eſt largiendi quod tenet: & quod donauerit obtinẽdi: nã qñ ſanctis ſuis in regno ſuo regnare cõceſſerit: ipſe regnabit in illis q̃s conſortes regni cœleſtis aſſũpſerit. Scriptũ eſt enĩ Et regnũ dei cũ ſanctis fore: & ipſos ſanctos eẽ regnũ dei. Quod ꝑpitio deo cũ cõuerſus fueris: & legẽdo cognoſces: & credẽdo intelliges. De ætatis aũt flore primo quis audeat gloriarí? Admonet diuina ſcriptura dicens: Omis caro fœnũ eſt: & omnis clari tas eius vt flos fœni: aruit fœnũ & flos decidit. Sermo autẽ dñi manet in æternũ. Ideo propheta: illa potius in quibus æterna corporis rediuiui gloria poſt reſurrectionẽ poſſit manere: deſiderãs clamat: Q; amabilia ſunt tabernacula tua domine virtutũ: concupiſcit & deficit aĩa mea in atrio domini. Et de vinculis coniugalibus & cæteris tꝑaliũ rerũ tam ſpinoſis q̃ inanibus curis apoſtolus (in quo Xp̃s loquit̃) admonet ne in longũ huius ſæculi tempus irrita vota mittamus: & cognoſcere nos iubet: quia tempus breuiatũ eſt & dicit: Reliquũ eſt vt qui habent vxores tanq̃ nõ habentes ſint: & qui flent tanq̃ nõ flẽtes: & qui gaudẽt tãq̃ nõ gaudẽtes: & qui emũt tãq̃ nõ poſſidẽtes: & qui vtunt̃ hoc mũdo tanq̃ nõ vtẽtes. Quod cũ dicit: oſtẽdit liberos nõ debere implicari: quãdoquidẽ liberari ſuadeat ipeditos. Si ergo iã forſitan alligatus es vxori: noli quærere ſolutionẽ. Q; ſi adhuc liber es ab vxore: noli quærere implicationẽ. Nõ enĩ apl's ꝑpter cõiugij condemnationẽ hoc dicit: qñquidẽ huius fœderis religionẽ magne Xp̃i & eccleſiæ ſacramento cõparat: ſed ꝑpter inſtantẽ neceſſitatẽ bonũ eſſe aſſerens hoiem ſic eſſe quẽadmodũ ipſe erat. Volo inquit vos ſine ſollicitudine eſſe: hoc eſt vt nihil præter deũ & ſalutẽ noſtrã cogitemus. Nãvxor & filij q̃q̃ & ipſa dimittimus: nobis pignora data ſunt. Vnde idẽ apoſtolus ait: Quia tribulationẽ carnis habebũt: quia neceſſitudĩs noſtræ carnes quãto chariores nobis ſũt: tanto magis nos diſcruciãt & fatigãt. Nã vxore accepta primũ optant̃ filij: & ſi nõ ſuſcipiũt̃ ſterilitas lugẽt̃: ſi ſuſcipiunt̃: orbitas timẽt̃. Ac ꝑinde nunq̃ ĩ carnalibus affectionibus ita requieſcit animus vt cruciatu careat: dũ neceſſitudines ſuas aut bonas amat cũ amittẽdi metu: aut malas odit cũ amittendi voto. In vtroq; miſerijs ſuſtinẽdis ſemp obnoxius. Miſer eſt enĩ qui vxorẽ bonã perdit: miſerior qui malã poſſidet. Inter hæc accidẽtia ſatis fœlicior eſt qui vtrũq; non nouit. Silr & de filijs. Sæpiſſime enĩ ſunt miſerrimi parẽtes: vel qui amabiles habent quibus orbant̃: vel qui tales habẽt: vt nõ habẽtibus inuidere coganť. Audi ergo fili mi & inclina aurẽ tuã mihi: & dirũpe omia vincula tua quæcũq; ĩ hoc ſæculo te implicatũ tenẽt: Cõmuta ĩ melius militiã: vt æterno regi incipias militare. Et nũc vt audio: qui adiutor & tutator es ciuiũ: fias comes Xp̃i. Deinde ĩ hac militia ſoletis in voto habere hãc officij ꝑmotionẽ: vt protectores efficiami. Si autẽ deo te probaueris: ipm deũ incipies hr̃e protectorẽ. Vide ad qualẽ militiã te inuito collegã: vt quod hoĩm eſſe optas: hoc tibi deus ſit. Quẽ ſi cœperis ſequi: & ĩ eius comitiua inceperis militare: finis militiæ tuæ erit regnũ: nõ terræ & tẽporis: ſed æternitatis & cœli.

Epiſtola beati Hieronymi de teſtamẽto Gerũtij. Monet quaſdã virgines deo dicatas a pr̃e Geruntio in teſtamẽto exhæredatas: quæ cũ ſororibus ĩ teſtamẽtaria cauſa ipm arbitrũ delegerant vt repudiatã ꝑpter Xp̃m pr̃is hæreditatẽ nõ requirãt: cũ fuerint ſepultæ cũ Xp̃o: dicens duplex eſſe ſepulcr̃. Vnũ quo corpus condit̃: aliud quo vetus hõ cũ actibus ſuis ſpoliatus exuit̃.

EPISTOLA XXXVI.

Sanctí mei ſenſus affectu vobis vacẽt: & ſi interim loco ſegregor. Nam videre vos mihi videor & audire: tam me occupatum habet veſtra dilectio. Quod ſi vos inuicẽ faciatis: tum illud impoſſibile per carnem poſſibile redditur ex ſpiritu: vt fiat duorũ hominũ corpus vnũ. Nã vt probẽ etiã veſtra mecũ vigilare colloquia: accipite qd de hæreditate: quod ſuggeſliſtis cogitanti altius videat̃: quoniã me etiã in carnaliũ arbitrũ ꝑ ſpiritalia

Luc. 12. delegístis. Possem quidē dícere: Q uis me cōstituit iudicē aut diuisorē inter vos: si nō ad infide-
les, ꝓcessíssetísta snīa. Iudæoꝝ enī incredulitas hac dñi resp̄sione repcutit: nō ferit. Nā ipsi alí-
quādo iudæi ī ipso Moyse vísitationē illā dñi nō vidētes qua ægyptiū frīs liberator occiderat: se
Exo. 2. quētiꝫ die fratrū díscordias rixasꝫ volēs sedare: ausi sunt dícere Q uis te cōstituit príncipē aut
iudicē sup nos? Ac ꝓinde suo illís dñs ore respōdit: quo amplius confutarent: si ꝓderent falso se
Ioh. 5. quærere quē spreuíssent: dícente ipso: Sí credíssetis Moysi: crederetis vtiꝫ & mihi. Sed quoniā
& ego vester sum: & vos vere scío quæsísse iudicíū eius qui Aegyptiū gaudēter occidit: & cum T
Mar. 4 aduersario dū in vía estis: mittatis cito confœderare concordiā: apud iudæos sibi suā snīam reli-
quemus sup ipsos: qui eā ꝓtulere viuentē. Nos humílibus de dñi lenitate dicemus: Vobis datū ē
scíre mysteríū. Ac proínde (vt ad exordíū díuertículi reuertamur) hæreditatē illā vobis arbitror
Ioh. 18. cōtemnendā: nec alíquid a iudíce sæculi postulandū. Q uō enī nobis íllos lícet adire qui etiā suo
iudício nescíunt veritatē? Quādoquidē Pílatus ex ipsoꝝ curia síc loquatur ad dominū: Quid est
veritas? Nempe hic iudex erat: & negocia causasꝫ litigantiū libripende iusticiæ tāto statuto iu-
re soluebat. Et quid hic valebat facere: si nō nouerat veritatē. Certe euangelístæ adeo iustū fuís-
se Pílatū cōmemorant: vt innocentē mallet absoluere q̄ punire: & tamē veritatē quasi díscere cu
piat: ínquírit. Nam veritatis ignoratio interrogationis est actio. Q uid ergo dicemus? Inanes sí-
ne dubio mortalíū curas: & vniformē mundialiū rerū prodídit falsitatē. Ibiꝫ iudícia vera nō eē:
vbi sint mentíta negocia: seꝫ in rebus carentíbus veritate: carere vero iudício iudicat. Quid enī
1. Thi. 6. quasi nostrū apud illa tribunalía repetemus: si (rescríbente apostolo) nihil íntulímus in hūc mun
dū: verum nec auferre quid possumus? Si enī nihil íntulímus in hunc mundū veniendo: & nihil
auferre poterímus abeundo. Falsō alíquid nostrū hic esse dícimus, vbi nobis totus penè mundus
alienus est. De quo nobis quid iudex sæculi tribuere poterit: si nihil natura donauit? Q uid Pila
tus veritatis interrogator potius q̄ prolator? Q uid inquā nisi Barrabā? quē ideō iudæi deo cœlí V
præferunt: quía ad iudicē sæculi conuolarunt. In quo vtiꝫ perfidus populus nō reū sed reatū ac-
cepit. Sed hæc de iudício sínt dícta nō de negocio. Cæterū quod ad causam pertinet: non solum
Mar. 10 moneo: sed obtestor: vt si Geruntiū pro Christo offendístis: in ea offensione duretis. Q ui enī p-
seuerauerit vsqꝫ in finē: hic saluus erit. Nam sí causa offensionis est Christus: amplexandū ē ím-
pij patris elogium: nō dolendū. Ne recedamus a Christo: cuí nō illa exhæredatio recōmendat: sí
Mat. 5. cut scríptū est: Beatí estis cū persecuti vos fuerínt: & maledíxerít nomī vestro vt nequā: ꝓpter fí-
liū homīs. Gaudete in illa díe & exultate: ecce merces vestra multa est in cœlo. Hanc mercedē of
fensío illa ꝓuidit: cuius pœnitet veritatis. Q ui sí vocatí ad dominū in ímagine leuitarū spíritalí-
bus gladíjs corporeos occidístis affectus: quē patrē desideratis? Vnus est enī pater noster qui in
cœlís est: ac proínde dñs hæreditas nostra. In Xp̄o enī possidendū est: quod cū Christo est possí
Mat. 8. dendū. Ne reuertamī ad mortuū qui sequímī viuentē. Mortuí īquit sepeliant mortuos suos. At
Mat. 10 sí iam pridē dixístis: Pater nō nouímus te: vt testamentū dñi seruaretís: quid adhuc repudíatí pa
tris quæritis testamentū? Hic est ille gladíus qui a domino p terras: patrē a fílio sepaturus ímmís
Vbi sup sus est. Hoc est vere circūcidere naturā: quod iudæi forma nō veritate custodíunt: & circūcídere
cultro petrino. Petra autē erat Xp̄s. Is vtiꝫ qui díxit: Sí quis amauerit patrē aut matrē super me
non est me dígnus. Hoc vos gladío vtentes: íllos ímitare leuítas ab anteriorí homine profectoris
nostrí castra currentes: obuios affectus pro domini amore iugulate: & iuxta legíslatoris ímperí-
um pertranseunte primū vírtutū exercete cū reditu: videlícet vt præterita transenntes: nec sæcu-
lí mirabílibus ínhærentes: vbi primū ad eū qui nos mísit in mundū cum fœmorali gladío redea X
mus: resístentes nobis: remoranteſꝫ nos ꝓpinquū: ꝓximū: fratrēꝫ: ne ꝓ hos elongeť nostra pe-
regrinatio perímamus: & hæc a porta faciamus ad portā: id est, ne cū in porta oculí fratrē fuero
persecutus: portā fortasse auris obsídeat: & per aliā portā prætermíssus occurrat. Hæc síquidem
sunt portæ animæ: per quas ad illā sæculi blandimenta descendunt: & per quas sensus carnis in
troeunt: per quas nisi late strage facta vía vírtutibus quadā ímpietate fecerímus: nunq̄ ad regem
veræ pietatis peruenire poterímus. Q uod vbi pro nostra deuotiōe fueritis víríliter executæ: sta
tím vobis ab ipso Moyse talis facti laudatore dicet: Implestís hodie manus domino. Hoc est sæ-
culū: qui vobis conditione carnalis substantiæ propínquus est: & proxímos occidētes actus ve-
stros qui manus sunt: ímplestís dño: cū illis præter q̄ dñs ímperat nō annuístis. Sic Abraā domí-
Geñ. 22. no dexterā suā dū parrícidíū faceret nō recusat: ímpleuit. Q ui filij sui: dū illa deo armat: oblítus
est: & in præcepti respíciens maiestatē: atrocitatē operationis nō dígnatus est retractare. Implē
tur nāꝫ manus dño: cū dñi occupantur ímperijs: cū dñi traditæ voluntatí: nō hominis ínciplunt
Iudth. 9. esse sed dei. Quādo nō affectuí carnis obtēperāt: sed díuinæ seruíunt iussioní. Sic Iudith ob liber

tatē ciuiū vel salutē: se sub specie fornicationis impleuit deo: & inermis armatū: & virū mlier occidit. Sic vos dño plenæ carnis affectibus triumphatis: non quæratis refugā: qui a vobis etiam si recurreret foret occidendus. Remittite palliū tunicā detrahenti. Pecunia eorū cum ipsis sit in interitū: qui Xpo pecuniā prætulerūt. Exeuntes semel de Sodoma cuncta relinquamus incēdijs Videt Loth vxoris exēplo irā dñi: quæ in iram quia retrospexit: icurrit. Noluit nobiscū Geruntius in cœlestibus habere partē: cur vos partē ex censu eius desideratis in terris. Q si ille vestra gloriosa tantopere contempsit: cur nō vos illius inhonorata contēnitis? Ferte oro vos patienter fidei notas: stigmata christiana: ecclesiæ paupertatē. Ferte inquā impudicorū elogia: virginitatis hæredes. Visitatas vos esse cognoscite: & tanta visitatione clarificatas: ne partē cū infidelibus habeatis. Mūdus iste vos cū dño vestro nō agnouit. Si de sæculo essetis: sæculū vos amaret. Reges sæculi a filijs suis tributa nō poscūt. In domibus regū sunt qui mollibus vestiunt. Zebedeus Iacobū & Iohannē non sequit. Sinite Geruntiū in nauicula remanere cū rhetibus: dūmodo cum apostolis Xpi iaceatis in pectore. Ve diuitibus: quoniā receperūt consolationē suā. Vobis autē Luce. 6.
filiæ in futuro consolatio vestra debet: vobis exhæredatio illa futuræ hæreditatis in cœlestibus fecit augmentum: vobis sua mundus ipse subduxit: vbi vos non suas esse cognouit. Immo diris diues ardoribus Laçaro in sinu patris abrae recumbēte torquet. Et quid mirū si pauperculus & Luc. 16
peregrinus in terra quidē aliena Sepulchrū emit Abraā a filijs Heth? O veritas: nequeo enī tem Geñ. 25
perare quin exclamē: O altitudo sapientiæ & scientiæ dei. Sepulchrū sibi patriarcha peregrinus
Z emit? Quid est sepulchrū? Locus est quietis: vbi iuxta mundi rationē defunctorū corpora collocantur. Vera ergo intelligentia locū sibi requietionis pater Abraā fide sua & contemptu pecuniæ comparauit. Istud quidem sepulchrum & Paulinus noster nuper ipse diuitijs cum sua matre familias cōparauit: qui a conuersatione sæculi morientes: a mundialibus operibus iā quiescunt dicente apostolo: Mortui enī estis: & vita vestra abscondita est cum Christo in deo. Et iterum: Si Col. 3.
autē mortui sumus cū Christo: credimus quia simul viuemus cū Christo. Hoc ē illud duplex sepulchrū: exterioris hominis & interioris quies vna. Nam si homo ex duabus substantijs cōstat: merito & sepulchrū duplex habere debebit: vt cum alterutra substantia in suā naturam dissociata remeauerit: requies vtriq; non desit. Quoniā cū ex corpore & anima homo sit: tamen nec anima sine corpore homo dici potest. nec corpus sine anima homo est: cū tñ aīa & corpus sit homo Sed vbi hoc nomen quod ex duobus nomibus suis, ppríe tertiū duorū cōmixtione perficitur: eorū dissidio fuerit vacuatū: sua singulis loca ad requiē recensent: qm vtrūq; viuit: & morit vtrunq;. Nā sicut præter hanc vitā alia vita ē beatoꝝ: ita præter hanc mortē mors alia est impiorū. Sed inter hanc vitā & mortē: atq; illam vitā & mortē interest hoc: q; istæ naturæ sunt: illæ sunt meritoꝝ. Atq; ita duplex sepulchrū naturæ debet & meritis. Hoc sepulchrū sibi duplex patresfamilias isti de quibus locuti sumus prouiderunt: qui senatū: honores: diuitias: relinquēdo mortuis illis videbant: quibus nati esse vident etiā dū viuunt mortui. Ecce vnū sepulchrū in quo conuer-
A satio veteris homis cum crepundijs suæ nobilitatis absconditus. Illud erit aliud: cum ipsum corpus quod naturæ lege caducū est: dissolutū reuertetur in terrā: de qua scriptū est: Terra es & īterram ibis: anima tamen in refrigerio requiescente. Nam qui duplex sibi sepulchrū voluerit com Geñ. 3.
parare: habebit forsitan iuxta conditionem naturæ: vbi corpus mortale condatur: quando habebit iuxta meriti legem vbi anima requiescat. Quod quidem ita constitutum ē: vt mors ista quæ per dissolutionem animæ generatur & corporis: media sit & duarū vitarū. Bis enī hominē necesse est mori: & bis ei vita debetur. Nam & beatus Paulus duas breuiter vitas designauit: dicēdo: Pietas autem ad omnia valet promissionem habens vitæ: & eius quæ nunc est & futuræ. Et beatus Iohannes in Apocalypsi duas mortes ostendit. dicendo: In eos mors secunda non habet po- 1. Thi. 4. Apo. 2.
testatem. Secundam enī dixit: quia est & prima. Sed illud nobis magna ratione tractandū: & diligenti circumspectione prouidendum est: an ante istam mortē: quæ separatōne (vt dixi) animæ corporisq; generatur: mori sæculo huic anathematiçatis: si potest dici omnibus eius voluptatibus: quæ nobis extra lineam vitalis substantiæ mundi copijs suggerūtur maluimus: an post naturalē iteritū qui aīam corpusq; discernit. Vñ & interitus dicitur: q; inter ipsa eat: ac mediū se inter duas substantias quæ hominē sui coniugatione faciebant: tertium illum gradū perfectæ substantiæ sublaturus immergat. Quoniā q; hic mortuus fuerit: mundi voluptatibus non vtendo: & corporis stimulos obterendo: consepultus esse videtur cum Christo. Et si consepultus: vtiq; ī sepulchro: sine quo esse non potest sepultura. Huic & mors alia cōmunis illa debetur: quæ aníma a vinculis corporis soluit & liberat: cui corporis æque suū sepulchrū & sua sepultura debetur His duabus mortibus post geminū sepnlchrū beata illa & perpetua vita succedit. Cæterum qui

totũ mundũ hic lucrifecerit ambiendo: rapiendo: quoniã hic facta carnis mortificare cõtempſit poſt iſtam naturalem mortẽ: quam tranſire non poſſumus: dicitur merito vno & ſimplici ſepulchro eſſe conditus: vel potius eſſe cõmendatus: & ſecundã mortem miſer incurrit: quæ plena eſt & dolorũ æternitate & lachrymarũ perpetuitate. Hæc ſunt itaq; duo ſepulchra: quæ ſibi & Paulinus vir ſingularis ad imaginem patriarchæ ſollicitiſſimus requiſiuit. Vnũ vbi & veterem hominẽ cum actibus ſuis ſpoliatus occuleret. Et licet necdum corpus depoſuiſſet: carnalia non haberet in carne. Aliud vbi corpore ipſo cũ venerit dominus confringere terrã eius: expoſito animã collocet in quiete: vt fidei tunc pater ille hæc filijs contemptu (vt diximus) pecuniæ comparauit: in quo diues cũ paupere non potuit recubare. Huc omnes peregrinos mundi: huc egentes huc etiã exhæredatos pro Xpo ſæcularibus recipiet teſtamentis. Ideoq; nec veſtigiũ habuit in B hac terra: qm̃ nemo qui eũ ſequeretur inuentus eſt. At nũc vos filiæ confidite: quæ ex eo veſtigium Abrae eſtis: exquo de terra nõ eſſe cœpiſtis. Obſequiũ p̃ſtate voluntati p̃ris vr̃i: cuius corruptelæ obſecutæ non eſtis: qui vobis a filijs Heth ſepulchrũ emit. Quod ſibi & cæteris ſuis voluit comparare: apud quos vtiq; mortuæ eſtis: quando cũ eis id quod viui in mundo poſſederint: non tenetis. Gratiaſq; illi ſemper agite: qui vos hoc fecit veſtigiũ non habere: vt ibi cum Laçaro ſinũ Abrae haberetis. Poſſideat ergo ille pecuniã: vos ſepulchrum. Ille imagines eſcarum: vos requiẽ prophetarũ.

Vide ad hunc tractatũ pertinentẽ aliã epiſtolã ad Iulianã de pignoribus. In qua illum de amiſſis liberis conſolatur: ad contemptũ mundi & Chriſti militiã cohortatur: quæ habetur prima inter funebres epiſtolas: vbi melius cadit. Qm̃ poſt præcepta q̃ maxime conducit ſanctorũ virorũ exempla proponere: quibus religioſa mens ad imitationẽ virtutis feruẽtius excitetur. Ideo poſt ſuperiores epiſtolas de mũdi contemptu & eremi laudibus præcipui eremi cultoris Pauli primi eremitæ vita a beato Hieronymo conſcripta ſubijcit.

Vita Pauli primi eremitæ præcipui eremi cultoris. EPI. XXXVII.

I Nter multos ſæpe tractatũ eſt: a quo potiſſimũ monachorũ eremus habitari cœpta ſit C
Quidã enĩ altius repetentes: a beato Helia & Iohãne ſumpſere principiũ. Quorũ & Helias plus nobis videt fuiſſe q̃ monachus: & Iohãnes ante pphetare cœpiſſe q̃ natus eſt. Ad quã opinionẽ vulgus ome cõſentit. Alij aſſerunt Antoniũ huius ppoſitũ fuiſſe caput: quod ex pte verũ ẽ. Nõ enĩ tã ipſe añ oẽs fuit: quã ab eo oĩm ĩcitata ſũt ſtudia. Amatus vero & Maccharius diſcipuli Antonij: quorũ ſupior mgr̃i corpus ſepeliuit: etiã nũc affirmãt Paulũ quẽdã Thebeũ principẽ iſtius rei fuiſſe: quod nõ tã nomine q̃ opinione nos quoq; cõprobamus Nonnulli & hæc & alia prout voluntas tulit: iactitant: ſubterraneo ſpecu crinitũ calcaneotenus hominẽ fuiſſe: & multa quæ perſequi ocioſum ẽ: incredibilia fingẽtes. Quorũ quia ĩpudẽs mẽdaciũ fuit: nec refellenda quidẽ ſnĩa videt. Igit̃ quia de Antonio tã græco q̃ romano ſtilo diligẽter traditũ ẽ: pauca de Pauli principio & fine ſcribere diſpoſui: magis quia res omiſſa erat: q̃ fretus ĩgenio. Quõ aũt ĩ media ætate vixerit: & quas a ſathana ptulerit inſidias: nulli hoĩm cõpertũ habet. Sub Decio & Valeriano pſecutoribus quo tpe Cornelius Romæ: & Cyprianus Car- D thagine: fœlici cruore damnati ſunt. Multas apud Aegyptũ & Thebaidã eccleſias tẽpeſtas ſæua populata eſt. Votũ tunc xp̃ianis erat pro Xp̃i noĩe gladio percuti. Verũ hoſtis callidus tarda ad mortẽ ſupplicia cõquirẽs: aĩas cupiebat iugulare nõ corpa. Et vt ipſe (q̃ ab eo paſſus ẽ) Cyprianus ait: volẽtibus mori: nõ permittebat occidi. Cuius vt crudelitas notior fiat: duo mẽoriæ cauſa exempla ſubiecimus. Perſeuerantẽ igit̃ ĩ fide martyrẽ: & ĩter eculeos laminaſq; victorẽ iuſſit melle pungi: & ſub ardẽtiſſimo ſole ligatis manibus poſt tergũ reſupĩari: ſcilicet vt muſcarũ aculeis cederet: q̃ ignitas ſartagines antea ſuperaſſet. Aliũ ĩ iuueníli ætate florentẽ: ĩ amœniſſimos hortulos præcepit abduci. Ibiq; inter lilia candẽtia & rubẽtes roſas: cũ leui iuxta murmure aquarũ ſerpet riuus: & molli ſybilo arborũ folia ventus cõſtringeret: ſupextructũ plumis lectũ reſupinari. Et ne ſe inde poſſet excutere: blãdis ſertorũ nexibus irretitũ relinqui. Quo cũ recedentibus cũctis: ad eũ meretrix ſpecioſa veniſſet: cœpit delicatis cõſtringere colla cõplexibus. Et q̃d dictu quoq; ſcelus ẽ: manibus attrectare virilia: vt corpe ĩ libidinẽ cõcitato: ſe victrix impudica ſuperiaceret. Quid ageret miles Xp̃i: & quo ſe verteret neſciebat. Quẽ tormenta nõ vicerant: ſuperabat voluptas. Tandẽ cœlitus inſpiratus: præciſam linguã morſu oſculãtis ſe ĩ faciẽ expuit: ac ſic libidis ſenſum ſuccidens: doloris magnitudo occupauit. Per idẽ ergo tp̃s quo talia gerebant apud iferiorẽ Thebaidã: cũ ſorore iã viro tradita: poſt mortẽ amborũ parentũ ĩ hæreditate locupleti Paulus relictus eſt annorũ circiter. xvi. Ir̃is tam græcis q̃ ægyptiacis apprime eruditus manſueti animi: deũ valde amãs. Et cũ perſecutõis procella detonaret: ĩ villã remotiorẽ & ſecre-

tiorē ſeceſſit. Verū quid nō mortalia pectora cogit auri ſacra fames? Sororis maritus cœpit pdere
E velle: quē cælare debuerat. Nō illū ſororis lachrymæ: nō cōmunio ſanguīs: nō ſpectās cūcta ex
alto deus ab ſcelere reuocauit. Ad hæc inſtabat crudelitas: quæ pietatē videbaſ imitari. Qđ vbi
prudētiſſimus adoleſcēs intellexit: ad mōtiū deſerta cōfugiēs: dū finē pſecutōis præſtolareſ: ne
ceſſitatē in voluntatē cōuertit: ac paulatim pgrediēs: rurſuſq; ſubſiſtēs: atq; hoc idē ſæpius faci-
ens: tandē repperit ſaxoſum montē. Ad cuius radices haud pcul erat grādis ſpelūca: quæ lapide
claudebaſ. Quo remoto (vt ē cupiditas hoīm occulta cognoſcere) auidius explorās aīaduertit
intus grāde veſtibulū: quod aperto ſup ſe cœlo patulis diffuſa ramis vetus palma cōtexerat: fon
tē lucidiſſimū oſtendens: cuius riuū tm̄mō foris erumpentē: ſtatī modico foramine eadem quæ
aquas genuerat: terra ſorbebat. Erant præterea p exceſū montē haud pauca habitacula: in qbus
erāt ſcabræ iā incudes & mallei: quibus pecuniæ olim ſignatæ viſebanſ. Hūc locū ægyptiorum
lſæ ferūt furtiuæ monetæ officinā fuiſſe: ea tēpeſtate qua Cleopatræ Antonius iunctus ē. Igitur
adamato (quaſi quod a deo ſibi offerreſ) habitaculo: oēm ibidē ī oratōnibus & ſolitudine duxit
ætatē. Cibū & veſtimentū ei palma præbebat: quod ne cui īpoſſibile videaſ: Ieſū teſtor & ſctōs
angelos eius: in ea eremi parte quæ iuxta Syriā Saracenis iungiſ: vidiſſe me monachos: de qbus
vnus per triginta annos clauſus: hordeaceo pane & lutulenta aqua vixit. Alter in ciſterna veteri
(quā gētili ſermone Syri cubā vocāt) quinq; caricis per ſingulos dies ſuſtentabaſ. Hæc igiſ icre
dibilia eſſe videbunſ his qui nō crediderint: quia oīa poſſibilia ſunt credentibus. Sed vt ad id re
deā vnde digreſſus ſum: cū iā centū tredecim annos beatus Paulus vitā cœleſtē ageret in terris:
& nonagenarius ī alia ſolitudine Antonius morareſ: vt ipſe aſſerere ſolebat: hæc ī mentē eius co
F gitatio incidit: nullū vltra ſe perfectū monachū ī eremo cōſediſſe. At illi per noctē quieſcēti reue
latū eſt eſſe aliū vlterius multo ſe meliorē: ad quē viſendū deberet pficiſci. Illico erūpente luce: ve
nerabilis ſenex infirmos artus baculo regēte ſuſtentās: cœpit ire velle quo neſciebat. Et iam me
dia dies coquēte iā ſole deſuper feruebat: nec tñ accepto itinere abducebaſ: dicēs: Credo in deū
meū: q ſeruū quē mihi promiſit: oſtendet. Nec plura his: cōſpicit hoīem equo mixtū: cui opinio
poetarū centauro vocabulū indidit. Quo viſo: ſalutaris impreſſione ſigni armat frōtē. Et heus
tu inquit: quanā in parte hic ſeruus dei habitat? At ille barbarū neſcio quid frendens: & frangēs
potius verba q̄ proloquens: inter horrentia ora ſenis blandū quæſiuit eloquiū. Et cū dexteræ p-
tenſione manus cupitū indicat iter: & ſic patentes campos volucri tranſmittens fuga ex oculī mi-
rantis euanuit. Verū hæc vtrū diabolus ad terrendū eū ſimulauerit: an (vt ſolet eremus) mōſtru
oſorū animaliū ferax iſtam quoq; gignat beſtiā: incertū habemus. Stupēs itaq; Antonius: & de
eo quod viderat ſecū reuoluēs: vlterius progrediſ. Nec mora: inter ſaxoſam cōuallē nō grandē
homunculū videt: aduncis naribus: fronte cornibus aſpata: cuius extrema pars corpis in capra-
rū pedes deſinebat. Et hoc Antonius ſpectaculo ſcutū fidei & loricā ſpei bonus prælıator arripu
it. Nihilominus memoratū animal palmarū fructus eidē ad viaticū quaſi pacis obſides ferebat.
Quo cognito greſſum preſſit antonius: & quiſnā eſſet interrogans: hoc ab eo reſpōſum accepit.
Mortalis ego ſum: & vnus ex accolis eremi: quos vario deluſa errore gentilitas faunos ſatyroſ-
q; & incubos vocās colit. Legatōe fungor gregis mei. Præcamur vt p nobis cōem deū de p̄ceris
quē pro ſalute mundi olim veniſſe cognouimus: & in vniuerſam terrā exiſt ſonus eius. Talia eo
loquente: lōgæuus viator vbertim facīē lachrymis rigabat: quas magnitudīe lætitiæ indices ef-
fuderat. Gaudebat quippe de Xp̄i gloria: & de interitu Sathanę. Simulq; admirās q eius poſſet
intellıgere ſermonē: & baculo humū pcutiēs aiebat: Ve tibi alexādria: quæ pro deo portēta ve-
neraris. Ve tibi ciuitas meretrix: in qua totius orbis dæmonia cōfluxere. Quid nunc dictura es?
Beſtiæ Xp̄m loquuntur: & tu pro deo portenta veneraris. Necdū verba cōpleuerat: & quaſi pē
nigero volatu petulcū animal aufugit. Hoc ne cuiq̄ ob incredulitatē ſcrupulū moueat: ſub rege
Coſtantino vniuerſo mundo teſte defenditur. Nā alexandriā iſtiuſmodi homo viuus perductus
G magnū populo ſpectaculū præbuit: & poſtea cadauer exanime ne calore eſtatis diſſiparetur: ſa-
le infuſum antiochiā vt ab imperatore vıderetur allatū eſt. Sed vt propoſitū ſequar: Antonius ce
pta regione pergebat: ferarū tm̄ veſtigia intuens: & eremi latā vaſtitatē. Quid ageret: quo ver-
teret gradū: neſciebat. Iā altera effluxerat dies. Reſtabat vnū: vt deſeri ſe a Xp̄o nō poſſe cōſide-
ret. Pernox ſecundas in oratione exegit tenebras. & dubia adhuc luce: procul intuetur lupā ſitis
ardoribus anhelantē: ad radicē mōtis irrūpere. Quā ſecutus oculis: & iuxta ſpeluncā fera abiſ-
ſet: accedens intro cœpit aſpicere: nihil curioſitate proficiente tenebris arcentibus viſū. Verū (vt
ſcriptura ait) Perfecta dilectio foras mittit timorē: ſuſpēſo gradu & anhelitu tēperato callidus ex
plorator ingreſſus: ac paulatim pgrediēs ſepiuſq; ſubſiſtēs: ſonū aure captabat. Tandē p cæcæ

noctis horrorē ꝓcul lumen intuitus: dū auidius ꝓperat: offenso pede lapidē in strepitū cōcitauit. Post cuius sonitū: beatus Paulus ostiū quod patebat occludēs sera obfirmauit. Tunc vero Antonius ꝑ foribus corruens vsq; ad sextā: & eo amplius horā aditū præcabat: dicens: Qui sim: vnde cur venerim nosti. Scio me nō mereri cōspectū tuū videre: tn̄ nisi videro nō recedā. Qui bestias recipis: hominē cur repellis? Q uæsiui & inueni. Pulso vt aperiat. Q uod si nō impetro: hic moriar ante postes tuos: certe sepelies meū cadauer.

Talia perstabat memorans: fixusq; manebat.

Ad quem responsum paucis ita reddidit heros.

Nemo sic petit vt mineꝫ: nemo cū lachrymis iniuriā vel calūniā facit. Et minaris si nō rēcipiā: cū moriturus aduenēris sepeliā te. Sic arridēs Paulus patefecit ingressū. Q uo apto dū i mutuos mi scentꝫ amplexus: ꝓprijs se salutauere noibus: gratiæ dño i cōmune referuntꝫ. Et post scd'm oscula residēs Paulus cū antonio ita exorsus ē: En quē tāto labore quæsisti putridis senectute mēbris operit inculta canicies. En vides hoiem puluerē mox futurꝫ. Verū quia charitas oia sustētat: narra mihi quæso quō se habeat hūanū genus. An i antiqs vrbibus noua tecta cōsurgāt: quo mundus regaꝫ iperio: an supsint aliq qui dæmonū errore rapianꝫ. Inter has sermocinatōes cōspiciūt alitē coruū i ramo arboris cōsedisse: qui inde leuiter subuolabat: & integrū panē añ ora mirātiū deposuit. Post cuius abscessū: Eia inquit Paulus: dns nobis prādiū misit: vere pius: vere miseri cors. Sexaginta iā anni sunt quo accipio dimidij semp panis fragmētū: verꝫ ad aduētū tuū militibus suis duplicauit annonā. Igiꝫ dño gratꝫ actōe celebrata: sup vitrei marginē fontis vterq; cō sedit. Hic vero quis frāgeret panē oborta cōtētio pene diē duxit ad vesperꝫ. Paulus more cogebat hospitij: Antonius iure refellebat ætatis. Tādē cōsiliū fuit inter illos: vt apphēso pane e regione: dū ad se quisq; nitiꝫ: pars sua remaneret i manibus. Dehinc paululū aquæ cōcauis manibus ꝓno ore i fōte libauerūt: & imolātes deo sacrificiū laudis: noctē trāsegere i vigilijs. Cūq; iā esset terræ redditus dies: btūs Paulus ad antoniū sic locutus ē. Olim te frater i istis regiōibus habitare sciebā: olim cōseruū meū mihi ꝓmiserat deus. Sed quia dormitōis tps aduenit: & q; semp cupiebā dissolui & esse cū Xpo. Peracto cursu supest mihi corona iustitiæ: tu missus es a dño: qui humo corpusculū meū tegas: imo terræ terrā reddas. His Antonius auditis flēs & gemēs ne se deseret: atq; vt comitē tal' itineris accipet: præcabaꝫ. Et ille: Nō debes inqt quærere quæ tua sūt sed quæ aliena. Expedit tibi sarcina carnis abiecta agnū sequi. Sed & cæteris expedit frībus: vt tuo adhuc instruantꝫ exēplo. Q obrē quæso pge: nisi molestū ē: & palliū quod tibi Athanasius eps dedit: ad inuoluēdū corpus meū defer. Hoc aūt beatus Paulus rogauit: nō q; magnopere curaret vtrū tectū putresceret cadauer: aut nudū. Q uippe qui tāto tpis spatio cōtextis palmarꝫ foliis vestiebaꝫ: sed vt a se recedēti mœror suæ mortis leuareꝫ. Stupefactus ergo antonius: q; de Athanasio & pallio eius audierat: quasi Xpm i Paulo etiā videret: & i pectore eius deū venerās: vltra rn̄ dere nihil ausus ē: sed cū silētio lachrymās: oscula tis eius oculis manibusq; ad monasteriū quod postea a saracenis occupatū ē: regrediebaꝫ. Neq; vero gressus seq̄baꝫ aīm. Sed q̄is corpus inane ieiunijs seniles anni fregerāt: tn̄ aio vincebat ætatē. Tandē fatigatus & an helus ad habitaculū suū cōfecto itinere puenit. Cui cū duo discipuli qui lōgæuo viatori mīstrare cōsueuerant: occurrissent dicētes: Vbi tādiu moratus es pater? Respōdit ille & ait: Ve mihi pctōri qui falsi monachi nomē fero. Vidi Heliā: vidi Iohannē i deserto: & vere vidi Paulū in ꝑadiso. Et sic ore compresso manu verberās pectus: ex cellula palliū ꝓtulit. Rogātibusq; discipulis: vt plenius quidnā rei esset exponeret: ait: Tps tacēdi & tps loquēdi. Tūc egressus foras: & nihil quidē cibi sumēs: per viā qua venerat regressus est: illū sitiens: illū videre desiderās: illū oculis ac mēte amplectēs. I Timebat enī quod euenit: ne absente se Xpo debitū sanctus spūm redderet. Cunq; iā dies alia illuxisset: & triū horarū spatio viā remeauisset: vidit inter angelorꝫ choros: inter ꝓphetarꝫ & apostolorū populos: niueo candore Paulū fulgentē in sublime ascēdere. Et statim in faciē suā procidēs: fabulū capiti supiaciebat plorās atq; eiulās Cur me Paule dimittis? Cur insalutatus abis? Tā tarde notus: tā cito recedis. Referebat postea beatus Antonius tāta se velocitate quod reliquum erat viæ cucurrisse: vt instar auis puolasset. Nec imerito: nā itrogressus speluncā: vidit genubus credēs pariter orabat. Postq̄ vero nulla (vt solebat) sūspiria precātis audiuit: in flebile osculū ruens: intellexit q; etiā cadauer sancti dñi (cui oia viuūt) officio gestus præcabaꝫ. Igiꝫ obuoluto & ꝓlato foras corpe: hymnos quoq; & psalmos de xpiana traditōe decantans cōtristabaꝫ Antonius: q; sarculū quo terrā foderet nō haberet: fluctuāsq; vario mētis æstu: & secū multa reputās: dicebat: Si ad mōasteriū reuertar: quatriduanū iter ē. Si hic maneā: nihil vltra ꝓficiā. Moriar ergo:

vt dignū ē: & iuxta bellatorē tuū Xp̄e ruēs: extremū ſalitū fundā. Talia eo aīo voluēte: ecce duo leones ex interioris eremi parte currentes: volantibus quaſi per colla iubis ferebantur. Quibus aſpectis exhorruit. Rurſuſq; ad eū referens mentē quaſi columbas videret: māſit intrepidus. Et illi quidē directo curſu ad cadauer beati ſenis ſubſtiterūt: adulāti buſq; caudis circa eius pedes ac cubuere: fremitu ingēti rugientes. Prorſus vt intelligeret eos plāgere quō poterāt: Deinde haud procul cœperūt humū pedibus ſcalpere: arenāq; certatim egerentes: vnius homīs capacē locum foderunt: ac ſtatim quaſi mercedē pro opere poſtulantes: cū motu auriū ceruice reiecta ad Antoniū perrexerūt: manus eius pedeſq; lingentes. At ille animaduertit benedictionē eos a ſe præcari. Nec mora: in laudationē Chriſti effuſus: q̄ muta quoq; aīalia deū eſſe ſentirent: ait: Domine ſine cuius nutu nec foliū arboris defluit: nec vnus paſſerū ad terrā cadit: da ill'ſicut tu ſcis. Et manu annuens: vt abirēt imperauit. Cūq; illi receſſiſſent: corporis onere ſeniles curuauit humeros Et depoſito eo in foſſam: deſuper humū cōgregans: tumulū ex more cōpoſuit. Poſtq̄ aūt alia dies illuxit: ne quid pius hæres ex inteſtati bonis nō poſſideret: tunicā eius ſibi vendicauit: quam in ſportarū modū de palmæ foliis contexerat. Ac ſic ad monaſteriū reuerſus: diſcipulis cūcta ex
K ordine replicauit: Diebuſq; ſolennibus Paſchæ vel Penthecoſtes: ſemper Pauli tunica veſtitus ē Libet in fine opuſculi eos interrogare: qui ſua patrimonia ignorāt: qui domos marmoribus veſtiunt: qui vno filo villarum inſuunt prædia: huic ſeni nudo quid vnq̄ defuit? Vos gēma bibitis: ille concauis naturæ manibus ſatiſſecit. Vos in tunicis aurum texitis: ille nec viliſſimū quidē indumentū habuit mancipiij veſtri. Sed ecōtrario illi pauperculo paradiſus patet: vos auratos gehenna ſuſcipiet. Ille veſtē Xp̄i licet nudus tamē ſeruauit: vos veſtiti ſericis indumentū Xp̄i perdidiſtis. Paulus viliſſimo puluere coopertus iacet reſurrecturus in gloriā: vos operoſa ſaxis ſepulcra premunt cū veſtris opibus arſuros. Parcite quæſo vos: parcite ſaltē diuitijs quas amatis. Cur & mortuos veſtros auratis obuoluitis veſtibus? Cur ambitio veſtra inter luctus lachrymaſq; nō ceſſat? An cadauera diuitū niſi in ſerico putreſcere neſciunt? Obſecro quicunq; hæc legis: vt Hieronymi peccatoris memineris: cui ſi dñs optionē daret: multo magis eligeret tunicā Pauli cum meritis eius: q̄ regum purpurā cum pœnis ſuis.

TRACTATVS NONVS TERTIAE PARTIS PRINCIPALIS EPISTOLARVM BEATI HIERONYMI: DE VITA: STATV: AC REGVLA MONACHORVM.

Epiſtola beati Hieronymi ad Paulinū hortatoria: ad cōuerſationem monaſticam & ſtudium ſcripturarum.

Argumentum in eandem.

I Audatus a Paulino Hieronymus, ppter ætatē & ſanctorū locorū incolatū: vtrūq; refellit: dicēs ſapientiā nō in canis: ſed in ſapientia canos exiſtere. Nec Hieroſolymis cōmorari: ſed Hieroſolymis ſancte & pie conuerſari eſſe laudabile. Paulinum vero commēdat: qui ſæculo diuitijſq; calcatis: nudam crucem nudus fuerat inſecutus. Diſſuadet Hieroſolymā accedere: vbi ex toto orbe concurritur: ſed magis ſolitudinem petere: vt verus monachus cenſeatur. Et auctores ac duces huius propoſiti inſequatur: quos a veteri teſtamento repetitos enumerat. Deinde illum q̄diu in ſæculo implicitus teneatur: monet frequentiā & ſalutationes atq; cōuiuia fugere. Vilioribus cibis parcius vti: frequenter legere & orare: aſſentationē fugere: pauperibus erogare: diſpenſationē alienæ recuſare pecuniæ: habere ſimplicitatē colūbæ: ſerpētis aſtutiā: & i erogādo moderationē ſeruare: nec quicq̄ effundere. Cōmēdat libellū panegyricū: quē p Theodoſio principe ſcripſerat: efferens genus eloquij. Hortat illū ſacris ſermonibus cōdiat ſcientiā. Scripturarū ſcientiā ab eo qui habet clauē Dauid cenſens eſſe quærendā. Et inde occaſione ſuſcepta de quibuſdā tractatoribus & eorū ſcriptis ediſſerit: illū dicēs ad apicē puenturū: ſi ingenio & eloquentiæ ſcientia: & ſtudiū acceſſerint ſcripturarū.

Qualis autem & cuius ſanctitatis fuerit iſte Paulinus: qui poſtea fuit Nolanæ epiſcopus vrbis: beatus Gregorius libro dialogorum oſtendit: qui etiam aliqua ſui ingenij monumenta reliquit: ſicut Gennadius teſtatur libro virorum illuſtrium: ex quo excerptum eſt ſubſcriptum argumentum.

P Aulinus Nolæ campaniæ ep̄s: compoſuit verſu breui: ſed multa. Et ad Celſum quēdam epithalamiū vitæ conſolatoriū libellū ſup morte xp̄iani: & baptiçati infantis ſpe xp̄iana vnitū. Et ad Seuerū plures epiſtolas: Ad Theodoſiū impatorē añ ep̄atū panagyricū: cū ſup victoria tyrānorū eo maxime q̄ fide & oratione plus q̄ armis vicerit. Fecit & ſacramētorū & hymnorū. Ad ſororē quoq; epiſtolas multas de cōtēptu mūdi dedit. Et de diuerſis cauſis diſputatiōes diuerſas tractatus edidit. Præcipuus tñ oīm opuſculorū eius ē liber de pœnitētia & de lau-

de generali oim martyrũ. Claruit temporibus Honorij & Valentiniani: non solũ obseruatõe & sanctitate vitæ: sed & pœnitentia aduersum dæmones.

EPISTOLA XXXVIII.

b Onus homo de bono cordis thesauro: profert ea quæ bona sũt: & ex fructibus arbor cognoscitur. Metiris nos virtutibus tuis: & paruos magnis extollis: vltimamq; partem conuiuij occupas: vt patrisfamilias iudicio proueharis. Quid enim in nobis: aut quantulũ est: vt doctæ vocis mereamur præconiũ: vt illo ore quo religiosissimus princeps defenditur: humiles modicíq; laudemur? Noli igitur frater charissime annor̃ æstimare nos numero: nec sapientiam canos reputes: sed canos sapientiã: Salomone testante: Cani homis prudentia eius. Nam & Moyses septuaginta presbyteros iubetur eligere: quos ipse sciret esse presbyteros: vticq; nõ æuo: sed prudentia iudicandos. Et Daniel adhuc puer longæuos iudicat atq; iudicos: senes ætas lasciua condemnat. Noli inquã fidẽ pensare temporibus: nec me iccirco melíorem putes: q; prior in Xpi exercitu cœperim militare. Paulus apostolus & vas electionis de p secutore mutatus: nouissimus in ordine: primus in meritis est: quia extremus: licet plus oĩbus laborauit. Iudas qui quondã audierat: Tu aũt hõ dux meus & notus meus: ĩ domo dei ambulauimus cũ cõsensu: pditor amici magistri Saluatoris arguit̃ voce: & nõdũ informis lethi trabe nectit ab alta. Econtrario latro crucẽ mutat paradiso: & facit homicidij pœnã martyriũ. Quãti hodie diu viuẽdo portant funera sua: & quasi sepulchra dealbata plena sunt ossibus mortuor̃: Subitus calor longũ vincit teporẽ. Denicq; & tu audita sententia Saluatoris: Si vis perfectus esse: vade & vende oĩa quæ habes: & da paupibus: & veni sequere me. Verba vertis ĩ opera: & nudam crucẽ nudus sequens: expeditior & leuior scandis schalã Iacob. Tunicã mutas cũ aĩo: nec pleno marsupio glorioſas sordes appetis: sed puris manibus & candido pectore pauperem te & spũ & operibus gloriaris. Nihil est enĩ grãde tristi & lurida facie: vel simulare vel ostentare ieiunia: possessionũ redditibus abũdare: & vile iactare palliolũ. Crates ille Thebanus homo quondã ditissimus: cũ ad philosophandũ Athenas pergeret: magnũ auri pondus abiecit. Nec putauit se simul posse: & virtutes & diuitias possidere. Nos subsarcinati auro Xp̃m pauperẽ sequimur: & sub prætextu elemosynæ pristinis opibus incubãtes: quõ possumus aliena fideliter distribuere: qui nostra timide reseruamus? Plenus venter facile de ieiunijs disputat. Nõ Hierosolymis fuisse: sed Hierosolymis bene vixisse laudandũ est. Illa expetẽda ẽ ciuitas: nõ quæ occidit pphetas & Xp̃i sanguinẽ fudit: sed quã flumis impetus lætificat: quæ in monte sita cælari nõ pot: quã matrẽ sanctor̃ apostolus clamitat. In qua se municipatũ cũ iustis lætaṫ habere. Neq; vero hoc dicens memetip̃m incõstantiæ redarguo: dãnoq; quod facio: vt frustra videar ad exemplũ Abraã: & meos & patriã reliquisse: sed nõ audeo dei oĩpotentiã angusto fine cõcludere: & coartare paruo terræ loco: quẽ nõ capit cœlũ. Singuli quiq; credentiũ nõ locorũ diuersitatibus: sed fidei merito põderanṫ. Et veri adoratores neq; ĩ Hierosolymis: neq; ĩ mõte Gaçarin adorant patrem: quia deus spũs ẽ. Et adoratores eius in spũ & veritate adorare oportet. Spũs autẽ spirat vbi vult. Dñi ẽ terra & plenitudo eius. Postq̃ siccato Iudæ vellere vniuersus orbis cœlesti rore pfusus est: & multi de oriente & occidẽte venientes recubuerũt ĩ sinu Abrae: desijt notus esse tm̃ in iudæa deus: & ĩ Israel magnũ nomen eius: sed ĩ omnẽ terrã exiuit sonus apostolor̃: & in fines orbis terræ verba eorũ. Saluator ad discipulos loquẽs: cũ esset in templo: Surgite inquit abeamus hinc. Et ad iudæos: Relinquet̃ vobis domus vestra deserta. Si cœlũ & terra trãsibunt: vticq; transibunt oĩa quæ terrena sunt. Et crucis igit̃ & resurrectõis loca pfunt his qui portant crucẽ suã: & cũ Xp̃o resurgunt quotidie: qui dignos se tanto exhibent habitaculo. Cæterũ qui dicũt: Templũ dñi: templũ dñi: audiant ab apostolo: Vos estis templũ dñi: & spũs sanctus habitat in vobis. Et de Hierosolymis & de Britannia æqualiter patet aula cœlestis. Regnũ enĩ dei intra vos est. Antonius: & cuncta Aegypti: & Mesopotamiæ: Põti: Cappadociæ: & Armeniæ examina monachor̃ nõ videre Hierosolymã: & patet illis absq; hac vrbe paradisi ianua. Beatus Hilarion cũ Palæstinus eẽt: & in Palæstina viueret: vno tm̃ die vidit Hierosolymã: vt nec cõtemnere loca sancta ppter vicinia: nec rursus dñm loco claudere videreṫ. Ab Adriani tẽporibus vsq; ad imperiũ Cõstantini p annos circiter centũ octoginta: in loco resurrectõis simulacrũ Iouis: in crucis rupe statua ex marmore Veneris a gentibus posita colebatur: æstimantibus persecutiõis auctoribus: q; tollerẽt nobis fidẽ resurrectionis & crucis: si loca sancta p Idola polluissent. Bethleẽ nunc nostrã: & angustissimũ orbis locũ: de quo psalmista canit: Veritas de terra orta est: lucus obumbrat Bathamuco: id est. Adonidis. Et in specu vbi quondã Xps paruulus vagijt: Veneris amasius plangebaṫ Cur inquies hæc tã lõgo repetita proemio? videlicet ne quicq̃ fidei tuæ deesse putes: quia Hic

L

M

N

Eccĩ. 6. Nũe. 11. Dañ. 13. Mat. 19 Crates Gal̃. 4. Ioh. 3. Ioh. 14. Mat. 23 2. Cor. 6.

rosolymã non vidisti. Nec nos iccirco meliores æstimes: q̃ huius loci habitaculo fruimur: sed sive hic sive alibi æqualẽ te pro operibus tuis apud dominũ nostrũ habere mercedem. Reuera vt
O simpliciter motũ mentis meæ fatear: considerans & propositũ tuum: & ardorẽ quo sæculo renũciasti: differentias in locis arbitror: si vrbibus & frequentia vrbiũ derelicta in agello habites: & Xp̃m quæras in solitudine: & ores solus ī monte cũ Iesu: sanctorũq; tm̃ locor̃ vicinitatibus perfruaris: id est, vt vrbe careas: & ꝓpositũ monachi nõ amittas. Quod loquor: non de epis: non de presbyteris: nõ de clericis loquor: quor̃ aliud officiũ est: sed de monacho: & monacho quondã apud sæculũ nobili: qui iccirco præciũ possessionũ suar̃ ad pedes apostolorũ posuit: docens pecuniã esse calcandã: vt humiliter & secreto victitans: semp̃ cõtemnat quod semel contempsit. Si crucis & resurrectõis loca nõ essent in vrbe celeberrima: ī qua curia: in qua aula militum: in qua scorta: mimi: scurræ: & oñia sunt: quæ solent in cæteris vrbibus. Vel si monachor̃ turbis solũmodo frequentaret: expetendũ reuera huiuscemodi cunctis monachis esset habitaculũ. Nũc vero summæ stulticiæ est: renũciare sæculo: dimittere patriã: vrbes deserere: monachũ profiteri: & inter maiores populos peregre viuere melius: q̃ eras victurus in patria. De toto huc orbe cõcurrit. Plena ẽ ciuitas vniuersi generis hominũ: & tanta vtriusq; sexus constipatio: vt quod alibi ex parte fugiebas: hic totũ sustinere cogaris. Quia igit̃ me frater interrogas: per quã viã īcedere debeas: reuelata tecũ facie loquar. Si officiũ vis exercere presbyteri: si episcopatus te vel opus vel onus forte delectat: viue in vrbibus & castellis: & aliorũ salutẽ fac lucrũ animæ tuæ. Sin autẽ cupis esse q̃ dicer̃is monachus: id est, solus: quid facis in vrbibus? quæ vticq; nõ sunt solor̃ habitacula: sed multor̃. Habet vnũquodq; ꝓpositũ principes suos. Romani duces imitent̃ Camillos: Fabritios: Regulos: Scipiones. Philosophi proponant sibi Pythagoram: Socratẽ: Platonẽ: Aristotelem. Poetæ æmulentur Homerũ: Virgiliũ: Menandrũ: Terentium. Historici Thucydidem Salustium: Herodotum: Liuiũ. Oratores Lysiam: Gracchos: Demosthenem: Tullium. Et vt ad nostra veniamus. Episcopi & presbyteri habeant ad exemplũ apostolos & apostolicos viros: q̃rum honorẽ possidentes: habere nitant̃ & meritũ. Nos autẽ habeamus ꝓpositi nostri principes Paulũ & Antoniũ: Iulianũ: Hilarionẽ: Macchariũ. Et vt ad scripturarũ auctoritatẽ redeã: noster princeps Helias: noster Helisæus: nostri duces filij ꝓphetarũ: qui habitabãt ī agris & solitudine: & faciebant sibi tabernacula ꝓpe fluenta Iordanis. De his sunt & illi filij Rechab: qui vinũ & sicerã nõ bibebãt: qui morabant̃ ī tentorijs: qui dei p̃ Hieremiã voce laudant̃: & ꝓmittit̃ eis: q̃ nõ deficiat de stirpe eorũ vir stans corã dño. Hoc reor & septuagesimi psalmi titulũ significare filiHier. 35.
p orũ Ionadab: & eor̃ qui primi in captiuitatẽ ducti sunt. Iste est Ionadab filius Rechab: qui in regnorũ libro scribitur currũ ascendisse cũ Hiehu. Et huius filij sunt qui ī tabernaculo semp̃ habitantes: ad extremũ ꝓpter irruptionẽ chaldaici exercitus hierosolymã intrare cõpulsi. Hãc primi captiuitatẽ sustinuisse dicunt̃: q̃ post solitudinis libertatẽ vrbe quasi carcere sunt recluſi. Obsecro itaq; te: vt quoniã sanctæ sororis tuæ ligatus es vinculo: & nõ penitus expedito pergis gradu: sive hic: sive ibi multitudines hominũ & officia & salutationes & conuiuia veluti quasdã cathenas fugias voluptatũ. Sit vilis & vespertinus cibus: holera & legumina: interdũq; piscículos pro summis ducas delitijs. Qui Xp̃m desiderat: & illo pane vescitur: non quærit magnopere de q̃ præciosis cibis stercus conficiat. Quicquid post gulã nõ sentitur: idem tibi sit, quod panis & legumina. Habes aduersus Iouinianũ libros de contemptu ventris & gũturis plenius differentes. Semp̃ in manu tua sacra sit lectio. Frequenter orandũ flexo corpore mens erigenda ad dñm. Crebræ vigiliæ & ventre vacuo sæpius dormiendũ. Rumusculos & gloriolas & palpantes adulatores quasi hostes fuge. Pauperibus & fratribus refrigeria sumptuũ manu propria distribue. Rara est in hominibus fides. Nõ credis verũ esse quod dico? Cogita Iude oculos: humilitatem vestium tumenti animo nõ appetas. Sæculariũ & maxime potentiũ consortium deuita. Quid tibi necesse est ea videre crebrius: quorum contemptu monachus esse cœpisti? Soror præcipue tua matronarũ declinet colloquia. Nec inter sericas vestes & gẽmas circũsedentiũ fœminarũ se forsidatã aut doleat aut miret̃. Quia alterũ ꝓpositi pœnitentia: alterũ iactantiæ seminariũ est. Caue ne quasi fidelis & famosus tuorum quondã dispensator alienã pecuniam distribuendam accipias. Intelligis quid loquar. Dedit enī tibi dñs in omnibus intellectũ. Habeto simplicitatẽ colãbæ: ne cuiq̃ machineris dolos: & serpentis astutiã: ne aliorũ supplanteris insidijs. Non multũ distat in vitio: vel decipere posse: vel decipi. Christianũ quem senseris tibi: aut semp̃ aut crebro de nũmis loquentẽ: excepta elemosyna quæ indifferenter omnibus patet: institutorem potius habeto q̃ monachum. Præter victum & vestitum & manifestas necessitates nihil cuiq̃ tribuas: ne filiorum panem canes comedant. Verum Christi templum anima credentis est: illam exorna: illam

veſti: illi offer donaria: in illa Chriſtū ſuſcipe. Quæ vtilitas eſt parietes fulgere in gēmis: & chriſtū in paupere fame mori? Iam non ſunt tua quæ poſſides: ſed diſpenſatio tibi credita eſt. Memēto Ananie & Saphire. Illi ſua timide ſeruauerunt: tu conſidera ne Chriſti ſubſtantiā imprudenter effundas: id eſt, ne inmoderato iudicio rem pauperū tribuas non pauperibus: & ſecūm dictū prudentiſſimi viri liberalitate liberalitas pereat. Noli reſpicere ad phaleras & nomina vana Cathonū. Egȝ te inquit intus & in cute noui. Eſſe chriſtianū grande eſt: non videri. Et neſcio quomodo plus placent mundo qui Chriſto diſplicent. Nec nunc ſus (vt aiunt) Mineruam: ſed ingredientem pelagus amicus amicū monui: malens a te facultatem meā quæri q̄ voluntatē: vt in quo ego lapſus ſum: tu firmo pergeres gradu. Librum tuū quem pro Theodoſio principe prudenter ornateq; compoſitū tranſmiſiſti: libenter legi: & præcipue mihi in eo ſubdiuiſio placuit. Cunq; in primis partibus vincas alios: in penultimis teipſū ſuperas. Sed & ipſum genus eloquij preſſū eſt & nitidū: & cū Tulliana lucet puritate: crebrū eſt in ſententijs, Latet eni (vt ait quidā) oratio in qua tm̄ verba laudantur. Præterea magna eſt rerū conſequentia: & alterum pendet ex altero. Quicquid aſſumpſeris vel finis ſuperioȝ: vel initiū ſequentiū eſt. Fœlix Theodoſius: qui a tali Xp̄i oratore defendit. Illuſtraſti purpuras eius: & vtilitatē legū futuris ſæculis cōſecraſti. Macte virtute: qui talia habes rudimēta: qualis exercitatus miles eris? O ſi mihi liceret iſtiuſmodi ingeniū nō paonios mōtes & Helicones vertices: vt poetæ canūt: ſed per ſyon & Itabiriū & Sinā & excelſa ducere ſcripturaȝ. Si contingeret docere quæ didici: & quaſi p manus myſteria tradere ſcripturarū: naſceret nobis aliquid quod docta græcia nō haberet. Audi ergo mi cōſerue: amice germane: auſculta pauliſp quo ī ſcripturis ſāctis calle gradieris? Totū qđ legimus ī diuīs libris nitet quidē: & fulget etiā ī cortice: ſed dulcius ī medulla ē. Qui edere vult nucleū frāgat nucem.

ps. ns Reuela (iquit Dauid) oculos meos: & cōſiderabo mirabilia de lege tua. Si tantus propheta tenebras ignorantiæ confitetur: qua nos putas paruulos & pene lactentes inſciētiæ nocte circūdari? Hoc aūt velamē nō ſolū in facie Moyſi: ſed & in euāgeliſtis & ī apoſtolis poſitū eſt. Turbis Sal-

Lu. 8* uator in parabolis loquebat: & cōteſtans myſticū eſſe quod dicebat: aiebat: Qui habet aures audiendi audiat. Niſi aperta fuerint vniuerſa quæ ſcripta ſunt ab eo qui habet clauē Dauid: q̄ apit & nemo claudit: claudit & nemo apit: nullo alio reſerāte pandent. Si hres hoc fundamentū: imo ſi quaſi extrema manus in opere tuo duceret: nihil pulchrius: nihil doctius: nihilq; latinius tuis haberemus volumībus. Tertullianus creber eſt ī ſententijs: ſed difficilis in loquēdo. Beatus Cyprianus inſtar fontis puriſſimi dulcis incedit & placidus: & cū totus ſit in exercitatōe virtutū occupatus perſecutionū anguſtijs: de ſcripturis diuinis nequaq̄ diſſeruit. Inclyto Victorinus martyrio coronatus: quod ītelligit eloquī nō pōt. Lactātius quaſi qūdā fluuius eloq̄ntiæ Tullianæ vtinā tā noſtra affirmare potuiſſet: q̄ facile aliena deſtruxit. Arnobius inæqual' & nimius: & abſq; operis ſui partitōe cōfuſus. Sāctus Hilarius gallicano cothurno attollit: & cū græciæ floribus adornet: longis interdū periodis inuoluit: & a lectione ſimpliciorȝ fratrū procul ē. Taceo de cæ R teris: vel defunctis: vel etiā adhuc viuētibus: ſuper quibus ī vtrāq; partē poſt nos alij iudicabūt. Ad teip̄m veniā ſymmiſten: ſodalē & amicū: meū inquā amicū anteq̄ notū: & præcor ne aſſentationē ī neceſſitudine ſuſpiceris: quin potius vel errare me æſtimato: vel amore labi: q̄ amicū adulatiōe decipere. Magnū habes ingeniū: & infinitā ſermonis ſuppellectilē: & facile loqueris & pure: facilitaſq; ipſa & puritas mixta prudentiæ eſt. Capite quippe ſano omnes ſenſus vigēt. Huic prudentiæ & eloquentiæ ſi accederet vel ſtudiū vel intelligentia ſcripturarū: viderē te breui artē tenere noſtrorū: & aſcendentē cū Iacob tectum Syon canere in domatibus: quod in cubilibus cognouiſſes. Accingere quæſo te accingere: nihil ſine magno labore vita dedit mortalibus. Nobilē te eccleſia habeat: vt prius ſenatus habuit. Præpara tibi diuitias quas quotidie eroges: & nūq̄ deficiant dū viget ætas: dū adhuc canis ſpargitur caput anteq̄ ſubeāt morbi: triſtiſq; ſenectus & labor: & diræ rapiat inclæmentia mortis. Nihil ī te mediocre eſſe cōtentus ſum: totū ſummū: totū perfectū deſiderо. Sanctū Vigilantiū preſbyterū qua auiditate ſuſceperim melius eſt: vt ipſius verbis q̄ meis diſcas litteris: qui cur tā cito a nobis profectus ſit: & nos reliquerit: nō poſſū dicere ne lædere quempiā videar. Tamen quaſi prætereuntē & feſtinantē paululū tenus: & guſtū ei noſtræ amicitiæ dedi: vt per eū diſcas quid ī nobis nō deſideres. Sanctā conſeruā tuā & tecum dn̄o militantē per te ſalutari volo.

Epiſtola beati Hieronymi ad Ruſticū monachū de vita monaſtica.

Argumentū in eandē.

r Vſticū gallū qui adhuc adoleſcēs cœpat Xp̄o militare: ad vitā cōuerſationēq; mōaſticā inſtituit. Docet calcare auaritiā: & omnē occaſionē concupiſcentiæ declinare. Monet vt

prius se monasticæ disciplinæ subijciat: q̃ migret ad eremũ: solitariæ vitæ describens pericula ac tentamenta. De opere manuũ erudit: sui ipsius in hebræis litteris discendis studium laboremq; cõmemorans. De ieiunio quoq; & lectione instruit: illud præcipue mandans in detrahendo linguæ & auriũ vitare prurigine. Et ad extremũ probatissimorũ Galliæ episcoporũ Proculi & Eruperij monet sequi vestigia.

EPI. XXXIX.

Sn Ihil christiano fœlicius: cui promittitur regnum cœlorum. Nihil laboriosius: qui quotidie de vita periclitatur. Nihil fortius: qui vincit diabolũ. Nihil imbecillius: qui a carne superatur. Vtriusq; rei exempla sunt plurima. Latro credidit in cruce: & statim meretur audire: Amen dico tibi: hodie mecũ eris in paradiso. Iudas de apostolatus fastigio in perditionis tartarũ labitur: & nec familiaritate conuiuij: nec intinctõne buccellæ: nec oscu li gratia frangitur: ne quasi hominẽ tradat quẽ filium dei nouerat. Quid samaritana vilius? Nõ solum ipsa credidit: & post sex viros vnum inuenit dominũ: Messiamq; cognouit ad fontẽ: quẽ iudæorum populus ignorabat: sed auctor fit multorũ saluti. Et apostolis ementibus cibos esurientem reficit: lapsumq; sustentat. Quid Salomone sapientius? attamen infatuatur amoribus mulierum. Bonum est sal: nullumq; sacrificium absq; huius aspersione suscipitur. Vnde & apostolus præcipit: Sermo vester sale sit conditus. Quod si infatuatur: foris proijcitur: intantumq; perdit nominis dignitatem: vt nec in sterquilinio quidem vtile sit: quo solent credentium arua cõdiri: & sterile animarũ solum pinguescere. Hæc dicimus: vt prima te fili Rustica fronte doceamus magna cœpisse: excelsa sectari: & adolescentiæ immo pubertatis incentiua calcantẽ: perfectæ quidẽ ætatis gradum scandere: sed lubricũ quidem iter esse per quod ingrederis: nec plus se qui gloriæ post victoriã: q̃ ignominiæ post ruinã. Non mihi nunc per virtutũ prata ducendus ẽ riuulus: nec laborandũ vt ostendã tibi variorũ pulchritudinẽ florũ: quid in se lilia habeant puritatis: quid rosa verecundiæ possideãt: quid violæ purpura promittat in regno: quid rutilantium spondeat pictura gemmarũ. Iam enĩ propitio duo stiuã tenes. Iã tectũ atq; solariũ cum Petro apostolo conscendisti: qui esuriens in iudæis Cornelij saturatur fide: & famẽ incredulitatis eorũ gẽtiũ conuersione restinguit: atq; in vase euãgelioꝝ quadrangulo: quod de cœlo descendit ad terras docet: & discit oẽs hoies posse saluari. Rursũq; quod videt in specie candidissimi lintheami Tnis in superna transferr̃: & credentiũ turbas de terris ad cœlũ rapit: vt pollicitatio dñi cõpleatur: Beati mũdo corde: qm̃ ipsi deũ videbũt. Totũ quod appĥensa manu ĩsinuare tibi cupio: quod q̃ si doctus nauta post multa naufragia rudẽ conor instruere vectorẽ: illud est: vt ĩ quo littore pudicitiæ pirata sit noueris: vbi carybdis & radix oĩm malorũ auaritia. vbi scyllei obtrectatoꝝ canes De quibus apostolus loquitur: Ne mordentes inuicẽ mutuo consumamini: quomodo in media tranquillitate securi Lybicis interdũ vitiorũ syrtibus obruamur: quid venenatorũ animãtiũ deserta huius sæculi nutriant. Nauigantes rubrũ mare: in quo optandũ nobis est vt verus Pharao cũ suo mergatur exercitu: multis difficultatibus ac periculis ad vrbẽ maximã peruenitur. Vtroq; in litore gentes vagæ: ĩmo beluæ habitãt ferocissimæ. Semper solliciti: semp armati totius anni vehunt cibaria. Latẽtibus saxis vadisq; durissimis plena sunt oĩa: ita vt speculator & doctor ĩ sũma arbore sedeat: & inde regẽdæ & circũflectẽdæ nauis dictata prædicet. Fœlix cursus est: si post sex menses supradictæ vrbis portũ teneãt: a quo se incipit apire oceanus: p quẽ vix anno ꝑpetuo ad Indiã peruenitur: & ad Gangẽ fluuiũ (quẽ Phison sancta scriptura cõmemorat) qui circuit totã terrã eiulath: & multa genera pigmentorũ de paradisi dicit̃ fonte deuehere. Vbi nascit̃ carbũculus & smaragdus: & margarita cãdẽtia: & vniones quibus nobiliũ fœminaꝝ ardet ambitio: mõtesq; aurei: quos adire ꝓpter gryphas & dracones: & ĩmensoꝝ corporũ monstra hoĩbus impossibile ẽ: vt ostendat̃ nobis quales custodes habeat auaritia. Quorsũ ista? Perspicuũ est Vsi negociatores sæculi tanta sustinẽt: vt ad incertas periturasq; diuitias ꝓueniãt: & seruent cũ animæ discrimine quæ multis periculis quæsierũt: quid Xp̃i negociatori faciendũ est: qui venditis oĩbus quærit p̃ciosissimã margaritã? q̃ totis substãtiæ suæ opibus emit agꝝ: ĩ quo repiat thesaurũ: quẽ nec fur effodere: nec latro possit auferre? Scio me offensuꝝ eẽ q̃plimos: q generalẽ de vitijs disputationẽ ĩ suã referũt cõtumeliã. Et dũ mihi irascũt̃: suã indicãt cõscientiã: multoq; peius de se q̃ de me iudicãt. Ego enĩ neminẽ nomĩabo: nec veteris comœdiæ licẽtia certas personas eligã atq; ꝑstringã. Prudẽtis viri est ac prudentiũ fœminaꝝ dissimulare: ĩmo emẽdare quod ĩ se intelligant: & indignati sibi magis q̃ mihi: nec ĩ monitorẽ maledicta cõgerere Qui etsi ĩsdẽ tenetur crimĩbus: certa ĩ eo melior est: q̃ sua ei mala nõ placẽt. Audio religiosã te hr̃e matrẽ m̃torũ annoꝝ viduã: quæ aluit: quæ erudiuit ifãtẽ: ac post studia galliaꝝ: quæ vel florẽtissima sunt: misit Romã: nõ parcẽs sũptibus: & absentiã filij spe sustinens futuroꝝ: vt vbertatẽ gallici nitorẽq;

sermonis grauitas romana condiret: nec calcaribus in te: sed frenis vteret: quod & in disertissimis viris græciæ legimus: qui asianũ tumorem attico siccabant sale: & luxuriantes flagellis vineas falcibus reprimebãt: vt eloquentiæ torcularia nõ verborũ pampinis: sed sensuũ quasi vuarũ expressionibus redundarent. Hanc tu suscipe vt parentẽ: ama vt nutricẽ: venerare vt sanctã. Nec aliorũ imiteris exemplũ: qui relinquũt suas: & alienas appetũt: quorũ dedecus impatulo ẽ: sub nomĩbus pietatis quærentiũ suspecta cõsortia. Noui ego quasdã iã maioris ætatis: & plærasq; generis libertini adolescẽtibus delectari: & filios quærere spirítales: paulatiq; pudore sepato ficta matrũ noia irrumpũt in licentiã maritalẽ. Alię sorores virgines deserunt: & externis viduis copulant. Sũt quæ oderũt suos: & nõ suorũ palpant affectu: quorum patiẽtia index animi nullã recipit excusationẽ. & cassa pudicitiæ velamẽta quasi aranearũ fila dirumpũt. Videas nõnullos accinctis renibus: pulla tunica: barba, plixa: a mulieribus nõ posse discedere: sub eodẽ manere tecto: simul inire cõuiuia: ancillas iuuenes hẽre in misterio: & præter vocabula nuptiarũ oia esse mĩmonię. Nec culpa ẽ xpiani nomis: si simulator religionis in vitio sit. Quinimo confusio gentiliũm: cũ ea vident ecclesię displicere: quæ hoibus bonis nõ placẽt. Tu vero si monachus esse vis & nõ videri: habeto curã: nõ rei familiaris cui renũciando hoc esse cœpisti: sed aniæ tuæ. Sordidæ vestes cãdidæ mẽtis indicia sunt Vilis tunica cõtemptũ sæculi præbet: ita dũtaxat ne animus tumeat: ne habitus sermoq; dissentiat. Balnearũ fomenta nõ quærat: qui calorẽ corpis ieiunior cupit frigore extinguere. Quæ & ipa moderata sint: ne nimia debilitent stomachũ: & maiorem refectionẽ poscentia erumpant in cruditatẽ: quæ parens libidinum est. Modicus ac temperatus cibus: & carni & animæ vtilis est. Matrẽ ita vide: ne per illam aliam videre cogaris: quarum vultus cordi tuo hæreant: & tacitum viuat sub pectore vulnus. Ancillas quæ illi in obsequio sunt: tibi scias esse in insidijs. Quia quanto vilior earũ conditio est: tanto facilior ruina est. Et Iohannes baptista sanctã matrẽ habuit: pontificisq; filius erat: & tamen nec matris affectu: nec patris opibus vincebatur: vt in domo parentũ cum periculo viueret castitatis. Viuebat in eremo: & oculis X desiderantibus Christũ nihil aliud dignabatur aspicere. Vestis aspera: zona pellicea: cibus locustæ: melq; siluestre: omnia virtuti & continentiæ præparata. Filij prophetarũ (quos monachos in veteri testamento legimus) ædificabant sibi casulas propter fluẽta Iordanis: & turbis vrbium derelictis: polenta & herbis agrestibus victitabant. Q; diu in patria tua es: habeto cellulam pro paradiso: varia scripturarũ poma decerpe: his vtere delitijs: harum fruere complexu. Si scandali
Mat.5. zat te oculus: pes: manus tua: proijce ea. Nulli parcas: vt soli parcas animæ tuæ. Qui viderit (inquit dominus) mulierẽ ad concupiscendũ eam: iam mœchatus est eam in corde suo. Quis gloriabitur castũ se habere cor? Astra non sunt munda in conspectu domini: Quãto magis homi-
Esa.34. nes quorũ vita tentatio est? Ve nobis: qui quotiens concupiscimus totiens fornicamur. Inebriatus est inquit gladius meus in cœlo: multo amplius in terra: quæ spinas & tribulos generat. Vas
1.Co.9. electionis in cuius ore Christus resonabat: macerat corpus suũ & subijcit seruituti: & tamen cernit naturalẽ carnis ardorẽ suæ repugnare sententiæ: vt quod non vult agere cõpellatur: & quasi vim patiens vociferat & dicit: Miser ego homo: quis me liberabit de corpore mortis huius? Et
Mat.12. ne tu arbitraris absq; lapsu viuere posse? Nisi omi custodia seruaueris cor tuũ: & cum saluatore dixeris: Mater mea & fratres mei hi sunt: qui fatiunt voluntatẽ patris mei. Crudelitas ista pietas est. Immo quid tã piũ sanctæ matri: q; sanctũ filiũ custodire? Optat & illa te viuere: & non videre ad tẽpus: vt semp cũ Xpo te videat. Anna nõ sibi samuelẽ sed tabernaculo genuit. Filij Ionadab qui vinũ & sicerã nõ bibebãt: qui habitabãt i tẽtorijs: & quas nox cõpulerat sedes habebãt: scribunt i psalmo q; primi captiuitatẽ sustinuerint: quia exercitu Chaldeorũ vastãte iudæã: vrbes introire cõpuisi sũt. Viderint qd alij sentiãt. Vnusquisq; enĩ suo sensu ducit. Mihi oppidũ carcer: & solitudo paradisus est. Quid desideramus vrbiũ frequentiã qui de singularitate censemur? Moyses vt præesset populo iudæorũ. xl. annis erudit in eremo: pastor ouiũ hoim factus est pastor. Apostoli de piscatione lacus Geneçareth: ad piscationẽ hoim transierũt. Tũc habẽtes patrẽ rhete: naũiculã secuti sunt dñm: protinus oia reliquerunt: portãtes quotidie crucẽ suã: & ne virgã quidẽ i manu habẽtes. Hoc dico: vt etiã si clericatus te titillat desideriũ: discas quod possis docere: & rõnabilẽ hostiã offeras Xpo: ne miles anteq; tyro: ne prius mgr sis q; discipulus. Non est humilitatis meæ neq; mẽsuræ iudicare de cæteris & de mistris ecclesiarũ sinistrũ quippiã dicere Habeant illi ordinẽ & gradũ suũ: quẽ si tenueris: quõ tibi i eo viuendũ sit: editus ad Nepotianũ liber edocere te poterit. Nũc monachi incunabula moresq; discutimus: & eius monachi qui liberalibus studijs eruditus: in adolescentia iugum Christi collo suo imposuit. Primumq; tractandum est: vtrum solus an cum alijs i monasterio viuere debeas. Mihi quidem placet vt habeas sa-

Y crum cõtuberniũ: nec ipse te doceas: & absq; doctore ingrediaris viam: quã nunq; ingressus es: statimq; tibi in partem alterã declinandũ sit: & errori pateas. Non plus aut minus ambules q̃ ne cesse est: vt currens lasseris: moraſq; faciens obdormias. In solitudine subrepit superbia: Et si pa rumper ieiunauerit: hoiemq; nõ viderit: putat se alicuius esse momenti. Oblituſq; sui vnde & q̃ venerit: intus corde: foris linguavagatur. Iudicat cõtra apostoli volũtatem alienos seruos: Quo gula popoſcerit porrigit manũ: dormit q̃tum voluerit: nullũ vereť: facit qđ voluerit: omnes infe riores se putat: crebriusq; in vrbibus q̃ in cellula est: & inter fratres simulat verecũdiam: qui pla tearum turbis collidit. Quid igit? Solitariã vitã reprehẽdimus? Minime: quippe quã sæpe lau dauimus. Sed de ludo monasterioꝝ huiuscemodi volumus egredi milites: quos eremi dura ru dimenta nõ terreant: qui specimẽ cõuersatiõis suæ multo tempore dederint: qui omniũ fuerint minimi: vt primi omniũ fierent: quos nec esuries aliquãdo: nec saturitas superauit: Qui pauper tate lætanť: Quoꝝ habitus: sermo: vultus: incessus: doctrina virtutũ est: qui nesciũt scđm quos dam ineptos homies dæmonũ pugnantiũ cõtra se portenta cõfringere: Vt apud imperitos & vi les hoies miraculũ sui faciãt: Et exinde lucra sectenť. Vidimus nuper & planximus Crœsi opes vnius morte deprehẽsas: vrbisq; stipes quasi in vsum pauperũ cõgregatas stirpi & posteris de relictas. Tunc ferrum qđ latebat in ꝑfundo: supnatauit aquæ: & inter palmaꝝ arbores myrrhæ amaritudo monstrata est. Nimirũ talem & socium & magistrũ habuit: qui egentiũ famem suas facit esse diuitias: & miseriẽ derelicta in suã miseriã detinuit. Quoꝝ clamor tandem peruenit ad cœlũ: & patientissimas dei vicit aures: vt missus angelus pessimus Nabal Carmelo diceret. Stul Luce.12. tæ hac nocte auferent animã tuã a te: quæ autem præparasti: cuius erunt? Volo ergo te & ꝑpter causas quas supra exposui: nõ habitare cum matre: & præcipue ne aut offerentẽ delicatos cibos renũciando cõtristes. Aut si acceperis: oleum igni adijcias: & inter frequentiã puellaꝝ per diem Z videas: qđ noctibus cogites. Nunq; de manu & oculis tuis recedat liber: discať psalteriũ ad ver bum: oratio sine intermissiõe: vigil sensus: nec varijs cogitatõibus patens. Corpus pariter & ani mus tendať ad dñm. Iram vince patientia: Ama scientiã scripturaꝝ: & carnis vitia non amabis: nec vacet mens tua varijs perturbatõibus. Quæ si pectori insederint: dñabunť tui: & te deducẽt ad delictũ maximũ. Fac & aliquid operis: vt te semper diabolus inueniat occupatũ. Si apostoli habentes potestatẽ de euangelio viuere laborabãt manibus suis: ne quem grauarent: & alijs tri buebant refrigeria: quoꝝ ꝑ spiritalibus debebant metere carnalia: Cur tu in vsus tuos succesſu ra nõ præpares? vel fiscellã texe iunco: vel canistrũ lentis plecte viminibus. Serať humus: areo læ æquo limite diuidanť: in quibus cum holerũ iactata fuerint semina: vel plantæ per ordinẽ po sitæ: aquæ ducanť irriguæ: vt pulcherrimoꝝ versuũ spectator assistas.

Ecce supercilio cliuosi tramitis vndam
Elicit: illa cadens raucum per leuia murmur
Saxa ciet: scatebrisq; arentia temperat arua.

Inseranť infructuosæ arboris vel gẽmisvel surculis: vt paruo post tempore laboris tui dulcia po ma decerpas. Apum fabricare aluearia: ad quas te mittant Salomonis ꝑuerbia & monasteriorũ ordinẽ: ac regiam disciplinã in paruis disce corporibus. Texanť & lina capiendis piscibus: scri banť & libri: vt & manus operenť cibũ: & animus lectione saturetur. In desideriis est omnis ocio sus. Aegyptioꝝ monasteria hunc morem tenent: vt nullũ absq; operis labore suscipiant: nõ tam ꝑpter victus necessaria: q̃ ꝑpter animæ salutem. Ne vageť pernitiosis cogitatõibus mens: & in star fornicantis Hierusalẽ omni transeunti diuaricet pedes suos. Dum essem iuuenis: & solitudi nis me deserta vallarent: incentiua vitioꝝ ardor ẽq; naturæ ferre nõ poterã: quem cum crebis ie ieiunijs frangerẽ: mens tamen cogitatiõibus æstuabat. Ad quã edomãdã: cuidã fratri: qui ex he bræis crediderat: me in disciplinã dedi: vt post Quintiliani acumina: Ciceroniscq; fluuios: graui A tatẽq; frõtõis: & lenitatẽ Plinij: alphabetũ discerẽ: strideẽtia anhelãtiaq; ẏba meditarer. Quid ibi laboris insumpserim: quid sustinuerim difficultatis: quotiens desperauerim: quotienscq; cessaue rim: & cõtentione discendi rursus incœperim: testis est cõscientia tam mea qui passus sum: q̃ eo rum qui mecũ duxerunt vitã. Et gratias ago dño: q̃ de amaro semine lr̃aꝝ dulces fructus capio Dicam & aliud: quod in ægypto viderim. Græcus adolescens erat in cœnobio: qui nulla cõtinẽ tia: nulla operis magnitudine flãmam poterat carnis extinguere. Hunc periclitantẽ pater mona sterij hac arte seruauit. Imperat cuidã viro graui: vt iurgijs atq; cõuitijs insectaretur hoiem: & post irrogatã iniuriã primus venit ad quærimoniã. Vocati testes ꝑ eo loquebanť: Qui cõtumeliã fe cerat: flere ille cæpit contra mẽdaciũ. Nullus alius credebat vere veritati: Solus pater defẽsionẽ suã callide studuit opponere: ne abundãtiori tristicia absorberetur frater. Quid multa? ita annus

ductus est. Quo expleto interrogatus adolescens: super cogitatiõibus pristinis: an adhuc molestiæ aliquid sustineret. Pape inquit: Viuere mihi nõ licet: & fornicari libet? O si solus fuisset: quo adiutore superasset? Philosophi sæculi solent amorẽ veterẽ amore nouo quasi clauum clauo expellere. Q d' & assuero regi septem principes fecere persarũ: vt Vasthis reginæ desideriũ aliarũ puellarũ amore cõpescerent. Illi vitium vitio: pctm̃q; pctõ remediant: nos amore virtutũ vitia superamus. Declina a malo: & fac bonũ. Quære pacem: & ꝑsequere eam. Nisi oderimus malũ: bonũ amare nõ possumus. Quin potius faciendũ est bonũ: vt declinemus a malo. Pax quærenda est: vt bella fugiamus. Nec sufficit eam quærere: nisi inuentã fugientẽq; omni studio ꝑsequamur: quæ exuperat omnẽ sensum: in qua habitatio dei est. Dicente ꝓpheta: Et factus est in pace
Ro.12. locus eius. Pulchreq; persecutio pacis dicit: iuxta illud apostoli. Hospitalitatẽ persequentes: vt nõ leui vsitatoq; sermone. Et vt ita loquar: Sũmis labijs hospites inuitemus: sed toto mentis ardore teneamus quasi auferentes secum de lucro nostro & cõpendio. Nulla ars absq; magistro discitur. Etiã muta animalia & ferarũ greges ductores sequunt suos. In apibus principes sunt. Grues vnam sequunt ordine litterato. Imperator vnus. Iudex vnus ꝓuinciæ. Roma vt cõdita est: duos fratres simul reges habere non potuit: & parricidio dedicat. In Rebeccæ vtero Esau & Iacob B
bella gesserũt. Singuli ecclesiarũ epi: singuli archiepi: singuli archidiaconi: & omnis ordo ecclesiasticus suis rectoribus nitit. In naui vnus gubernator: in domo vnus dñs: in quouis grandi exercitu vnius signũ expectat. Et ne plura replicãdo fastidiũ legenti faciã: per hæc omnia ad illud tendit oratio: vt doceã te nõ tuo arbitrio dimittendũ: sed viuere debere in monasterio sub vnius disciplina patris cõsortioq; multorũ: vt ab alio discas humilitatẽ: ab alio patientiã. Hic te silentiũ ille doceat mansuetudinẽ: nõ facias qd' vis: comedas qd' iuberis: habeas q̃tum acceperis: operis tui pensa persoluas: subijciaris cui nõ vis: lassus ad stratum venias: ambulãsq; dormites: & necdum expleto somno surgere cõpellaris. Dicas psalmũ in ordine tuo: in quo non dulcedo vocis:
1.Co.14. sed mentis affectus quærit. Dicente apl'o: Psallã spiritu: psallã & mente: Et cantãtes in cordibus vestris. Legerat enim esse præceptũ: Psallite sapienter. Seruias fratribus: & hospitũ pedes laues: passus iniuriã taceas: præpositũ monasterij timeas vt dñm: diligas vt parentẽ. Credas tibi salutare quicquid ille præceperit: nec de maioris snia iudices: cuius officij ẽ obedire & implere quæ
Deut.6. iussa sunt. Dicente Moyse: Audi israel & tace. Tantis negocijs occupatus: nullis vacabis cogitationibus: & dum ab alio transis ad aliud: opusq; succedit operi: illud solum mente tenebis: quod agere cõpelleris. Vidi quosdã: qui post q̃ renũciauere sæculo: vestimẽtis dũtaxat & vocis ꝓfessione nõ rebus nihil de pristina cõuersatiõe mutasse. Res familiaris magis aucta per iminuta: eaC
dem ministeria seruulorũ: idem apparatus cõuiuij. In vitro & patella fictili aurũ comedit: & inter turbas & examina ministrorũ nomen sibi vendicant solitarij. Qui vero pauperes sunt & tenui substantiola: videnť q; sibi scioli: põparũ ferculis similes ꝓcedunt ad publicũ: vt caninã exerceant facundiã. Alij sublatis in altum humeris: & intra se nescio quid coruicãtes: stupentibusq; in terra oculis tumenta verba trutinãt: vt si præconẽ addideris: putes incedere præfecturũ. Sunt qui humore cellarũ imoderatisq; ieiunijs: tædio solitudinis ac nimia lectiõe: dum diebus ac noctibus auribus suis ꝓsonant: vertunt in melãcoliã: & Hippocratis magis fomentis q̃ nostris monitis indigẽt. Plericq; artibus & negociatõis pristinis carere nõ possũt: mutatisq; nõibus institorũ eadem exercent cõmertia: nõ victũ & vestitũ qd' apl'us præcipit: sed maiora q̃ sæculi hoies æmolumenta sectãtes: & prius quidã ab ædilibus quos græci appellãt vendentiũ coercebat rabies: nec erat impune pctm̃. Nunc aũt sub religionis titulo exercent iniusta cõpendia & honor nõis christiani fraudẽ magis facit q̃ patit: qd' pudet dicere. Sed necesse est: vt saltem sic ad nostrũ erubescamus dedecus publice extendentes manus: pãnis aurũ tegimus: Et cõtra omnium opinionẽ plenis sacculis morimur diuites: qui quasi pauperes viximus. Tibi cum in monasterio fueris: hæc nõ licebit: & inolescẽte paulatim cõsuetudine: qd' primũ cogebaris: velle incipies: & delectabit te labor tuus: oblitusq; præteritorũ semper priora sectaberis: nequa q̃ cõsiderans quid alij mali faciant: sed quid boni tu facere debeas. Neq; vero peccantiũ ducaris multitudine: & te prætereuntiũ turba sollicitet: vt tacitus cogites. Quid ergo omes peribunt: qui in vribibus habitãt? Ecce illi fruunt suis rebus: ministrãt ecclesijs: adeunt balneas: vnguẽta non spernũt: & tñ in omniũ flore versant. Ad qd' & ante respõdi: & nunc breuiter respõdebo: me in præsenti opusculo: nõ de clericis disputare: sed monachũ instituere. Sancti sũt clerici: & omniũ vita laudabilis. Ita ergo age: & viue i monasterio: vt clericus eẽ merearis: vt adolescẽtiã tuã nulla sordes cõmaculet: vt ad altare Christi quasi de thalamo virgo ꝓcedas: & habeas de foris bonũ testimoniũ: fœminæq; nomen tuũ nõ nouerint: & vultũ tuũ nesciãt. Cum ad perfectã ætatem vene-

neris(si tamen comes vita fuerit:& te vel populus vel pontifex ciuitatis in clericũ elegerint)agi-
to quæ clerici sunt:& inter ipos sectare meliores:quia in omni cõditiõe & gradu optimis mixta
D sunt pessima.Ne ad scribendũ cito ꝓsilias:& leui ducaris insania.Multo tempore disce qd' doce
as:Ne credas laudatoribus tuis,imo irrisoribus aurem,ne libenter accõmodes:qui cum te adula
tionibus fouerint:& quodãmodo impotẽ mentis effecerint:si subito respexeris:aut ciconiaꝝ de
prehendes post te colla curuari:aut manu aures agitari asini:aut æstuantem canis ꝓtendere lin-
guam.Nulli detrahas:nec in eo sanctũ putes:si cæteros laceres.Accusamus sæpe qd' facimus:
& cõtra nosmetipos diserti:in nostra vitia inuehimur:muti de eloquẽtibus iudicantes.Testudi
neo Grũnius incedebat ad loquendũ gradu:& per interualla quædã vix pauca verba carpebat:
vt eum putares singultire nõ ꝓloqui.Et tamen cum mensa posita librorꝝ exposuisset struem:ab
ducto supercilio cõtractisq; naribus:ac fronte rugata:duobus digitulis concrepabat:hoc signo
ad audiendũ discipulos,ꝓuocans:tunc nugas merasfundere:& aduersum singulos declamare.
Creticũ diceres esse Longinũ,Censorinũq; Romanæ facũdiæ notare quem vellet:& de senatu
doctorꝝ excludere.Hic bene nũmatus plus placebat in prandijs:Nec mirum:qui multos in esca
resolutus:increpare solitus erat.Factoq; cuneo circũstrepentiũ garrulorꝝ ꝓcedebat in publicũ:
intus Nero:foris Cato:Totus ambiguus:vt ex cõtrarijs diuersisq; naturis vnũ monstrũ,nouãq;
bestiam diceres esse cõpactam:iuxta illud poeticum.

Prima leo:postrema draco:media ipsa chimæra.

Nunq̃ ergo tales videas:nec huiusmodi hoĩbus aplicẽris:Nec declines cor tuũ in verba malitiæ
& audias:Sedens aduersus fratrẽ tuũ loquebaris:& aduersus filiũ matris tuæ ponebas scanda- ps.49.
lum.Et iterũ:Filij hominũ dentes eorꝝ arma & sagittæ.Et alibi:Mollita sunt sermões eius super ps.56.
oleum & ipi sunt iacula.Et apertius in Ecclesiaste:Sicut mordet serpens in silentio:sic qui fratri ps.54.
suo occulte detrahit:sed dicis:Ipse nõ detraho:alijs nõ loquentibus quid facere possum? Ad ex Eccs.10
cusandas excusatiões in peccatis ista prætendimus.Christus arte non illudit.Nequaq̃ mea:sed Gal.6.
apostoli snia est.Nolite errare:deus nõ irridet.Ille in corde:nos videmus in facie.Salomon loq Pro.25.
tur in Prouerbijs:Ventus Aquilo dissipat nubes:& vultus tristis linguas detrahentiũ.Sicut eni
sagitta si mittat cõtra durã materiã:nõnunq̃ in mittentẽ reuertit:& vulnerat vulnerantẽ:illudq;
cõplet:Facti sunt mihi in arcũ prauũ.Et alibi:Q ui mittit in altũ lapidẽ:recidet in caput eius:ita ps.77.
E detractor cum tristem faciem viderit audiẽtis:imo ne audientis quidẽ:sed obturãtis aures suas Eccī.27.
ne audiat iudiciũ sanguinis:illico cõticescit:pallet vultus:hærent labia:saliua siccat.Vnde idem
vir sapiẽs:Cum detractoribus inquit ne cõmiscearis:qm repente veniet perditio eorꝝ: & ruinã Pro.24
vtriusq; quis nouit?Tam scilicet eius qui loquit:q̃ illius qui audit loquẽtẽ.Veritas angulos nõ
amat:nec quærit susurrões.Timotheo dicit:Aduersum presbyterũ accusationẽ cito nõ recepe 1.Thi.5.
ris:peccantẽ autẽ corã oĩbus argue:vt cæteri metũ habeant.Non est facile de perfecta ætate cre
dendũ:quã vita præterita defendit:& honorat vocabulũ dignitatis.Verũ quia hoies sumus:&
interdũ cõtra annorꝝ maturitatẽ pueorꝝ vitijs labimur:si me vis corrigere delinquentẽ:aperte
increpa:tm ne occulte mordeas:Corripiet me iustus in misericordia:& increpabit me.Oleũ au
tem pctoris nõ impinguet caput meũ.Q uem eni diligit dns corripit:castigat autẽ omnẽ filium Heb.12.
quem recipit.Et per Esaiã clamat dns:Populus meus qui beatos vos dicunt:seducũt vos:& se- Esa.9.
mitas pedum vestrorꝝ supplantant.Quid eni mihi ꝓdest:si alijs mala referas mea?si me nescien
te peccatis meis:imo detractoĩbus tuis alterũ vulneres:& cõcertatim oĩbus narrans sic singulis
loquaris quasi nihil dixeris alteri?Hoc ẽ nõ emẽdare:sed vitio tuo satisfacere.Præcipit dns pec Mat.18
cantes in nos argui debere secreto:vel adhibito teste:&si audire noluerint:referri ad ecclesiã:ha
bendosq; in malo ptinaces quasi ethnicos & publicanos.Hæc expressius loquor:vt adolescen-
tem meũ & linguæ & auriũ prurigine liberẽ:vt renatũ in Christo sine ruga & macula quasi pu-
dicam virginẽ exhibeã castam tam mente q̃ corpore:ne solo noie glorier:& absq; oleo bonorũ
operũ extincta lampade excludat a sponso.Habes ibi sanctũ doctissimũq; pontificẽ Proculũ:q
viua & præsenti voce nostras schedulas superet:q̃tidianis tractatibus iter tuũ dirigat:nec patia
tur te in partem alterã declinando viam relinquere regiã: per quã israel ad terrã repromissionis
ꝓperans:se transiturũ esse ꝓmittit.Atq; vtinã exaudiat vox ecclesiæ implorãtis:Dñe pacem tu
am da nobis.Omnia enī dedisti nobis.Vtinã qd' renũciamus sæculo volũtas sit:nõ necessitas:
& paupertas habeat expedita gloriã:nõ illata cruciatũ.Cæterũ iuxta miserias huius tpis & vbi-
q; gladios sæuientes satis diues est:qui pane nõ indiget.Nimiũ potens est:qui seruire nõ cogit.
Sanctus exuperius Tolosæ eps:viduæ Saraptenis imitator esuriens:pascit alios:&ore pallente
ieiunijs;fame torquet aliena;omnẽq; substantiã Christi visceribus erogauit.Nihil illo ditius:q

corpus domini caniſtro vimeneo ſanguinem portabat in vitro: Qui auaritiam eiecit de templo Qui abſq; funiculo & increpatõe cathedras vendentiũ colũbas: id eſt dona ſanctiſpiritus menſaſq; ſubuertit mãonæ: & nũmulariorũ æra diſperſit: vt domus dei domus voceť orationis: & nõ latronũ ſpelunca. Huius e vicino ſectare veſtigia: & cæterorũ qui virtutũ illius ſimiles ſunt: quos ſacerdotium humiliores facit & pauperes. Aut ſi perfecta deſideras: Exi cum Abraam de patria tua & cognatione tua: & perge quo neſcis. Si habes ſubſtantiã vende: & da pauperibus: Si non habes: grandi onere liberatus es: nudum Chriſtum nudus ſequere. Durum: grande: difficile: ſed magna ſunt præmia.

Sermo beati Hieronymi ad fratres de vigiliarũ ſanctitate: vbi in eos inuehens: qui ſacras vigilias ſuperfluas ac infructuoſas putant illarũ antiquitatẽ: auctoritatẽ atq; vtilitatem teſtimoniis & exemplis ſcripturarũ oſtẽdit: Quæ quoniã ad omnem ſed præcipue ad monaſticã pertinet diſciplinam: hutc rractatui inſeriť.

EPISTOLA .XL.

Ignũ eſt fratres aptũq; ꝓrſus ſatiſq; cõueniens de ſanctis vigiliis nunc dicere: & ꝓfer F
d re ſermonem: quãdo ipſa lucubratio exigiť a ſollicitis. Nox ecce eſt caligo corporis: quæ nõ ſolum homines: ſed etiã cunctos ſomno detinet animãtes: vt reformatis viribus per ſoporẽ poſſint diuturnos labores ſuſtinere viuentes. Bonus deus: qui ita proſpexit: ita cõſtituit: vt homo exiturus ad opus ſuum & ad operationẽ ſuam vſq; ad veſperã haberet vicarium tempus: in quo duris laboribus & multa fatigatiõe requieſcere præſtitit. Nouimus autem multos hominũ vt aut maioribus ſuis placeant: aut ſibi aliquid peculiariter proſint noctis particulã ad aliquod opuſculũ ſegregare id ꝓ lucro ducere quod furati de ſopore ſuo operari potuerint. A Salomone vero laudať & fœmina: quæ penſa & lanificiũ & lucernã vigilanter
Pro.31. exercet. Addidit etiam ꝙ ex hoc laus viro eius in portis & gloria magna naſcať. Quod ſi in carnalibus inſtrumentis: id eſt victui aut veſtitui neceſſariis: Qui vigilat nõ reprehenditť: ĩmo laudatur: & mirarí me fateor eſſe aliquos qui ſacras vigilias tam ſpirituali opere fructuoſas orationibus hymnis lectionibuſq; fœcundas: aut ſuperfluas æſtimant: aut ocioſas: aut quod his eſt deteríus importunas. Et quidem ſi ſunt hoĩes a religione noſtra alieni qui iſta ſic ſentiant: nõ eſt mirum. Quomodo enĩ ꝓphanis religioſa placere poſſũt: quibus ſi placerẽt noſtri eſſent: Quia ſumus vtiq; chriſtiani. Si vero noſtri ſunt quos vigiliarũ ſalutifer actus defendit: vt nihil de his deteríus ſuſpices: Aut pigri ſunt: aut ſomniculoſi: aut quod is eſt ꝓximũ ſenes vel infirmi. Si pigri
Pro.6. ſunt: erubeſcant: quia illis inſonant verba Salominis. Vade ad formicã o piger: & æmulare vias eius. Si ſomniculoſi ſunt expergiſcanť: ſcriptura ꝓclamante: O piger quouſq; dormis? Quãdo
Vbi ſuꝑ autem de ſomno ſurges: paululũ quidẽ dormis: modicũ ſedeas: puſillũ autem dormitas: puſillũ vero cõplecteris manibus pectus. Deinde ſupueniet tibi tanq̃ viator paupertas: inopia tanq̃ bonus & leuis curſor cito veniet. Si ſenex es: quis te cõpellit vt vigiles? quanq̃ & nõ cõpulſus pro ætate tamen vigilas. Et ſi ſtare nõ potes: & tuam cogitas impoſſibilitatẽ: nõ debes iuuenes & valentes ad tuum reuocare torporẽ: ꝙ ꝓpter varias tentatiões iuuentutis ſeipos ꝓ penſioribus macerare debent vigiliis. Si vero infirmus es mẽbris: qd' facere nõ potes noli reprehẽdere. Immo riga & tu ſcd'm ꝓphetam lachrymis ſtratum tuum. Et dic: Sic memor fui tui ſuper ſtratum meũ: Iunge te etiã vigilantibus vt te ſuis præcibus iuuent: quo adiutus a dño ſuper lectum doloris tui
ꝑs.62. canere poſſis. Et tu aliquãdo mereaŕis dicere: In matutinis meditabor in te: qa fuiſti adiutor meus. Alioquin ſtultũ & ſatis extraneũ eſt: vt quia ipſi currere nõ valemus bene currentibus deroꝫgamus. Nam & ſi nõ poſſumus debemus cõgratulari potentibus. Sic enim vt de conſenſu malitiæ participať cum facientibus pœna: ſic participatio gloriæ ſperanda eſt de cõſenſione bonitatis. Alios enim effectus coronat: alios voluntas pia lætificat: Nec ſane oneroſum vel difficile videri debet etiã delicatis corporibus in ſeptimana duarũ noctiũ: id eſt ſabbati atq; dñicæ portionẽ aliquã dei miniſterio deputare. Iſta enĩ quaſi purificatio eſt dierũ. v. vel noctiũ: qbus ſtupore carnali ingraueſcimus: aut mũdanis actibus oſcitamus. Nec erubeſcãt aliqui in bono ſtudio ſanctitatis: cũ nõ erubeſcãt ĩ ꝓpetrãdo ope fœditatis. Merito ergo ſcriptura ĩ ꝓuerbiis ĩgerit. Eſt cõfuEccs.4. ſio quæ ducit ad peccatũ. In bono enĩ opere cõfundi pctm eſt: ſicut in malo faciendo nõ cõfundi pernities eſt. Si ſanctus es: ama vigilias: vt theſaurũ tuũ vigilando cuſtodias: ipe in ſanctitate ſeraueris. Si peccator es: magis curre. vt vigilando & orando purgeris: dum tunſo pectore frequen
ꝑs.18. tius clamas. Ab occultis meis munda me: & ab alienis parce ſeruo tuo. Qui enim iam ab occultis deſiderat emũdari: neceſſe eſt vt eum nõ delectet iſtis miſeriis inquinari. Res exigit chariſſimi: vt de auctoritate vigiliarũ & antiquitate deq; ipſa vtilitate pauca dicamus. Magis enim quilibet labor ſuſcipiť: ſi ante oculos ꝓponať vtilitas. Antiqua eſt vigiliarũ deuotio: familiare bonũ

omnibus ſanctis. Eſaias denicꝫ ꝓpheta clamat ad deū. De nocte vigilat ſpiritus meus ad te deus quoniã lux præcepta tua ſuper terram. Dauid regio & ꝓphetico ſanctificatus vnguento: ita canit: Dñe deus ſalutis meæ: in die clamaui & nocte coram te. Et in alio pſalmo: Memor fui nocte nominis tui dñe: & cuſtodiui legem tuam. Sed forſitan in lectulo ſuo poſitus hæc cantabat. Qđ aliquanti pigriores ſufficere putauerũt: ſi tantũ in ſtratu ſuo aut ore vnuſquiſqꝫ aut pſalmũ forte ſubmurmuret. Quod quidem & ipm bonum eſt dei ſemper: & vbicꝫ meminiſſe ſalutare eſt. Sed ꝙ ſit melius exurgentẽ cõſpectui diuino aſſiſtere: accipe eiuſdẽ ꝓphetæ aliã vocem: quæ & tempus & locũ & habitũ deprecãtis oſtendit. In noctibus extollite manus veſtras in ſancta: & benedicite dñm. Et ne veſpertinas tantũ horas noctis æſtimes appellatas: occurrit & dicit: Media nocte ſurgebã: vt cõfiterer tibi ſuper iudicia iuſticiæ tuæ. Habes & tempus expreſſum exurgendi: & ſollicitudinẽ quomõdo deo cõfitearis oſtenſam. Adhuc cõſiderãti mihi intenſionẽ ſancto rum: maius aliquid & laborioſius occurrit: & vltra humanæ naturæ cõditõe ſuggerit: cum eundem audio ꝓphetã alio pſallentẽ. Si aſcẽdero in ſtratum lecti mei: Si dedero ſomnũ oculis meis G & palpebris meis dormitationẽ & requiẽ temporibus meis: donec inueniã locũ dño: tabernaculum deo Iacob. Quis enĩ tm ſtupeat dei amorẽ: animi deuotionẽ: vt ſomnũ ſibi ſine quo humana vticꝫ corpora deficiant penitus interdixerit: donec locum ad templũ dño fabricandũ rex & ꝓpheta reciperet? Quæ res nos debet firmiter admonere: vt ſi ipſi locus dñi eſſe volumus: & tabernaculũ eius ac templũ cupimus haberi perpetuũ. Sicut Paulus aſſerit: dicens: Vos eſtis templum dei viui: inq̃tum poſſumus exemplo ſãctorꝫ vigilias diligamus: ne de nobis dicat: vt pſalitur: Dormierũt ſomnũ ſuũ: & nihil inuenerũt. Quin potius gratulabũdus vnuſqſqꝫ iam dicat: In die tribulatõis meæ deum exquiſiui manibus meis nocte corã eo: & nõ ſum deceptus: Quia bonum eſt cõfiteri dño: & pſallere nomini tuo altiſſime: Ad annũciandũ mane miſericordiã: & veritatẽ tuã per noctem. Hæc & huiuſmodi tanta ac talia ideo ſancti illi cecinerũt: & ſcripta reliquerunt: vt nos eorꝫ poſteri patribus excitaremur exemplis ad celebrãdas etiã noctibus ſalutis noſtræ excubias. Sed a veteribus veniamus ad noua: de miniſtris legis ad miniſtros euangelij: de nouo etiã teſtamento vigiliarꝫ gratia cõſignet. Anna Phanuelis filia vidua cõtinuis orationibus & ieiunijs dño ſeruiens: nõ diſceſſiſſe de templo die ac nocte in euangelio legit: Paſtores illi ſanctiſſimi dum ſuper greges ſuos nocturnas exercent vigilias: & angelos & Xpm natum in terris primum audire meruerunt. Iam vero inſtituto ſaluatoris noſtre tota ad vigilandũ auditores exuſcitat: ſiue parabola boni ſeminatoris dicendo: Dum dormirẽt homines venit malus homo: & ſuper ſeminauit zizania in triticũ: & abijt: Quod ſi nõ dormiſſent nec malus fortaſſe zizania ſeminare potuiſſet: ſiue cum dicit: Sint lũbi veſtri præcincti: & lucernæ ardẽtes in manibus veſtris: & vos ſimiles hominibus expectantibus dñm ſuum quando reuertat a nuptijs. Beati ſerui illi quos cũ venerit dñs inuenerit vigilantes. Et ſi veſpertina hora venerit: ſi media nocte: ſi galli cantu: & inuenerit eos vigilantes beati ſunt. Illud autẽ ſcitote quia ſi ſciret paterfamilias: qua hora fur veniret: vigilaret vticꝫ: & nõ ſineret perfodi domũ ſuã. Itaqꝫ & vos eſtote parati: quia qua hora nõ putatis filius hois venturus eſt. Nec ſolũ verbis docuit vigilias: ſed etiã docuit exemplo. Nancꝫ tota nocte ſtatur in euangelio: Quia erat Ieſus ꝓnoctans in oratione dei. Pernoctabat dñs: nõ ſibi: ſed vt ſcirent ſerui inopes & infirmi quid agere deberent: quando dñs dies in orationibus nec vllius indigens q̃ fortiſſimus per noctem in oratione duraret: Sic & increpat Petrum in tempore paſſionis: dicens: Non potuiſti vna hora vigilare mecum? Et ad omes iam dicit: Vigilate inquit & orate: ne intretis in tentatioẽ. Hæc verba & eiuſmodi exempla: oro vos quã nõ de ꝓfundo etiã ſomno & morti ſimillimo valeant ſuſcitare? His inſtructi ſermonibus: his cõfirmati documẽtis beati apoſtoli & ipſi vigilarũt: & vigilias imperarũt. Petrus ab angelo in carcere ſuſcitat: & ipſo reſerante portam ferream in domũ Mariæ peruenit: vbi erant multi cõgregati nõ ſtertentes vticꝫ ſed orantes. Idem in ſua epiſtola ponit ac dicit: Sobrij eſtote: ac vigilate: quia aduerſarius veſter diabolus tanq̃ leo rugiens circuit quærens quẽ deuoret. Paulus & Syllæas in cuſtodia publica circa medium noctis orantes hymnũ audientibus vinctis dixiſſe memorant. Vbi repente terræ H motu cõcuſſis carceris fundamẽtis & ianuæ ſponte aptæ: & omniũ vincula ſũt ſoluta: Idem beatus apoſtolus a Troade ꝓfecturus ſermonẽ ducebat vſqꝫ ad mediã noctem: accenſis laternis q̃pluribus in cœnaculo. Ex qua Euthycus adoleſcens ſomno oppreſſus diſputante Paulo ꝓlixius: a feneſtra deductus cecidit de tertio tecto: & ſublatus & mortuus eſt: quo ſtatim reddito vitæ vſqꝫ ad lucem ſermocionatus deo gubernãte profectus eſt. Qẽplene idem q̃qꝫ copioſe ſup excendis vigilijs adhortatus Theſſalonicẽſibus ſcribens ait: Itaqꝫ nõ dormiamus ſicut cæteri: ſed vigilemus & ſobrij ſimus. Nam qui dormiũt nocte dormiunt: & qui inebriant nocte ebrij ſunt

Eſa. 26. p̃s. 87. p̃s. 133. p̃s. 118. 2. Cor. 6 p̃s. 131. p̃s. 26. Mat. 13 Luce. 12 Mat. 26. Act. 12 1. Pe. 5. Act. 16 1. Theſ. 5

Nos autem qui dei sumus: sobrij sumus. Mire cōcludit: siue vigilemus: siue dormiamus: simul
1. Cor. 16 cum illo viuamus. Ad Corinthios autem: Vigilate statim in fide: cōfortamini viriliter agite. Sic & ad Ephesios scribit: Orantes in omni tempore in spiritu: & in ipo vigilantis quoq; exemplū ponens in cathalogo virtutū suaꝝ functū se vigilijs multis apud Corinthios gloriat. Hæc sufficiant de antiquitate & auctoritate vigiliaꝝ. Supereſt in secundū ꝓmissum ordinē de eaꝝ vtilitate aliquid cōferamus: Qz q̄ sentiri magis possit per exercitiū ipa vtilitas: q̄ loquētis sermo narra
ps. 33. re. Gustandū enī videt quia suauis est dns: sicut scriptum est. Qui ergo gustauit intelligit: & sentit q̄tum pondus pectoris vigilando deponit: quantus mentis stupor excutitur: quanta lux animam vigilantis & orantis illustrat gratia: quæ visitatio mēbra vniuersa lætificat. Vigilando timor omnis excludit: fiducia nascit: caro macerat: vitia tabescūt: charitas roborat: recedit stultitia: accedit prudentia: mens acuitur: error obtundit: criminū caput diabolus gladio spiritus vulnerat. Quid hac vtilitate magis necessariū: quid istis lucris cōmodius: quid hac dilectiōe suauius: quid hac fœlicitate beatius: teste autem ꝓpheta: qui in principio psalmoꝝ suoꝝ beatum virum describēs sūmam beatitudinem eius in hoc versiculo collocauit. Si in lege domini meditatur die ac nocte. Bona est quidem diuturna meditatio: sed efficatior est nocturna: quia per diem necessitudines variæ obstrepūt: occupatōes distrahunt mentem: sensum duplex cura dispergit. Nox quieta: nox secreta opportunā se præbet orationibus: aptissimā vigilantibus: dum carnalibus occupatōibus expeditū collectū sensum intantū hominē diuinis cōspectibus sistit. Inde diabolus diuinaꝝ semper rerum callidus æmulator sicut ieiunia & virginitatē vana baptismata & inania suis cultoribus dedit: ita & hoc sanctū æmulatus officiū nocturna & vigilijs suis cum miserationibus addidit. Vnde iam nostri: si de suoꝝ institutōe non excidant ad habendas vigilias sacras vel in aduersa varietatis vsurpatōe cernentes alienas ad dei rebus non esse fateat: quas nisi æmularet iniquus ad deceptionē: nisi deo placitas esse cognosceret ad celebrātiū benedictionem. Tamen charissimi fratres: qui vigilat oculis vigilet & corde: qui orat spiritu oret & mente
Can. 5. quia valde inutile est oculis vigilare animo dormiente. Cum ecōtrario ex persona ecclesiæ scriptura testat. Ego inquit dormio: & cor meum vigilat. Curādū est etiam ne nimietate cibi vel potus vigilaturi pectus onerēt: ne cruditates eructantes & crapulam non solum ipsi nobis insuaues simus: sed gratiæ spiritus indigni iudicemur. Quidā nanq; vir inter pastores eximius: Sicut fumus inquit fugat apes: sic indigesta eructatio auertit & abijcit spiritus sancti charismata. Ergo tanq̄ diuino functuri ministerio ante nos per abstinentiā parare debemus: vt ingrauati expeditius vigilare possimus. Cogitatio quoq; mala pellat: ne male vigilantis oratio fiat: sicut legit in peccatū. Sunt enim ex maligno vigiliæ. Sicut in Prouerbijs legit: Quare ablatū est somnus ab oculis eoꝝ. Non enim dormiunt inquit nisi male fecerint. Absint fratres: absint ab hoc cōuentu tales vigiliæ. Sit potius vigilanti cū clausum diabolo: apertum Christo: vt quem labijs sonamus: corde teneamus. Tunc acceptabiles nostræ vigiliæ: tunc pernoctatio salutaris erit: si competenti diligentia & deuotione sincæra ministeriū nostrū & diuinis obtutibus offerunt. Hæc de vigiliarum auctoritate antiquitate: necnon vtilitate dicta sufficiant: Gratia domini nostri Iesu christi cum omnibus nobis amen.

Sequitur regula monachoꝝ ex varijs epistolis atq; tractatibus beati Hieronymi excerpta: & per quendā Lupum de oliueto Hispanū monachū in certis capitulis rubricisq; distincta: Quā Martinus quintus pontifex maximus approbauit. Et sua bulla scripta ipius ordinis ꝓfessoribus obseruandā tradidit: sicut exemplū bullæ infra subiectū ostendit.

EPISTOLA .XLI.

Artinus episcopus seruus seruoꝝ dei ad perpetuā rei memoriā: Et si ꝓ cunctoꝝ Chri-
m sti fidelium sequit quibus curam apostolatus officij gerimus statu salubriter dirigēdo & ampliando diligenter adhibeas solitudinis nostræ partes. Illos tibi affectuosiori ꝓsequimur charitate qui mundanis abiectis illecebris in humilitatis spiritu sedulo virtutum domino famulant. Vnde ea quæ pro illoꝝ sub vera religionis obseruantia stabiliēdo ꝓposito prouide emanasse cōperimus: vt firma illibataq; permaneāt libenter apostolico munimine roboramus. Nuper siquidem pro parte dilecti filij Lupi de oliueto ordinis monachoꝝ eremitaꝝ sancti Hieronymi generalis præpositi: nobis exposito q̄ dudum ipse & plærisq; alij ꝓfessores ordinis eiusdem sancti Hieronymi: sub regula sancti Augustini: tunc viuentis zelo deuotionis accensi ob frugem vitæ melioris arctius & perfectius qua regula distaret huiusmodi: & i vero statu monachali: quem ipse sanctus Hieronymus cum suis monachis & fratribus ꝓfessus fuisse: & in cō

mune obſeruaſſe perhibet viuere: & vt nomen gerebat eiuſdem ſancti. Sic eius vitam regulam & opera deſiderabant imitari. Iccirco ad huiuſmodi ordinis ſtabile potius fundamentū pro inſtitutione regulæ monachorum eremitarū ordinis ſancti Hieronymi ex diuerſis epiſtolis & tractatibus per dictum ſanctum Hieronymū editis: & per eccleſiam approbatis: nōnullāq; veram religionis doctrinam vitamq; monachalem: Quam idem ſanctus cum ſuis monachis & fratribus in eius vita in cōmuni quo ad ea quæ principalia ſunt ſtatus & vitæ monachalis p multa & vſq; ſui tempora oblitus obſeruauit: & aliquos alios obſeruare mouit cōtinentia: Lupus ipſe cōtraxerat: cōpilauerat: & velut in vnum corpus ſub certis titulis reduxerat: ſub quibus ipſe & plærique alij monachi & fratres dicti ordinis ex tunc in antea degere: & permanere: ac illa in regulā ſuſcipere ꝓponebant & affectabant. Nos tunc huiuſmodi ꝓpoſitum cōdignum & rationi cōſonum recenſentes huiuſcemodi regularem & monachalem obſeruantiā ipm ſanctum Hieronymum in vita eius obſeruandā merito laudantes & approbantes. Illamq; in dei eccleſia in ordinem monachalem attolli & obſeruari intenſis deſideriis affectantes eidem Lupo doctrinam & inſtituta monachalia eiuſdem ſancti Hieronymi ex eiſdem epiſtolis & tractatibus: prout per ipſum Lupum extracta compilata & reducta fuerant loco regulæ ſancti Auguſtini in regulam monachalem ordinis monachorum eremitarum dicti ſancti Hieronymi & eiuſdem ſancti vitam præfatam in ordinem huiuſmodi ſuſcipiendam: ac ipſam regulam dicti ſancti prioribus monachis fratribus & perſonis prædictis ſub ea viuere cupientibus: quos etiam ac ipſum Lupum poſtq̄ ſcd'm eandem regulam vota ſua principalia emiſiſſent a regulæ dicti ſancti Auguſtini obſeruātia extunc penitus abſolutos eſſe volumus: & decreuimus obſeruandā tradendi & publicandi plenam & liberam per alias noſtras litteras quas & earum tenores præſentibus haberi volumus pro expreſſis: conceſſimus facultatem: ac per eaſdem litteras voluimus: quod poſtq̄ idē Lupus regulam huiuſmodi tradidiſſet & publicaſſet: vt præfertur extunc ipſe: ac priores: monachi: fratres: & perſonæ prædicti ſcd'm illam vota ſua principalia religionis huiuſcemodi emittere profiteri: & viuere tenerentur. Ipſaq; regula ſic tradita & publicata robur obtineret perpetuæ firmitatis. Cum autem ſicut exhibita nobis nuper pro parte eiuſdem Lupi petitis: licet ipſe poſtmodum ad ſalutarem dicti ordinis monachalis inſtitutionem eiuſq; ſoliditatem incrementū prouide intendens præfatam vitam dicti ſancti Hieronymi monachalem in ordine huiuſcemodi eiuſq; doctrinam & inſtituta monachalia: prout ex epiſtolis & tractatibus prædictis per ipſum Lupum extracta compilata & redacta fuerunt: vt præfertur dictarum litterarum vigore loco dictæ regulæ ſancti Auguſtini in regulam ordinis monacharū Eremitarum huiuſcemodi aſſumpſerit & exerxerit atq; ſuſceperit: ipſamq; regulam prioribus: monachis: fratribus: & perſonis huiuſmodi ordinis ſub ea viuere cupientibus iuxta illius continentiam inuiolabiliter obſeruandam tradiderit publicauerit ac obſeruari decreuerit. Ipſiq; priores monachi & fratres vota ſua principalia ſecundum regulam huiuſcemodi in manibus dicti Lupi profeſſi fuerint. Illaq; de cætero vtentes ſcd'm eam regant & gubernent: ac ipſam in regulam eorum tanq̄ veram doctrinam monachalem ſancti Hieronymi laudantes & approbantes acceptarunt: & ſcd'm eam etiam monaſteria eiuſdem ordinis monachorum regunt atq; gubernāt. Idem tamen Lupus aſſumptionem: erectionem: ſuſceptionem: traditionem: publicationem: & decretū aliaq; præmiſſa ex certis cauſis dubitat viribus non ſubſiſtere pro parte dicti Lupi nobis fuit humiliter ſupplicatum: vt aſſumptioni: erectioni: ſuſceptioni: & publicationi: ac talis præmiſſis pro illorum ſubſiſtentia firmiori robur apoſtolicæ cōfirmationis adiicere de benignitate apoſtolica dignaremur. Nos igitur qui religionis ꝓpagationem & diuini cultus augmentum noſtris vigere temporibus intenſis deſideriis affectamus huiuſcemodi ſupplicationibus inclinati aſſumptionem: erectionem: ſuſceptionem & publicationē: & alia præmiſſa: ipamq; regulam prout inferius deſcribit: ac omnia & ſingula in ea cōtenta ac inde ſecuta rata habentes & grata: ea auctoritate apoſtolica ex noſtra certa ſcientia confirmamus: & præſentis ſcripti patrocinio cōmunimus: ſupplentes omnes defectus ſi qui forſitan interuenerint in eiſdem. Statuentes nihilominus harum ſerie: & etiam ordinantes q̄ de cætero Lupus ipſe eiuſq; ſucceſſores præpoſiti generales priores monachi fratres & ꝓfeſſores ac cōuentus & monaſteria dicti ordinis monachorum Eremitarum ſancti Hieronymi: quæ nunc ſunt & erunt in poſterum ꝓficeant vota ſua tria principalia religionis: ac etiam regant & gubernent per dictum Lupum eiuſq; ſucceſſores præpoſitos: ac viuere teneant ſcd'm regulā huiuſmodi eiuſq; continentiā & effectum: ac ipſius ſuſceptionem: traditionem: & publicationem: præfatas aliaq; inſtituta ordinis huiuſmodi regularia. Volumus inſuper atq; concedimus ad ſeruandas conſcientias profeſſorum huius ordinis: & pro ipſorum maiori quiete animorum. Quod ſi

qui professoꝝ huiusmodi dictam regulam seu aliqua de cõtentis in ea humana fragilitate aut in firmitate causante seu alias tam exacte, put traditur in eisdem non obseruauerint: non propterea mortalis peccati vinculo sint ligati: sed super suos superiores pro eorum excessu & trãsgressione ac modo culpæ iniungi valeat pœnitentia salutaris: quam suscipere & adimplere teneantur: non obstantibus cõstitutionibus apostolicis: ac prædicti & aliorum quorũcunq; ordinum statutis & cõsuetudinibus etiam iuramento confirmatione apostolica vel quacunq; firmitate alia roboratis cæterisq; cõtrarijs quibuscunq;: Tenor vero regulæ huiusmodi de verbo ad verbum sequitur: & est talis.

Capitula regulæ beatissimi Hieronymi excerptæ ex epistolis & opusculis suis.

Exhortatio. Capl̃m.i.
De obedientia. Cap̃.ij.
De tribus generibus monachorum. Cap̃.iij.
De castitate. Cap̃.iiij.
De paupertate. Cap̃.v.
De vtilitate paupertatis. Cap̃.vi.
De correctione & doctrina præsidentis. Cap̃.vij:
De solitudine. Cap̃.viij
De laudibus & vtilitate eremi. Cap̃.ix.
De periculo vitæ solitariæ. Cap̃.x.
De periculo habitandi in vrbibus. Cap̃.ix.
De abstinentia: præcipuæ a carnibus. Cap̃.xij.
De abstinentia philosophoꝝ antiquoꝝ: sacerdotũ: alioꝝq; sanctoꝝ. Cap̃.xiij.
De temperatis ieiunijs. Cap̃.xiiij.
De cõtemplatione: oratione: & lectione. Cap̃.xv.
De vigilijs. Cap̃.xvi.
De vestibus. Cap̃.xvij.
De laboribus manuum. Cap̃.xviij.
De laude religionis & inductione ad eam. Cap̃.xix.
De laude & detractione vitanda & periculis huius vitæ. Cap̃.xx.
De iuramento: vindicta: mendacio: stultiloquio ,phibendo. Cap̃.xxi
De patientia: recõciliatione: & mortuis nõ lugendis. Cap̃.xxij.
De tribulationibus & obprobrijs perferendis. Cap̃.xxiij.
De timore vltimi iudicij & defectu huius vitæ. Cap̃.xxiiij.
De virtute humilitatis & simplicitate & timenti animo vitando. Cap̃.xxv.
De humilitate Christi: quem imitari debemus. Cap̃.xxvi.
De iustitia & vitæ rectitudine. Cap̃.xxvij.
De fide: spe: & timore. Cap̃.xxviij.
De charitate & pace. Cap̃.xxix.
De infirmis & pauperibus recreandis. Cap̃.xxx.
De pœnitentia & misericordia dei. Cap̃.xxxi.
Conclusio & finis regulæ Cap̃.xxxij.

Incipit exhortatio ad capascendam monasticam disciplinam: ex varijs epistolis beati Hieronymi excerpta.

CAPITVLVM .I.

Fratres charissimi non queo quem mente concepi ore ꝓferre sermonem: & cordis lætitiam lingua non explicat. Hoc autem nõ solum ego patior qui cupio narrare quæ sentio: sed etiam & vos mecum patimini: plus exultantes in cõscientia q̃ in eloquio ꝓferentes. Cum itaq; nihil sit christiano fœlicius: cui promittunt̃ regna cælorũ. Nihil laboriosius: qui de vita quotidie periclitat̃: nihil eo fortius: qui vincit diabolum: nihil imbecillius: qui a carne superatur. Vtriusq; rei exempla sunt plurima. Latro credidit in cruce: & statim meretur audire. Luce.23. Amen dico tibi: hodie mecum eris in paradiso. Iudas vero de apostolatus fastigio in perditionis tartarum labit̃: & nec familiaritate cõmuni: nec intinctione buccellæ: nec osculi gratia frangitur: ne quasi hominẽ tradat: quem filium dei nouerat. Nos quidem parua dimisimus: grandia possidemus. Centuplicato fœnore Christi promissa reddunt̃. Hæc dicimus non tam tibi q̃ alijs sub tuo nomine: vt prima te fili fronte doceamus magna cœpisse: excelsa sectari: & adole-

ſcentiæ īmo pubertatis incentiua calcātem perfectæq; ætatis gradum ſcandere. Scis enī dogma noſtrum humilitatis tenere veſtigiū: & per ima gradientes ad ſūma nos aſcēdere. Igitur ſanctus mihi īnuocādus eſt ſpiritus: vt hoc ſuo ſenſu ore meo defendat. Non quidem campum rhetoricī deſideramus eloquiī: non dialecticorū tēdicula: & Ariſtotelis ſpineta cōquirīmus: Sed ad ſanctarum ſcripturarū grauitatē cōfugimus: vbi vulnerū vera medicīna eſt: vbi dolorū certa remedia. Verum quia memoria labiť: omniū quæ dixerimus deſideras cōmentariolū fierī: vt obliuionem lectio conſoleť. Ideo pauca quæ tibi reor fore neceſſaria: credidi ſubnectēda. Illico enī noſtra tendit oratio: vt quorū vnus eſt labor: vnum & præmium ſit. Nauigantes nanq; rubrum mare: in quo optandū nobis eſt: vt vetus Pharao mergať cum ſuo exercitu: multis difficultatibus atq; periculis ad vrbēm maximā peruenīūt: vtroq; littore gentes vagæ īmo beluæ habitant ferociſſimæ. Semper ſollicīti: ſemper armatī: totius annī cibaria: latentibus ſaxis vadiſq; duriſſimis plena ſunt omnia. Quorſum iſta? perſpicuū eſt. Nam ſi ſæculī negociatores tanta ſuſtinent: vt ad incertas perueniant periturasq; diuitias: & ſeruent cum animæ diſcrimine: quæ multis periculis quæſierūt. Quid Xpī negociatorī faciendū eſt: qui venditis omnibus quærit præcioſiſſimam margaritā? qui totis ſubſtantiæ opibus emit agrum quo reperiat theſaurū: quem nec fur efodere: & latro non poſſit auferre. Noſſe igiť oportet quid iuſſum ſit: quidue ꝓhibitum: vt ſcientes vtrunq; ſeruemus. Alioquin ante ſcientiā mandatī impoſſibile eſt noſſe quid fiat. Et hæc ergo non integris rate vel mercibus quaſi ignaros fluctuū doctus nauta præmoneo: ſed quaſi nuper e naufragio eirctus in litus timida nauigaturis voce denūcio. Cuncti tamen mei ſenſus affectu vobis vaco: Sed obſecro vos vt conatus meos orationibus adiuuetis: vt dñs & Saluator ꝓ cauſa ſua reſpondeat. Veſtrum itaq; eſt vt volūtatem ſequať effectus. Meum eſt vt velim: Obſecrationum veſtrarū eſt vt poſſim: ſed ipm meum ſine dei ſemper auxilio nō erit meū. Deus ſp largiť ſemperq; donaturus eſt: nec mihi ſufficit quod ſemel dedit: niſi ſemp dederit. Si enī durī iudicis ſententiā crebra mulieris flexit petitio: q̄to magis paterna viſcera interpellatiōe ſedula molliunť Scitote tñ ante omnia nobis eſſe nihil antiquius: q̄ Xpī iura ſeruare: nec patrū tranſferre terminos: ſemperq; meminiſſe romanā fidem apoſtolico ore laudatā.

De obedientia. CAPI. .II.

a Ccipe ergo fili doctrinam noſtrā ea ſimplicitate & veritate: qua dicimus. Quia nō quærimus hominū gloriā: deus teſtis eſt. Nec ad hoc loquimur: vt humanas amicitias aucupemur: ne noſtræ adulationis ſermone & nos & alios decipiamus. Nec vt nos apud homines aliquid videamur: ſed vt apud deum homīes magna mereanť. Hoc eſt itaq; totum quod apprehenſa manu inſinuare tibi cupio: & vt ſimpliciter motum mentis meæ fatear: nunc monachi incunabula moreſq; diſcutimus. Si vis igiť ad vitam ingredī: ſerua præcepta: Hoc eſt ab omni præcepto illicito quo ꝓhiberis recedas: & ad omne bonum quod iuberis ꝓmptus accedas. Reſpice ſanctum virum Pāmachium: & feruentiſſimæ fidei Paulinū preſbyterū: qui nō ſolum diuitias: ſed ſeipos dño obtulerūt. Qui cōtra diaboli tergiverſationē nequaq̄ pellem ꝓ pelle: ſed carnes & oſſa & animas ſuas dño ſuo cōſecrarūt: qui te & exemplo & eloquio: id eſt & opere & lingua poſſint ad maiora ꝓducere. Nobilis es: & illi: ſed in Xpo nobiliores: Diues & honoratus & illi imo de diuitibus pauperes & in glorij. Et iccirco ditiores & magis inclyti: quia ꝓ Xpo pauperes & inhonorati. Contēnis aurum: cōtemſerunt & multi philoſophi. Non enim ſatis eſt perfecto & cōſumato viro opes contēnere: pecuniā diſſipare: & ꝓiicere quod in momento & perdi? & inueniri poteſt. Fecit hoc & Antiſthene: fecerūt plurimi: quos vitioſiſſimos legimus. Plus enī debet Chriſti diſcipulus præſtare: q̄ mundi philoſophus gloriæ animal & popularis auræ atq; rumoris venale mancipiū. Tibi non ſufficit opes contēnere: niſi & Chriſtum ſequaris: Teipſū vult dominus hoſtiam viuam placentem deo: te in q̄ non tua: & deus varijs tentationibus cōmonet: quia multis plagis & doloribus eruditur iſrael: Et quem dīligit dominus corripit: Flagellat autem omnē filium quem recipit. Et ꝙ ſi teipm domino dederis: & apoſtolica virtute perfectus ſequi cœperis Saluatorem: Tunc intelliges vbi fueris: & in exercitu Chriſti q̄ extraneū tenueris locum. Vnde & præpoſitū monaſterij timeas vt dominū: dīligas vt parentem. Credas tibi ſalutare quicquid ille præceperit: nec de maioris ſententia iudices: cuius officij eſt obedire & implere quæ iuſſa ſunt: dicente Moyſe: Audi iſrael & tace: neq; ipſe te doceas. Nulla ars abſq; magiſtro diſciť. Etiam muta animalia & ferarū greges ductores ſequuntur ſuos. In apibus principes ſunt. Grues quoq; vnam ſequunť ordine litterato. Imperaror vnus. Iudex vnius ꝓuinciæ. Roma vt condita eſt duos fratres ſimul reges habere non potuit: & fratricidio dedicatur. In Rebeccæ vtero Iacob & Eſau bella geſſerunt. Singuli eccleſiarum epiſcopi: ſinguli archipreſbyterī:

singuli archidiaconi: & omnis ordo ecclesiasticus suis rectoribus vtit̃. In naui vnus gubernator In domo vnus dñs. In quouis grandi exercitu vnius signum expectat̃. Et ne plura replicando le genti sastidiũ faciã: per hæc omnia ad illud tendit oratio: vt doceã te nõ tuo arbitrio relinquendum: sed viuere debere in monasterio sub vnius disciplina patris cõsortioq; multorũ: vt ab alio discas humilitatẽ: ab alio patientiã. Hic te silentiũ: ille te docet mansuetudinẽ: non facias qđ vis comedas quod iuberis: habeas q̃tum acceperis: & illud operis tui pensa psoluas: subijciaris cui nõ vis: lassus ad stratum venias: necdum expleto somno surgere cõpellaris. Tantis occupatus negocijs nullis vacabis cogitatõibus. Et dum ab alio trãsis ad aliud: opusq; succedit operi: illud solum mente retinebis: quod agere cõpelleris. Nam omni oblatione & hostia præciosior est ob temperantia mandatorũ. Dicente ꝑpheta: Ecce obedientia melior est q̃ sacrificium: & ambitio q̃
Pro.16. adeps arietum. Et alibi: Initium bonæ vitæ facere: iuxta quæ præcepta sunt apud deum magis
Eccĩ.35 q̃ imolare hostias. Et alibi: Q ui cõseruat legem: multiplicat oblationẽ. Sacrificiũ salutare est attendere mandatis: & discedere ab omni iniquitate. Nec nobis blandiri debemus in factis iussorum: si in ꝓhibitorũ transgressione peccemus: cum transgressionis crimen benefacti meritũ tol-
Geñ.3. lat. Q uod non mei sensus assertio: sed vtriusq; testamenti exempla ꝓbant: vbi iunenimus etiã dei amicos ob vnius cõtemptus errorem bonorũ retro factorũ munificẽtiã perdidisse. Sic Adam facile cum diabolo credidit seducenti post familiaritatẽ & colloquiũ dei vnius pomi cupiditate superatus perdidit paradisum. Et quia per transgressionem vnum habere præsumpsit: multa si
Geñ.19 mul bona amisit. Sic vxor Loth post angelorũ colloquia cõtra interitũ retro aspiciens: in figmẽtum salis repente cõuersa est. Quis hic præsumptionis spiritus: qui tantã in animo nostro operatur audaciã: vt cum sanctos homines de leuibus etiã culpis videamus punitos esse: & nos quotidie in maioribus & pluribus deliquentes intactos in media dãnatione fore credamus: q̃q; leue nunq̃ sit deum etiam in exiguo contẽnere: qui non tantũ ad qualitatẽ peccati respicit: sed etiã ad personæ cõtemptum: ꝓpter quod nõ solum homini intendendũ quale sit quod iubet̃: sed quantus sit ille qui iubet. Excludit̃ hoc loco vulgaris illa sententia: Qua mihi suo iudicio religiosi: & qui sapientes sibimet videnť: dicere solent: Sufficit nobis vt non criminalia peccata & maiora faciamus. Facilis est enim omissio minorũ delictorũ: Qui dum animali sapientia occupãt animos spiritalem intelligentiã: & cõsuetudinem diuinæ legis ignorant: quæ sæpe peccatũ ostendunt:
1.Rg.14. quod nobis non videť esse peccatũ: & quæ illic impietatem facit: vbi nos pietatis opus ostendi-
4.Rg.3. mus. Saul & Iosaphat reges fuerunt israel: & dum misericordiã his quos deus oderat ptæstiterũt
Nũe.25. dei offensam in opere pietatis incurrunt. Ecõtrario Phinees filijq; Leui gratiã dei humana cæde & suorũ parricidio meruerunt. Vides q̃tum ab humanis sensibus per nostrã imperitiã increpat diuina sententia: vt nobis interdũ cœlestis iudicis dispensatione nescientibus iniusta videanť: quæ per causarũ scientiã iuste & satis recte facta probanť. Et rursum ea quæ nostro iudicio recte
Geñ.22 ꝓbantur: apud deum plærũq; reproba & ingrata videnť. Q uis hodie patris Abrae exemplo in noxium volens filium trucidare humano iudicio non credereť insanus? Ecõtra quis in tactu ar-
2.Rg.6. cæ domini imitatus Oçam hominũ iudicio condẽnareť? Consideremus igit̃ quãtus casus sit temere contẽnentis: cum tanta ruina esse dicit̃ in negligentia obsequentis: vel quã dãnationẽ excepturos credimus in deuotos: cum tantam reprobationẽ deuoti exceperint. Tepidũ discipulum
Mat.16 non amat Christus. Qui vult meus esse discipulus ait: Abneget semetipm: & tollat crucem suã: & sequat̃ me. Beatæ itaq; sunt illæ animæ: quæ dorsum suum curuauerũt: vt suscipiant super se sessorem: & frena eius patianť: vt quocũq; voluerit flectat eas. Quando enim magister præcipit obedientis indicium est: Si dimisso aduersus eum audiat capite: Si autem vertat tergum signum est contemnentis.

De tribus generibus monachorũ in ægypto cõmorantium. CAPI. .III.

T quia monachorũ fecimus mentionem: & te scio libenter audire quæ facta sunt: aurem
v paulisper accõmoda. Tria sunt in ægypto monachorũ genera: Cœnobitæ quos illi anses gentili lingua vocant: quos nos in cõmune viuentes possumus appellare. Anachoritæ qui soli habitant per deserta: & ab eo q; ꝓcul ab hominibus recesserũt nuncupanť. Tertiũ genus est qđ ipsi Remeboth dicunt: Teterrimũ atq; neglectum: quod in nostra puincia aut solum aut primũ est. Hi bini vel trini nec multo plures simul habitant: suo arbitrio ac ditione viuentes de eo quod laborauerũt in medium partes cõferunt: vt habeant alimenta cõmunia. Habitant autem q̃plurimi in vrbibus & castellis: & quasi ars sit sancta: non vita: quicquid vendiderint maioris est precij. Inter hos sæpe sunt iurgia: quia suo viuentes cibo non patiunť se alicui esse subiectos. Reuera solent certare ieiunijs: & rem secreti victoriæ faciunt. Apud hos affectata sũt om-

nia: laxæ manicæ: caligæ follicantes: veſtis craſſior: crebra ſuſpiria: viſitatio virginũ: detractio clericorꝝ: Et ſiquãdo dies feſtus aduenerit: ſaturanť ad vomitũ. His igitur quaſi quibuſdã peſtibus exterminatis veniamus ad eos qui plures ſunt: & in cõmune habitant: id eſt quos vocari cœnobitas diximus. Prima apud eos confœderatio obedire maioribus: & quicquid iuſſerint facere Diuiſi ſunt per decuria atq; centurias: ita vt nouem hominibus præſit decimus. Et rurſum præpoſitos ſub ſe centeſimus habeat: maneant ſeparati: & ſeiunctis cellulis vſq; ad horam nonam vt inſtitutũ eſt nemo pergat ad alium: exceptis his decanis quos diximus: Vt ſi cogitationibus forte quis fluctuet: illius conſoleť alloquijs. Poſt horam nonam in cõmune concurrit: pſalmi reſonant: ſcripturæ recitanť ex more: & cõpletis orationibus cunctiſq; reſidentibus: medius quẽ patrem vocant: incipit diſputare. Quo loquente tantũ ſilentium fit: vt nemo alium reſpicere: nemo audeat xecreare. Dicentis laus eſt in fletu audientiũ: tacitæ voluunť per ora lachrymæ: & nec in ſingultus quidem erumpit dolor. Cum vero de regno Chriſti: & de futura beatitudine: & de gloria cœperit annũciare ventura: videas cunctos moderato ſuſpirio & oculos ad cœlum leuantes inter ſe dicere: Quis dabit mihi pẽnas ſicut columbæ: & volabo & requieſcã. Poſt hæc concilium ſoluitť: & vnaquæq; decuria cum ſuo parente pergit ad menſam: quibus per ſingulas hebdomadas viciſſim miniſtrant. Nullus in cibo ſtrepitus eſt: nemo comedens loquitť: Viuitur pane & leguminibus: & holeribus quæ ſolo ſale condiunť. Vinum tantũ ſenes accipiunt: quibus cum paruulis ſæpe fit prandium: vt alioꝝ ætas feſſa ſuſtenteť: alioꝝ non frangať incipiens. Dehinc cõſurgunt pariter: & hymno dicto ad præſepia redeunt: Ibi vſq; adveſperũ cum ſuis vnuſquiſq; loquitť & dicit: Vidiſtis illum & illum quanta in ipſo gratia ſit: q̃tum ſilentium: q̃ mode ratus inceſſus: Si infirmũ viderint conſolanť: ſi in dei amore feruentem: cohortanť ad ſtudium: & quia nocte extra ſuas orationes publicas in ſuo cubili vigilant: circũeunt cellulas ſingulorũ: & aure appoſita quid faciant diligenter explorant: Quem tardiorẽ deprehenderint non increpant: ſed diſſimulato quod norunt eum ſæpius viſitant: & prius incipientes ꝓuocant orare q̃ cogant. Opus diei ſtatutũ eſt: quod decano redditũ fertur ad œconomũ: qui & ipſe per menſes patri omniũ cum magno reddit timore rationẽ: a quo etiam cibi ſcum facti fuerint deguſtanť. Ieiuniũ totius anni equale eſt: excepta quadrageſima: in qua ſola concediť diſtrictius viuere. A pẽtecoſte cœnæ mutanť in prandia: quo & traditioni eccleſiaſticæ ſatiſfaciant: & ventrem cibo nõ onerent duplicato. Ad tertium veniam genus: quos anachoritas vocant: & qui de cœnobijs exeuntes excepto pane & ſale amplius ad deſerta nil deferunt. Huius vitæ auctor Paulus: illuſtrator Anthonius: & vt ad ſuperiora conſcendã principes Ioãnes baptiſta fuit. Talem vero virum Hieremias quoq; ꝓpheta deſcribit: dicens: Bonum eſt viro cum portauerit iugũ domini ab adoleſcentia ſua: ſedebit ſolitarius: & tacebit: quia ſuſtulit ſuper ſe iugũ: & dabit percutienti ſe maxillam: ſaturabiť obprobrijs: quia nõ in ſempiternũ abijciet dñs horum laborem: & cõuerſationem in carne non carnis: Q d'alio tpe ſi volueris explicabo. Nunc ad ꝓpoſitũ redeã: Bonum eſt obedire maioribus: parere perfectis: & poſt regulas ſcripturarꝝ vitæ tuæ tramitẽ ab alijs diſcere nec præceptore vti peſſimo ſcilicet præſumptõe tua. Treñ.3.

De caſtitate. CAPI. .IIII.

Mortificate inquit apoſtolus mẽbra veſtra: quæ ſunt ſuper terram. Vnde ipſe poſtea cõſiderans aiebat. Viuo autem iam non ego. Viuit vero in me Chriſtus. Quí mortificauerit membra ſua: & in imagine noctis per ambulauerit: nõ timebit dicere: Factus ſum ſicut vter in pruina. Vnde idem apoſtolus caſtigabat corpus ſuum: & in ſeruitutẽ redigebat: ne alijs prædicans ipſe reprobus inuenireť: Corporiſq; ex perſona generis humani inflatus ardoribus loquebaťur: Miſer ego homo: quis me liberabit de corpore mortis huius: Et iterum: Scio quoniam non habitat in me: hoc eſt in carne mea bonum. Velle enĩ adiacet mihi: vt facią autẽ bonũ nequaq; neq; quod volo bonum: ſed qd' nolo malum illud facio. Et denuo: Qui in carne ſunt: deo placere nõ poſſunt. Vos aũt nõ eſtis in carne: ſed in ſpiritu: Si tñ ſpiritus dei habitat in vobis Vnde poſt cogitationũ diligentiſſimã cautionẽ ieiunorꝝ tibi arma ſumenda ſunt: & canendũ cũ Dauid. Humiliaui in ieiunio animã meã. Matrem ita vide: ne per illam aliasvidere cogaris: quarum vultus cordi tuo adhæreant: & tacitũ viuat ſub pectore vulnus. Ancillulas quæ illi in obſequio ſunt: tibi ſcias eſſe in inſidijs: Quia quãto vilior earum cõditio: tanto facilior ruina eſt. Volo ergo te ꝓpter has cauſas non habitare cum matre: & præcipue ne ipam offerentẽ delicatos cibos renuendo contriſtes: aut ſi acceperis: oleum igni adijcias: & inter frequentiã puellarꝝ per diem videas quod noctibus cogites: adoleſcentiã tuam nulla ſorde cõmacules: vt ad altare Chriſti quaſi de thalamo virgo procedas: & habeas de foris bonum teſtimonium: licet de cæteris vir Col.3. Gal.2. Ro.7. Ro.8. ps.33.

tutibus vt sapientia: fortitudine: iusticia: humilitate: mansuetudine & liberalitate possunt & alij iudicare. Pudicitiã sola nouit cõscientia: & humani oculi huius rei certi iudices esse nõ possunt. Fœmine quoq; quæ nomen tuum nouerint: vultũ nesciant. Nam Ioãnes baptista sanctã matrẽ habuit: pontificisq; filius erat: Et tamen nec matris affectu: nec patris operibus vincebat: vt ĩ domo parentũ cum periculo viueret castitatis. Viuebat in eremo oculis desiderãtibus Christũ: nihil aliud dignabat aspicere: vestis aspera: zona pellicea: cibus locustæ: & mel siluestre: omnia virtuti & cõtinentiæ præparata. Vnde martyrẽ quendã tormenta nõ vicerant: sed superabat voluptas. Tandem cœlitus inspiratus præcisam morsu linguã in osculantis se ĩ faciem expuit: & sic libidinis sensum succẽdens doloris magnitudo præripuit. Nam quomodo in ignem tetigerit statim aduritur: ita viri tactus & fœminæ sentit naturã suã: & diuersitatẽ sexus intelligit. Item quomodo poterit libidinẽ refrenare: qui nec malũ valet cohibere nec linguã? Sed & hospitiolũ tuũ nunq; mulierũ pedes terant. Videas ne sub eodem tecto mansites: nec in præterita castitate confidas. Quia nec Dauid sanctior: nec Sampsone fortior: nec Salomone potes esse sapientior. Memento semper q; paradisi colonũ de possessione sua mulier eiecerit: ergo tanti sibi sanctus quilibet frater assistat. Nam scio quosdã corpore cõualuisse: & animo ægrotare cœpisse. Periculose tibi ministrat: cuius vultũ frequenter attendis. Si tñ vidua a te visitat aut virgo: nunq; domũ solus introeas. Solus cum sola & absq; arbitro vel teste nõ sedeas: tantaq; cõfabulandi fiducia sit: I vt intrante alio nõ paueas: nec erubescas. Speculũ enĩ mentis facies est: & taciti oculi cordis fatẽtur arcana. Tales quoq; habeto socios: quorũ cõtubernio nõ infameris: Non veste sed moribus ornent: & pudicitiã habitu polliceant. Corrũpunt mores bonos cõfabulationes pessimæ. Caueto omnes suspitiões: & quicquid ꝓbabiliter fingi potest: ne fingat ante deuita. Crebra munuscula & sudariola & fasciolas & vestes applicitas & oblatos ac degustatos cibos blãdasq; & dulces litterulas sanctus amor nõ habet. Audi me: Mel meũ: lumen meũ: meũq; desideriũ Christus est. Omnes delitias & lepores & risu dignas vrbanitates & cæteras ineptias amatorũ in comœdijs erubescimus: & in sæculi hoĩbus detestamur: q̃tomagis ĩ clericis & monachis: quoꝝ & sacerdotium ꝓposito & ꝓpositũ sacerdotio ornat? Nec hoc dico: q; aut in te aut in sanctis viris ista formidem: sed q; in omni ꝓposito & gradu & sexu boni & mali reperiant: maloꝝq; cõdemnatio laus bonoꝝ sit. Vide quid possint frena: a vitijs nos retrahũt: introducũt ad virtutũ choros: in Christoq; monte pulcherrimo habitare nos faciunt. Quãdiu in patria tua es: habeto cellulã ꝓ paradiso: varia scripturaꝝ poma decerpe. His vtere delitijs: haꝝ fruere cõplexu. Si scandalizat te pes oculus: manus tua: ꝓijce ea. Nulli parcas: vt soli parcas animæ tuæ. Qui viderit inquit dñs mulierem ad cõcupiscendũ eam: iam mœchatus est eam in corde suo. Quis gloriabit castum se habere cor? Astra nõ sunt mũda in cõspectu dñi: q̃tomagis hoies quoꝝ vita tentatio est? Ve nobis miseristquotiens cõcupiscimus: totiens fornicamur. Inebriatus est inquit gladius meus in cœlo multo amplius in terra: quæ spinas & tribulos generat. Vas electiõis in cuius pectore Christus resonat: macerat corpus suum: & tñ cernit naturalem carnis ardorem suæ repugnare sententiæ: vt quod nõ vult hoc agere cõpellat: & tu te arbitraris absq; lapsu & vulnere posse transire: nisi omni custodia seruaueris cor tuum: maxime cum plurimi etiã si cõtinẽtes: iracũdi sunt: ebriosi ꝓcaces: superbi ex cõtinentia magis inflati: ꝓcussores: maledici: cupidi: timidi: multũ sibi placẽtes vt indices cõtinentiã: quasi præferãt inc õtinentiæ subministrasse materiã. Sed ille cõtinens vere est: qui vniuersa mẽbroꝝ officia a malis affectibus subtrahit: & cogitatũ a toto nequitia cõpescit: quãto plura tñ sunt præmia? Nam & ego cum essem iuuenis: & solitudis me deserta vallarent: incentiua vitioꝝ ardorem q; naturæ ferre nõ poterã. Quæ cum crebris ieiunijs frangerẽ mens cogitatõibus æstuabat: ad quã edomandã cuidã me fratri qui ex hebræis crediderat in disciplinã dedi: vt post Quintiliani acumina: grauitatẽ Frõtonis: Ciceroniscq; fluuios: & lenitatẽ Plinij: alphabetũ discerẽ: stridentia anhelantiaq; verba meditarer: quid ibi laboris insumpserim quotiensq; cessauerim: & cõtentione discendi rursus incœperim: testis est conscientia tam mea qui passus sum: q̃ eoꝝ qui mecũ duxerunt vitam: & gratias ago dño: q; de amaro semine litterarum dulces fructus capio. Prima igit tentamenta clericoꝝ sunt mulierũ accessus. Nociuũ genus fœmina: ianua diaboli: via iniquitatis: scorpionis percussio: cum ꝓximat stipula accendit ignẽ: flãmineo igne percutit fœmina cõscientiã pariter habitantis: exuritq; fundamẽta montiũ. Ego iudico si cum viris fœmine habitent viscariũ nõ deerit diaboli. Si alligauerit quis ignem in sinu suo: & vestimẽta sua nõ cõburẽt? Mihi crede nõ potest toto corde cum dño habitare: qui fœmiarum accessibus copulat: Sed dicis: Qui ambulat simpliciter: ambulat cõfidenter. Bene & argute: sed oportet bonũ habere testimoniũ ex his qui foris sunt. Licet coram deo recte ambules: tñ

coram hominibus bona ꝓuidenda: quia astutiores sunt filij lucis filijs tenebraꝝ. Cum ergo a te hoc genus nō amputaꝫ: das reprehẽdentibus te locũ: cũ ipse te detrahentiũ morsibus tradidisti. Nam inter illecebras voluptatũ etiã ferreas mentes libido domat: quæ maiorẽ in virginibus patitur famem: dum dulcius putat omne qd̃ nescit. Narrant gentiliũ fabulæ: cantibus sirenaꝝ nautas in saxa præcipites: & ad Orphei citharam arbores: bestias: ac silicum dura mollita. Difficile quoq; inter epulas seruaꝫ pudicitia. Nitens cutis sordidũ ostendit animũ: licet quidã putent maioris esse virtutis præsentẽ cõtemnere voluptatẽ: tñ ego securioris arbitror continentiæ nescire quid quærat. Remotio igiꝫ viri castitatis collocat arma: construit in melioribus castra pudoris. Tecla post tentationem passionis Antiochiæ cum Paulo perhibeꝫ pariter pergere. Nemo miles cum vxore pergit ad bellum. Germinant fœmine spinas cum viris habitantes: arcana mentium acuto mucrone cõcutiunt. Nemo igitur inter serpentes & scorpiones securus ingrediꝫ. Libido enī semper sui relinquit plenitudinẽ. Nunq̃ satiaꝫ: & extincta reaccẽdiꝫ: vsu crescit & decrescit nec rationi paret: quæ impetu ducit. Vnde virginitas in eo fœlicior est: ꝙ carnis incẽtiua nō nouit: & viduitas in eo fœlicior est: ꝙ præteritas animo recolit voluptates. Viro enī luxurioso verbum castitatis offensio est. Qui viuũt in monasterio: & quoꝝ simul magnus est numerus: nunq̃ soli extra ꝓcedunt. De agmine colũbaꝝ crebro accipiter vnam separat: quã statim inuadat & laceret: & cuius carnibus & cruore saturet. Morbidæ oues suum relinquũt gregem: & luporꝝ faucibus deuorant. Rarus igiꝫ tibi sit egressus in publicum: martyres tibi quærant in cubiculo tuo Nunq̃ tibi causa erit ꝓcedendi: si semper necessarie ꝓcessurus sis. Alioꝝ vulnus nostra sit cautio Pestilente flagellato stultus sapientior erit. Nam etiam quæ homĩes æstimant sibi salutaria: deo volente verti videmus in pernitiem. In tranquillitate enī tempestas oriꝫ: nihil deo aduersante securum est. Naturale quoq; est vnũquẽq; in suo periculo de alio plus sperare. Siquando senseris exteriorẽ hoiem florem adolescentiæ suspirare: & accepto cibo cum te in lecto positũ dulcis libidinum pompa cõcusserit: arripe scutum fidei: in quo ignitæ diaboli extinguunt sagittæ. Omnes enī adulterates quasi clibanus corda eoꝝ: licet difficile est humani animã aliquid non amare: vt in quoscũq; mens nostra trahaꝫ affectus. Carnis igiꝫ amor spiritus amore superet: Desiderium desiderio restringaꝫ: quicquid inde minuiꝫ hic crescat. Non sinas ergo cogitationẽ crescere: dũ paruus est hostis interfice: nequitia elidaꝫ in semine. Audi psalmistã: Beatus q allidet paruulos suos ad petram. Impossibile est in sensum hominis nō irruere motum & medullaꝝ calorem. Ille tamen laudaꝫ: ille prædicaꝫ beatus: qui statim cum cœperit cogitare: interficit cogitatus: & allidit eos ad petram: Petra autem erat Christus. Nam fides pura moram non patiꝫ. Cum apparuerit scorpio illico cõterendus est: Ardentes igiꝫ diaboli sagittæ ieiunioꝝ & vigiliaꝝ frigore restinguendæ sunt. Erras nanq; frater erras: si putas vnq̃ christianũ persecutionẽ non pati. Tunc enī maxime oppugnaris: si te oppugnari nescis. Nemo enī est tãta firmitate suffultus: vt de stabilitate debeat esse securus: dicente apostolo: Qui stat videat ne cadat: quoniã nullius hostili exercitu obsidente securus est. Nam aduersarius noster tanq̃ leo rugiens aliqd deuorare quærens circuit: & tu pacem putas: sed in insidijs cum diuitibus & in occultis: vt interficiat innocẽtẽ. Qd̃ de libidine diximus: referamus ad auaritiam: & ad omnia vitia quæ vitanꝫ solitudine. Et iccirco vrbium frequentiam declinamus: ne facere compellamur: quæ nos non tam natura cogit facere q̃ voluntas.

ps. 136.

1. Cor. 10

De paupertate. CAPI. .V.

Q Vondã diues adolescens omnia quæ in lege præcepta sunt se implesse iactabat. Ad quẽ dñs in euangelio: Vnum tibi inquit deest. Si vis perfectus esse: vade vende omnia quæ habes: & da pauperibus: & veni sequere me. Qui omnia se dicebat fecisse: in primo certamine diuitias vincere nō potest. Vnde difficile intrant diuites regna cœloꝝ: quæ expeditos & alarum leuitate subnixos habitatores desiderant. Vade inquit vende: nō partem substantiæ: sed vniuersa quæ possides: & da nō amicis: nō cõsanguineis: nō ꝓpinquis: non vxori: non liberis: plus aliquid addam: nihil tibi ob metum inopiæ reseruabis: nec cum Anania dãneris & Saphyra: sed da cuncta pauperibus: Et fac amicos de iniquo mãmona: qui te recipiant in æterna tabernacula: vt me sequaris vt dñm. Nam omnis qui reliquerit domũ: vel fratres: aut sorores: aut patrem: aut matrem: aut vxorem: aut filios: aut agros: ꝓpter nomen meũ: centuplũ accipiet: & vitam æternã possidebit. O quanta beatitudo ꝙ paruis magna recipere: æterna ꝙ breuibus: ꝙ morituris semper viuentia: & habere deũ debitorẽ? In actibus apl̃oꝝ: Quãdo dñi nostri adhuc calebat cruor: & feruebat recens in credentibus fides: vendebãt omnes possessiones suas: & precia eaꝝ ad apl̃oꝝ ꝓferebant pedes: vt ostenderent pecunias esse calcandas: dabaꝫ q̃ singulis prout

opus erat. Vnde Ananias & Saphyra dispensatores timidi: imo corde duplici: & ideo cõdemnati: quia post votum abstulerũt quasi sua: & nõ eius cui ea vouerãt: partemq; sibi iam alienæ substantiæ reseruarũt: metuentes famem: quã vera fides nõ timet: & præsentem meruere vindictã nõ credulitate sniæ: sed correctõis exemplo. Vende ergo omnia quæ habes: & da pauperibus: nõ diuitibus: nõ ad luxuriã: sed ad necessitatẽ: siue ille sacerdos sit Siue cognatus: siue affinis: nihil aliud in eo cõsideres nisi paupertatẽ. Q d'q; in ægyptijs & syrijs monasterijs moris est: vt q se deo vouerint sæculo renũciantes omnes sæculi delitias cõculcarint: sed vt nõ qd' sæculo renũciamus volũtas sit nõ necessitas: vt paupertas habeat expeditã gloriã: nõ illata cruciatũ. Cæterum iuxta miserias huius tpis & vbiq; gladios sæuientes satis diues est: qui pane non indiget: & nimium potens est qui seruire nõ cogit. Multi enim ædificant parietes: & colũnas ecclesiæ substruunt: marmora nitent auro: & splendent laquearia: & gẽmis altare distinguit: & ministrorũ dei nulla est electio. Nunc vero mihi aliquis opponat Diues in iudæa tẽplũ & mensas: lucernas thuribula: scyphos: & alia ex auro fabricata. Tunc hæc ꝓbabãt a dño: quãdo sacerdotes hostias imolabant: & sanguis pecor erat redemptio pctõr: q̃q̃ hæc omnia præcesserũt in figura. Nunc vero cum paupertatẽ domus suæ pauper dñs dedicauerit: cogitemus crucem: & diuitias lutũ putabimus. Sed nunquid tempus vt habitetis in domibus laq̃tis: id est ornatis & cõpositis: & quæ non tam ad vsum sunt: q̃ ad delitias inquit ꝓpheta. Nam habitaculũ meũ in quo fuerunt sancta sanctor: & cherubin & mensa ꝓpositionis pluuijs rigabit: squalebit solitudine: & sole torrebit Quæ autem vtilitas fulgere gẽmis: & Christũ in paupere fame mori? Iam nõ sunt tua quæ possides: dispensatio tibi credita est. Caue ne quasi fidelis & famosus quondã tuor dispensator alienam pecuniã distribuendã accipias. Nam cũ Crates ille thebanus homo quõdã disertissimus ad philosophandũ athenas pergeret: magnũ auri pondus abiecit: nec putauit se posse virtutes simꝫ & diuitias possidere: & nos suffarcinati auro Christũ paupertẽ sequimur: sub prætextu elemosynæ pristinis opibus cubantes. Nam quomodo possumus aliena fideliter distribuere: qui nostra timibũ de reseruamus? Intelligis quid loquor. Dedit enĩ tibi dñs in oĩbus intellectũ: præter victum & vestitũ & manifestas necessitates nihil cuiq; tribuas: ne filior panem canes comedant. Tu ergo cõsidera: ne Christi substantiã imprudenter effundas: id est ne ĩmoderato iudicio rem pauperũ tribuas nõ pauperibus: qd' pars est sacrilegij: & scd'm dictum prudẽtissimi viri liberalitate liberalitas pereat. Sunt quoq; qui pauperibus parũ tribuũt: & sub prætextu elemosynæ diuitias quærunt: quæ magis venatio q̃ elemosyna dicenda est. Sic bestiæ: sic aues: sic & capiunt pisces: Modicũ in hamo escæ ponit: vt matronar in eo sacculi ꝓtrahant. Nos autem humiles atq; pauperculi: nec habemus diuitias nec oblatas dignamur accipere. Balsamũ piper: & poma palmarũ rustici nõ emunt. Qui enĩ volunt diuites fieri: incidũt in tentatões: & laqueũ diaboli & desideria multa. Et præsertim quia ætas optata cunctis nõ vicinã mortem: quæ debet mortalibus in naturæ lege: sed cassa spe annor spatia pollicet. Nemo enĩ tam fractis viribus & sic decrepitæ senectutis est: vt non se putet adhuc vnũ annũ esse victurũ. Verum quid ago: fracta naue de mercibus disputo. Non intelligimus Antichristũ appropinquare: quẽ dñs Iesus interficiet spiritu oris eius. Iuuenis quidẽ potest mori cito: sed senex diu viuere nõ potest: maxime qui a cõparationũ æternitatis omne q̃ in mũdo patimur vna dies appellari potest: nõ habitatõis sed pegrinationis. Nam quotidie cõmutant: tñ æternos nos credimus. Hoc ipm qd' dico: qd' scribo: qd' lego: qd' emendo: de vita mea trahit. Quot puncta notarij: tot meor dãna sunt tempor. Omnes nanq; diuitiæ de iniquitate descendũt: nisi alter perdiderit: alter ĩuenire nõ potest. Vnde vulgata snia mihi videt eẽ verissima: Q̃ diues: aut iniquus: aut iniqui hæres. Vides enĩ homies maria transire: ante potentũ excubare fores: pati omnia quæ seruor cõditio vix patit: vt diuitias congregent: vt aliquã accipiant dignitatẽ: Et post q̃ hoc fuerint cõsecuti: tradere se luxuriæ & voluptatibus & omni iniquitati: vt qd' auaritia cõgregat: luxuria cõsumat. Isti ergo ꝓ laboribus suis efficiunt hospitiũ dæmonũ: Qui templũ dei esse debebãt: fiunt tabernacula æthyopũ. Post q̃ enĩ ditati fuerint: & per fas & nefas ad altissimũ cõscenderint: tunc conscientia pctõr suor semper mortem: semper iudiciũ formidabũt: & ad leuem febritiũculã quasi latrones ĩ carcere de æternis supplicijs suspirabũt. Diuites autem qui ingressi sunt regna cœlor ipsis diuitijs ad bona vtentes opa diuites eẽ desierũt: & dispẽsatores magis dei q̃ diuites appellãdi. Obsecro ergo te: ne lucra mũdi ĩ Xpi q̃ras militia. Negociatorẽ clericũ: & ex inope diuitẽ factũ: ex ignobili glorioſũ: q̃si q̃ndã pestẽ fuge. Et præsertim cũ scia te toto renũciasse mũdo: & abiectis calcatisq; diuitijs orõi: lectõi ieiunijs vacare q̃tidie: Procuratores q̃q; & dispẽsatores domor alienar atq; villar clerici esse nõ possũt: qui ꝓprias iubent cõtẽnere diuitiar facultates. Auaritiæ quoq; malum ti-

bi oīno vitandū est: nō quo aliena non appetas (Hoc enī & publicæ leges puniunt) sed quo tua quæ tibi sunt: aliena nō serues. Si in alieno inquit fideles nō fuistis: quod vestrum est quis dabit vobis? Sed dicis: iuuenis sum delicatus: & manibus meis laborare non possum: si ad senectā ve nero: si ægrotare cœpero: quis mei miserebit? Audi ad apostolos loquentē Iesum. Respice vo latilia cœli & cætera. Si vestis defuerit: lilia ꝓponant. Si esurieris beatos audies pauperes & esu rientes. Si aliquis afflixerit dolor: Legito illud apostoli: Propter hoc cōplacebo mihi in infirmi tatibus meis. Illud autem ꝙ derelicta militia castrasti te ꝓpter regna cœlorū: quid aliud q̄ pfectā secutus es vitam? Perfectus autem seruus Christi nihil præter Christū habet. Aut siquid præter Christū habet: perfectus nō ē. Igit vt cōcludā: si perfectus es: cur bona paterna desideras? Dns euāgelicis vocibus tonat: Non potestis duobus dnis seruire: & audet quisq̄ mendacē Christū fa cere: Māmonæ & Christo seruiendo? Qui dicit se in Christū credere: debet quomodo ille ambu lauit: sic ambulare. Affatim diues est: qui cum Christo pauper est. Nam seruī dei: qui diebus & noctibus seruiunt dño suo: qui in terris positi angelorū imitant cōuersationem: & nihil aliud lo quunt: nisi qđ ad laudes dei pertinet: habentes victū & amictū his cōtenti sunt diuitijs: qui plus habere nolunt: si tn̄ seruant ꝓpositum. Alioquin si amplius desiderant his quoq̄ quæ necessaria sunt ꝓbant indigni. Quicquid tn̄ corpora nostra defendere potest: & humanæ succurrere im becillitati: quos nudos natura ꝓfudit: hæc vna appellanda est tunica. Si ergo vis esse qđ ꝓpheta est: qđ Christus est: Da pauperibus quo necessitas sustentet: nō quo opes augeant. Quodq̄ si quid plus habes q̄ tibi ad victū vestitumq̄ necessariū est: illud eroga: in illo debitorē te esse no ueris. Nam alieha rapere cōuincit qui necessaria sibi retinere conat. Clerici quoq̄ qui de bonis parentū sustentari possunt: Si quid pauperū accipiūt sacrilegiū ꝓfecto cōmittūt. Scit enī hostis antiquus magis cōtinētiæ q̄ nūmorū esse certamen. Facile nanq̄ abijcit ꝙ hæret extrinsecus: In testinū bellū periculosius est. Zacheus diues erat: apostoli pauperes: & q̄tum ad diuitias nihil: q̄tum ad volūtatem totum mūdum reliquerūt. Si offeramus Christo opes cum anima nostra: li benter suscipiet. Si autem quæ foris sunt deo: quæ intus diabolo demus: non est æqua partitio. Nolo igit ꝙ ea tantū offeras quæ potest fur rapere: hostis inuadere: ꝓscriptio tollere: & quæ ad instar vndarū & fluctuū a succedētibus sibi dnis occupat: & quæ nolis velis ī morte dimissurus es. Illud offer quod nullus tibi possit hostis auferre. Nam aurum deponere incipientiū est: non perfectorū: seipm offerre deo ꝓprie christianorū est. Nec enī imaginē crucifixi potest: nisi qui in hoc sæculo se nudū mortuūq̄ reddiderit. Infinita nanq̄ de scripturis exempla suppetitant: quæ auaritiā doceant esse fugiendā. Verum qđ nō ante plures annos gestum sit referā. Quidā ex fra tribus parcior q̄ auarior: nesciēs. xxx. denarijs dnm vendidit: centum solidos quos lina texendo acquisierat moriēs dereliquit. Initum est inter monachos cōcilium (nam in eodem loco circiter quinq̄ milia diuisis cellulis habitabāt) quid facto opus esset. Alij pauperibus distribuēdos esse dicebant: alij dandos ecclesiæ: nōnulli parētibus remittēdos. Maccharius vero & Panthomius & Isidorus & cæteri quos patres vocant: sancto in eis loquente spiritu decreuerunt infodiendos esse cum eodem dicentes: Pecunia tua tecum sit in perditiōe. Nec hoc crudeliter quisq̄ putet es se factum. Tantus quoq̄ cunctos per totam ægyptū terror inuasit: vt vnū solidū dimisisse sit cri minis. Radix omniū malorū est auaritia: ideoq̄ & ab apostolo idolorū seruitus nuncupat. Non quidē occidet animā iustam dns: iunior fui & senui: & nō vidi iustum derelictū: nec semen eius quærens panem. Helias coruis pascit ministrātibus. Vidua Sareptena ipa cum filijs suis peritu ra ꝓphetā pascit esuriens: & mirū imodū Capsace repleto: qui alendus venerat: alit. Petrus apo stolus ait: Argentū & aurū nō est mecū: qđ autem habeo hoc tibi do: surge & ambula in nomīe Iesu. At nunc multi licet sermone taceant: opere loquunt: Fidem & misericordiā nō habeo: qđ autem habeo aurum & argentum tibi nō do. Audi Iacob quid postulet. Si fuerit dominus meus mecum: & seruauerit me in via: per quā ego iter facio: & dederit mihi panem ad manducandū: & vestem ad vestiendū: tantū necessaria deprecatus est. Vnde & latrones ad sanctū Hilarionem Quid faceres si latrones ad te venirent? Quibus respondit: Nudus latrones non timeo. At illi Occidi posses. Possum inquit: sed non timeo: qui sum mori paratus. Cuius qui mirant signa & portenta quæ facit: mirent & incredibilem abstinentiā: scientiā: & humilitatē. Ego autem nil ita stupeo: q̄ gloriā & honorē ꝯcalcare potuisse: quia factu est difficile gloriā virtute superare: & ab his diligi quos præcedis. Cum ergo Christi gaudeas libertate: ac ꝓpemodū in dogmate cōstitu tus sis: non debes ad tollendam tunicā tecta descendere: nec respicere post tergum: nec aratri se mel arrepti stiuam āmittere. Sed si fieri potest: imitare Ioseph: & ægyptiæ dominæ pallū relin que: vt nudus sequaris dnm Saluatorem. Qui dicit in euangelio: Nisi quis tulerit crucem suam

Luc. 16
Mat. 6.
Mat. 6.
1. Ioh. 2.
Act. 3.
1. Thi. 6.
Mat. 10

& ſecutus me fuerit: nō poteſt meus eſſe diſcipulus. Proīce ſarcinam ſæculi: ne quæras diuitias quæ camelorū grauitatibus cōparanť. Nudus & leuis ad cœlum vola: ne alas virtutū tuarū auri deprimant pondera: vt impleas ſacculū: quem dñs euacuare præcipit. Si igiť qui habent poſſeſſiones & diuitias iubenť omnia vendere: & dare pauperibus: & ſic ſequi Saluatorē: Dignatio
Mar. 12. tua nō debet quærere quod erogaturus es. Vidua illa in euāgelio paupercula: quæ duo minuta miſit in gaçophylatiū cunctis præferť diuitibus: quia totum quod habuit dedit. Et tu igiť erogāda nō quæras: vt fortiſſimū tyrunculū ſuum Chriſtus agnoſcat: vt lætus tibi de lōgiſſima regione venienti occurrat pater: vt ſtolam tribuat & anulū: vt īmolet ꝑ te vitulū ſaginatū.

De vtilitate paupertatis. CAPI. .VI.

p Aupervero ita cōſolandus eſt: vt ſciat in paupertate magis bona cōſideranda. Et primo quidem ꝙ a deo illi ſit vtiliter ꝓuiſum. Præſciuit enī deum infirmitatem eius cōſideraſſe: & ſciſſe ꝙ diuitiarū ſarcinam & ſolitudinem portare nō poſſet. Deinde ſciat quantas tentationes: quanta pericula tranſiuerit nomine paupertatis: ſi affluentia deeſt: quæ frequenter cōtraria eſt. Ad animi diuitias q̄ totius ſine impedimento in paupertate tranſiť: certe quātis malis caruit conſideret. Caret inuidia: æmulatōe: inſidijs: dolo: ſuperbia: cōtentione: & his quæ hominibus in hoc ſæculo diuitiæ ſolent cōflare. Fluxu enī rerum & vbertate copiarū animus ſoluitur: vigor mentis infringiť: virtus corporis eneruať. At in paupertate non laſciua cōuiuia: Non turpes potationes. Omnia ſobria: omnia rigida: omnia humilia: nō abiecta: quoniā cōſciētia pura & virtute ſunt plena. Non eſt abundans extraneis facultatibus: nō facile ad diuitias animi: id eſt ad virtutes huius mundi diues accedit. Filius enī dei difficilius dicens: diuitem introire in regnum cœlorū: vtiq; intelligit pauperē facilius: ne ſe ob paupertatē alienum eſſe a cura dei exiſtimet: ꝓphetæ teſtať: dicens: Et pauperem & diuitem ego feci: & pro omnibus æqualis cura mihi eſt. Non eſt enī deus perſonarū acceptor: nec ꝓ illo tantū curam gerere profiteť: qui in ſæculi diuitijs pollet: ſed pro omnibus & pro pauperibus curam ſuſtinet: remuneraturus quem inuenerit: aut in diuitijs humilem: aut in paupertate patientem: diſtributi veluti totius corporis humani & miniſteriū quæriť ſingulorū. Conſideres hominis corpus eſſe vnum quidē corpus: ſed plurima mēbra. Nūquid omnia ſunt oculus: aut pes: aut reliqua mēbra? Sed ſicuti ait apoſtolus doctor gentium in fide & veritate: quæ inferiora ſunt mēbra maiorem his tribuimus honorem. Et quēadmodum virtus ſingulorū mēbrorū in ſuo ordine atq; officio demonſtrať: ita in totius generis humani corpore velut minor paupertas & diuitiæ collocanť: vt diuitijs humanitas dei examine comprobeť. Exultare debet pauper: deo gratias agere: ꝙ multis patrimonij nexibus liberatus: in die ꝓbationis non grauať cōpedibus facultatū: facilius liber ſequiť diſcipulus dominū nullis nexibus implicatus. Non deſit etiam ab ipſo in q̄tum poteſt miſericordia iuſta in egenos quia ſicut iuſtus efficiť de frugalitate inferioribus: & non habentibus progator non vereať: nec ipſe deficiat: cum in vſu ſanctæ adminiſtratōis habeat ꝓmptiſſimā volūtatem. Nihil enim ſibi
1. Thi. 6. deerit: non cupiat in ſæculo diues fieri: ne mala ſibi plurima acquirat dicente ac monente glorioſo Paulo: Habentes victum & veſtitū his contenti ſimus. Immo ſi vera fide & ꝓpter ſalutē credere cœleſtes ſibi diuitias cooptet: & comparet: quas vnuſquiſq; & miſericordia & reliquis actibus bonis cōparat & aſſumit. Temporalibus enī æterna ſunt præponēda: caducis ſtabilia: ſolli
Mat. 6. citis ſecuriora: periculoſis libera: inhonorificis clariora. Igiť cum Chriſtus dixerit: Primū quærite regnum dei: & hæc omnia apponenť vobis: Nulli dubium fore credo his copiam neceſſariā rerum in terris nō defecturā: quibus cœleſtia præparanť. Vnde his monitis & diues temperet: & pauper ſubleuet. Difficile potentes: & nobiles: & diuites: & multo his difficilius eloquentes credunt deo. Obcæcať nanq; mens eorū diuitijs: opibus: atq; luxuria: circūdati vitijs nō poſſunt videre virtutes. Fœlix ergo: qui nō in diuitijs: nō in ſapientia: nō in potentia ſæculari & eloquētia: ſed in Chriſti paſſionibus gloriať. Ac nihil miſerius: q̄ deum ꝓpter nūmum contēnere. Ideo quem ſenſeris ſemper aut crebro de nūmis loquentē: inſtitorē habeto potius q̄ monachū.

De correctōe & doctrina preſidentis. CAPI. .VII.

r Ector quoq; honore ſuppreſſo æqualem ſubditis bene viuentibus: & erga peruerſos iura rectitudinis exercere nō formidet. Nam liquet ꝙ omnes homīes natura genuit æquales: ſed varietate meritorū ordine alios alijs culpa poſtpoſuit: Sed & arguūť negligentes rectores eccleſiæ dei: ob quorū incuriā parit omnis decor populi chriſtiani: cum nec in meditatione legis diuinæ: nec cultu pietatis: nec in ſacrarū virtutum exercitio laborare conentur. Tunc enim doctrina doctorū ſuauitas eſt: cum doctrina pariter & vita conſentiant. Sed nec putant ſua ſcientia & ſapientia ſed dei auxilio pacem eccleſijs ſuis reddita: qui ſi ſuum ſeruauerint gradum

sunt quasi domus dei: & quasi angelos domini. Sed si plus cupiunt videri nosse q̄ cæteri: quan doq; patent veritatis regulā nō tenere. Magister quoq; discipulū corrigit quem ardentioris ceri nit ingenij. Nam medicus si cessauerit curare desperat: qm̄ nō est parui apud deum meriti bene filios educare. Rector quoq; est vt laborantiū nouerint sudorē: vel lapsis manū porrigere: vel errātibus viam ostendere. Sed ne glorieris q̄ multos discipulos habeas: filius dei docuit in iudæa & duodecim illū tantū apostoli sequebant: Pharisæor autem doctrinæ omnis populus applau debat. Lædit discipulus magistrū: si per negligentiā suā præcepta eiusq; laborē dispendat. Ideo nō sit in eis pœne diuersitas: in quibus patria sunt pctā. Nullius personā accipias: quantūcunq; sit potens vel nobilis: si peccauerit corripe eum: Nam cōfusionē sequit ignominia: ignominiā correctio: correctionē cōsolatio: cōsolationē salus. Vera enī amicitia qd sentit: simulare nō de bet. Non est crudelitas p deo crimina punire: sed pietas. Nihil tñ crudelius: nihilq; miserius iue niri potest: q̄ vt timore mortis ppriæ: ne salutē filior audeant defendere. Docente autem te in ec clesia: nō clamor populi: sed gemitus suscitet: lachrymæ audientiū laudes tuæ sint. Sermo præ sbyteri scripturar lectōe cōditus sit. Vnde & apostolus præcipit: Sermo vester sit sale cōditus: Qd si infatuet: foras pijcit: & perdit nominis dignitatē. Nam sicut victoria dñi triūphus est ser uor: sic magistri eruditio discipulor pfectus. Nisi enī caput sanum sit: omnia mēbra sunt in vi tio. Quādo doctrina non erit in ecclesijs: intelligemus perire pudicitiā: castitatē mori: & omnes obire virtutes: quia nō comederūt verbum dñi. Tunc scriptura vtilis est audiētibus: cum absq; Christo nō discit: cum sine patre nō probat. Cum enī sine spiritusancto: nō iam insinuat ille qui prædicat: Sed difficile dignus præco virtutū Christi inueniri potest: qui in annūciandis illis nō suam: sed eius quærat gloriā quem prædicat. Confusio quoq; & ignominia est Iesum crucifixū & pauperē & esurientē fartis prædicare corporibus: & ieiunior doctrinā per rubentes buccas tumentiaq; ora pferre. Non cōfundant ergo opera sermonē tuū: vt cum in ecclesijs loquaris: ta citus quisq; respondeat. Cur hæc quæ dicis ipse nō facis? Accusare auaritiā etiā latro potest. Sa cerdotis vox cum mēte cōcordet. Nam quomodo potest præses ecclesiæ malū auferre de medio eius qui in delictū simile corruerit? Ac qua libertate corripit peccantē: cum tacitus ipe sibi respō deat eadem admisisse quæ corripit? Perdit enī auctoritatē docendi: cuius opere sermo destruit. Et illud Tullij: Caput artis est docere qd facis. Veneratōi mihi semp fuit: nō verbosa rusticitas sed sancta simplicitas. Qui enī in sermone se dicit apostolos imitare: prius imitet virtutes & vi tam illor: in quibus loquendi simplicitatē excusabat sancti nomis magnitudo. Non enī facit ec clesiastica dignitas christianū: nec est facile stare loco Pauli: tenere gradū Petri iam cum Christo regnantiū: ne forte veniet angelus dñi: qui scindat velum templi tui: qui candelabrū tuū de locō moueat. Igit ædificaturus turrim futuri operis sumptus cōputa. Sicuti nō Hierosolymis fuisse: sed Hierosolymis bene vixisse laudandū est. Prius ergo faciamus: & sic doceamus: ne doctrinæ auctoritas cassis operibus destruat. Nam de eloquētibus & pnūciantibus plenus est orbis. Lo quunt quæ nesciūt: docent quæ nō didicerūt. Magistri fiunt: cum ante discipuli nō fuerint. Sed nec ad scribendū cito psilias. & leui ducaris insania: Multoq; tempore disce qd doceas: & sic nō temeritate quorūdam doceas qd nescias: sed ante disce qd dicturus es. Nam qui sapiētis verba crebro audire & intelligere negligit: vitam suam gubernare nō nouit: q̄tomagis nec alior regi mini pficit? Igit seruum seruis te esse cōuenit. Atq; ita in omnibus perdocere: vt quicūq; audiūt cōuersatione tua magis q̄ sermone pficiant. Quoniā quidē nō in sermone est regnū dei: sed in virtute. Sed ne statim multitudinis acquiescamus iudicio: sed electi in principatū noscamus mē suram nostrā: & humiliemur sub potenti manu dei. Reuera nil fedius præceptore furioso: cum debeat esse mansuetus & eruditus: ecōtra toruo vultu: tremētibus labijs: rugata fronte: effrena tis cōuitijs: facie inter pallorē ruborēq; variata clamore perstrepit: & errātes nō tam ad bonū tra hit q̄ ad malū sæuitia sua præcipitat: licet nō qui irascit iracūdus est: sed ille qui crebro hac pas sione superat. Suntq; multi docētes ea quæ nō oportet: turpis lucri gratia: qui totas domus sub uertunt: & putant quæstum esse pietatē. Qd plerūq; accidit vt habeamus pugnas legis non ob desideriū veritatis: sed ob iactantiā gloriæ: Dum apud audientes doctivolumus æstimari. Festi no igitur gradu pergamus ad magistros: & eor teramus limina: & præcepta virtutū ac myste ria scripturar vincula putemus æterne.

De solitudine. CAPI. .VIII.

r Euera vt simpliciter motum mentis meæ fatear: cōsiderans ppositū tuū & ardorem quō sæculo renūciasti: differētias in locis arbitror. Si vrbibus & frequētia vrbiū derelicta in agello habites: & Christū in solitudine quæras: & ores solus in mōte cum Iesu: sctōrq;

locoꝝ tantū vicinitatibuſqꝫ perfruaris: id eſt vt & vrbe careas & ꝓpoſitum monachi nō amittas Loquor nō de epiſcopis: nō de preſbyteris: nō de clericis: quoꝝ alia cauſa eſt alia monachi. Clerici oues paſcunt: ego paſcor: Sed de monacho loquor: qui precium poſſeſſionū ſuaꝝ ad pedes apoſtoloꝝ poſuit: docens pecuniā calcandā: & humiliter & ſecreto victitans ſemper cōtēnat qđ ſemel cōtempſerit. Nam ſūmæ ſtultitiæ eſt renūciare ſæculo: dimittere patriā: vrbes deſerere: monachū ꝓfiteri: & inter maiores populos peregre viuere. Quia igit̄ frater me interrogas: per quā viam incedere debeas: reuelata tecum facie loquar. Si officiū vis exercere preſbyteri: Si epiſcopatus te: vel opus: vel onus forte delectat: viue in vrbibus & caſtellis: & aliorꝝ ſalutem lucrum fac animæ tuæ. Si autē cupis eſſe qđ diceris monachus: quid facis in vrbibus? quæ vtiqꝫ nō ſunt ſoloꝝ habitacula: ſed multoꝝ. Habet vnumqđqꝫ ꝓpoſitum principes ſuos. Romani duces imitent̄ Camillos: Fabritios: Regulos: Scipiones. Philoſophi ꝓponant ſibi Pythagorā: Socratē: Platonē: Ariſtotelē. Poete æmulent̄ Homerꝝ: Virgiliū: Menandrū: Terentiū. Hiſtorici Thucydidē: Saluſtiū: Herodotū: Liuiū. Oratores Lyſiā: Gracchos: Demoſthenē: Tullium. Et vt ad noſtra veniamus Epiſcopi & preſbyteri habeant ad exemplū apoſtolos & apoſtolicos viros: quoꝝ honorem poſſidentes habere mereant̄ & meritū. Nos autem habemus ꝓpoſiti noſtri principes Paulū: Antoniū: Iulianū: Hilarionē: Machariū. Et vt ad ſcripturaꝝ auctoritatē redeā noſter princeps Helias: noſter princeps Heliſæus: noſtri duces filij ꝓphetaꝝ: qui habitabant in
1. Ioh. 2. agris & ſolitudine: & faciebant ſibi tabernacula prope fluenta iordanis. De his ſunt & illi filij Rechab: qui vinum & ſicerā nō bibebant: & morabant̄ in tentorijs: Qui dei per Hieremiā voce laudantur: & ꝓmittit̄ eis q̄ non deficiat de ſtirpe eoꝝ vir ſtans coram dño. Interpretare igitur vocabulum monachi: hoc eſt nomen tuum. Quid facis in turba qui ſolus es? nō tibi eadem cauſa ſed quæ cæteris. Quodqꝫ nemo ꝓpheta in patria ſua honorē habet. Nam vbi honor nō eſt: ibi contemptus eſt: Vbi cōtemptus eſt: ibi frequenter iniuria: Vbi iniuria ibi indignatio: Vbi indignatio: ibi quies nulla. Vbi quies nō eſt: ibi mens ſæpe a ꝓpoſito deducit̄. Vbi autem per inquietudinem aliquid auferet̄ ex ſtudio: minus fit ab eo quod tollit̄. Et vbi minus eſt: perfectum non poteſt dici. Ex hac ſupputatōe illa ſūma naſcit̄: Monachū perfectū in patria ſua eſſe nō poſſe: Perfectum autem eſſe nolle derelinquere eſt. Vbi autem ego nunc ſum: nō ſolum quid agitur in patria: ſed an patria perſiſtat ignoro: Immo nec mihi concedit̄ vnus angulus eremi: quotidie expoſcor fidem quaſi ſine fide renatus ſim.

De laudibus & vtilitate eremi. CAPI. IX.

Vid igitur agis tu frater in ſæculo: qui maior es mundo? Paupertatē times? beatos pau-
q peres Chriſtus appellat. Labore terreris? ſed nemo athleta ſine ſudoribus coronat̄: De cibo cogitas? ſed vera fides famem nō timet. Super nudam metuis humū exeſa ieiunijs mēbra collidere? ſed dñs tecum iacet. Squallidi capitis horret īculta cæſaries? ſed caput tuū Chriſtus eſt. Infinita eremi vaſtitas terret? ſed tu paradiſum mente deambula: quotiens illuc conſcenderis: totiens in eremo nō eris. O deſertū Chriſti floribus vernans. O ſolitudo in qua illi naſcuntur lapides: De quibus in Apocalypſi ciuitas magni regis extruit̄. O eremus familiaris deo gau-
Mat. 6. dens & cætera. Ad quæ etiam illud apoſtoli. Non ſunt cōdignæ paſſiones huius temporis ad futuram gloriā: quæ reuelabit̄ in nobis. Cur enī timido animo Chriſtianus es? filius hominis non habet vbi caput ſuum reclinet: tu amplas porticus & ingentia tectoꝝ ſpatia metiris: hæreditatē expectans ſæculi: cohæres Chriſti eſſe nō poteris. Nudos amat eremus. Corpus aſſuetū tunicæ loricæ onus nō fert. Caput opertū linteo galeam recuſat: molem ocio manū durus exaſperat cappulus. Sed cur inquit pergis ad eremū? videlicet vt te nō audiam: nō videam: vt tuo furore non mouear vt tua bella nō patiar: ne me capiat oculus meretricis: ne forma pulcherrima ad illicitos ducat amplexus. Reſpōdebis: hoc non eſt pugnare: ſed fugere. Sta in acie: aduerſarijs armatus obſiſte: vt poſtq̄ viceris coroneris. Fateor imbecillitatem meam. Nolo ſpe pugnare victoriæ: ne perdam aliquādo victoriā. Si fugero: aut vincendū mihi eſt: aut cadendum. Quid autem neceſſe eſt certa dimittere: & incerta ſectari? aut ſcuto aut pedibus mors vitanda eſt. Tu qui pugnas: & ſuperari potes & vincere. Ego cum fugero: non vincor in eo quod fugio: ſed ideo fugio ne vincar. Nulla ſecuritas eſt vicino ſerpente dormire: poteſt fieri vt me nō mordeat: tamen poteſt fieri vt aliquādo me mordeat. Fuga enim non infidelitatis ſed prudentiæ indiciū eſt: ne fruſtra nos offeramus periculis. Sed nuper ægypti deſerta vidiſti: intuitus es angelicā familiam: quanti ibi flores ſunt? q̄ ſpiritualibus gēmis prata vernantia? Vidiſti ſerta quibus dñs coronatur. Ille tibi ignis in pectore exæſtuet: & illa quotidie cogita: tracta: cōſidera: & quaſi quodam carcere tentus exclama. Heu me quia ꝓlongata eſt peregrinatio mea: & in paradiſum mente cōſcendens to

tiens in terra nõ eris: quotiens terrena despexeris. Eadem nobis certe cum his qui habitant per deserta cõditio est: ijdem oculi: totidem & manus: ijsdem infirmitatibus vel virtutibus subiacemus. Si te aquæ potus vexat: quanti nobiles nõ dicam vina nesciunt: sed carnes ignorant: & fuso tantũ legumine sustentant? Si balneaq; te lauacra sollicitant: quanti principes ciuitatũ siue ob culpam ꝓpriam: siue ob inuidiam ad insulas deportati: sine æterno præmio perpetuaq; mercede absq; balneis perseuerant? Nemo id necessitate pati non potest: quod ꝓ deo pati volũtate detrectat. Habebis cellulam quæ te solum capiat. Immo non eris solus. Angelica turba versabit: tot socij: quot sancti. Leges euangelium: fabulabit tecum Iesus. Replicabis apostolos vel ꝓphetas: Nunquid poteris talem alium tuis sermonibus habere consortem? Terra sumus & cinis: & per omnia momenta de nostra salute suspensi: cõtinue in puluerem dissoluendi. Quid retractamus facere de necessitate virtutem? certe quandoq; moriendũ est. Q̃ cito mundi derelinquamus angustias: & si forte ob continentiã (qd' tñ raro accidit) dolere stomachũ: æstuare febribus repperimus: perpetuæ vitæ ingressuri ianuũ morbũ putemus? Quanti enĩ in mediis opibus & inter tabulas cõsulatus repentina morte subtracti sunt? Quid ergo desideramus vrbiũ frequentiã: qui de singularitate censemur? Mihi enĩ oppidũ carcer: & solitudo paradisus est. Sæculariũ quoq; maxime potentũ cõsortia deuita. Quid tibi necesse est illa sæpius videre: quoq; contemptu monachus esse cœpisti? Nam monachũ solitudo facit: nõ publicum.

De periculo vitæ solitariæ. CAPI. .X.

Monachi etiam nunc mores discutimus: qui iugum Christi collo suo imposuit: Primũq; tractandũ est: vtrum solus aut cum alijs in monasterio viuere debeas. Mihi placet vt habeas sanctoq; cõtubernium: ne absq; ductore ingrediaris viam: quam nunq̃ ingressa estatimq; tibi in partem alteram declinandũ sit: vt errori pateas: pluscq; aut minus ambules q̃ necesse est: & currens lasseris: moramq; faciens obdormias: In solitudine cito surrepit superbia. Et si parũper ieiunauerit: hominemq; non viderit putat se alicuius esse momenti. Oblituscq; sui vn de quo venerit: intus corde: foris lingua vagatur. Iudicat contra volũtatem apostoli alienos seruos. Quo gula poposcerit porrigit manus: dormit quãtum voluerit: neminem veretur: omnes se inferiores putat: crebriusq; in vrbibus q̃ in cellula est: & inter fratres simulat verecũdiam: qui plateaq; turbis collidit. Quid igitur? solitariam vitam reprehendimus? Minime: quippe quam sæpe laudauimus licet vt præfert solitaria vita periculosa est: ne abstracti ab hominũ frequentia sordidis & impijs cogitationibus pareant: & pleni arrogantia & supercilij cunctos despiciant: armẽtq; linguas suas vel clericis vel monachis detrahendo. Sed de ludo monasterioq; volumus huiuscemodi egredi milites: quos eremi dura rudimenta non terreant: qui speciem cõuersationis multo tempore dederint: qui omniũ fuerint minimi: vt primi omniũ fierent: Quos nec esuri es aliquãdo nec saturatis superauit: qui paupertate lætant: quoq; habitus: sermo vultus: incessus est. O quotiens in eremo cõstitutus in illa vasta solitudine: quæ exusta solis ardoribus horridũ monachis præstat habitaculũ. Putaui me Romanis interesse delitijs: sedebã solus: quia amaritudine repletus eram. Horrebant sacco mẽbra deformia: & squalida cutis situm æthiopicæ carnis obduxerat: Quotidie gemitus. Et siquando me repugnantẽ somnus iminens oppressisset nuda humo vix ossa hærentia collidebã. De cibis vero & potu taceam: cum etiam languentes monachi ibi aqua frigida vtant: & coctum aliquid accepisse luxuria sit. Ille igitur ego qui ob gehẽnæ metum tali me carcere dãnauerã: scorpionũ tantũ socius & ferarq;: sæpe choris intererã puellarũ pallebant ora ieiunijs: & mens desideriis æstuabat. In frigido corpore & ante hominẽ sicca iam carne præmortua sola libidinũ incendia bulliebant. Itaq; omni auxilio destitutus: ad Iesu iacebã pedes: rigabam lachrymis: crine tergebam: repugnantem carnem edomuerã: inedia subiugabam. Non depudesco infœlicitatis meæ: quin potius plango me non esse quod fuerim. Memini me clamantem & diem crebro iunxisse cum nocte: nec prius a pectoris cessasse verberibus: q̃ rediret dño increpante tranquillitas. Ipsam quoq; cellulã quasi cogitationũ mearq; cõsciam pertimescebã: & mihimet iratus & rigidus solus deserta penetrabã. Sicubi cõcaua vallium: aspera montium: rupium prærupta cernebam. Ibi meæ erat orationis locus: ibi illud miserrimæ carnis ergastulum collocabã: Et vt mihi testis est dominus: post multas lachrymas: post cœli oculos inhærentes nõnunq; videbar mihi interesse agminibus angelorum: & lætus gaudensq; cantabam: Post te in odorem vnguentorq; tuorq; curremus. Dicam & aliud quod in ægypto viderim. Græcus vero erat adolescens in scenobio qui nulla continentia: nulla operis magnitudine flãmam carnis poterat extinguere. Hunc pater monasterij periclitantem hac arte seruauit. Imperat viro cuidam graui: vt iurgijs atq; conuitijs insectetur hominem: & post irrogatam iniuriam pri- Cañ. i.

mus veniret ad querimonias. Vocati testes, p eo loquebant qui cōtumeliā fecerat. Falsē ille contra mēdaciū cœpit flere solus pr̄ defensionē suā: calliде opponere studuit: ne abūdātiori tristicia obsorberet frater. Quid multa? Ita annus ductus est: quo expleto interrogatus adolescēs super cogitatiōibus pristinis: an adhuc molestē aliquid sustineret. Pape inquit: mihi viuere nō licet: & fornicari libet. Hic si solus fuisset quo adiutore superasset? Sunt enim meliores duo q̄ vnus: Et si alter ceciderit ab altero fulcit. Funiculus triplex nō facile rumpit: & frater fratrem adiuuans exaltabit. Vidi ego quosdā qui postq̄ renūciauerunt sæculo: vestimētis dūtaxat & vocis, pmissione: non rebus: nihil de pristina cōuersatione mutarūt: res familiaris magis aucta q̄ iminuta. Eadem ministeria seruulorū: idem apparatus cōuiuij: & nomen sibi vendicāt solitarij. Quidā vero pauperes sunt & tenui substātiola: videntq; sibi scioli: pompaq; ferculis similes, pcedūt in publicum: vt caninā exerceant facundiā. Sunt etiam qui humore cellularū imoderatisq; ieiunijs tædio solitudinis: ac nimia dilectōe: dum diebus ac noctibus auribus suis personant: vertunt in melā choliam: & Hippocratis magis fomentis q̄ nostris monitis indigent: plāriq; artibus & negociationibus pristinis carere nō possunt: mutatisq; nomibus institorū: eadem exercent mercimonia. Non victū & vestitū qđ amplius præcipit: sed maiora q; sæculi homines emolumēta sectantes & sub religionis titulo exercent iniusta cōpendia: & honor christiani nominis magis fraudem facit q̄ patitur. Quæ pudet dicere: sed necesse est: vt saltem sic ad nostrū erubescamus dedecus publice extendentes manus: pānis aurum tegimus: & cōtra omniū opinionē plenis sacculis morimur diuites: qui quasi pauperes viximus. Tibi cum in ministerio fueris hoc facere non licebit & inolescente paulatim cōsuetudine qđ primū cogebaris: velle incipies: & delectabit te labor tuus. Oblituscq; præteritorū semper priora sectaberis: nequaq̄ cōsiderās quid alij mali faciant: sed qd boni tu facere debeas. Necq; vero peccātiū ducaris multitudine: nec te peuntiū turba sollicitet vt tacitus cogites. Quid ergo? omnes peribunt qui in vrbibus habitant? Ecce illi fruunt suis rebus: ministrant ecclesiæ: adeunt balneas: vnguenta nō spernunt: & tamen in omni ore versant. Ad quod ante respondi: & nunc breuiter respondebo: in præsenti opusculo non me de clericis disputare sed monachū instruere.

De periculo habitandi in vrbibus. CAPI. XI.

c Onsidera obsecro satis esse difficile locum Stephani implere vel Pauli: & in angelico state ministerio præciosum margaritū: sed cito frāgit: fractūq; instaurari nō potest. Nauis q̄is sit rudis & solidis cōfixa clauis: tumentesq; fluctus nō sentiat: cito si periculose naiigat perforat: & licet plenis ventis lucrosius ad optata perueniat: tñ magis secura sunt: quæ & tranquilla sunt: Et vt apertius loquar plus te quod dicis: habere mercedē si in media vrbe consistens monachorū victites: & sunt vera: quæ dicis: sed nō tam facile explent opere q̄ dicto. Nam si aliq̄ te de optimatibus inuitet ad prādiū: certe aut eundū est aut negandū. Si ieris aut ijsdem cibis vesceris aut alijs. Si alijs: cōuiuarū offēdunt oculi. Si ijsdem: perit abstinētia. Qđ si nō ire volueris miser comederis in prandio ad singulas quasq; phialas: & delibuta melle vina potaberis: alius tuū vultū cauillabit: ille incessum irridebit. Hic habitū: & imitatores forsitan iudæorū: nōne inquient: hic est fabri filius? Nōne fratres eius apud nos sunt: ego illum memini ante tot fere annos illud fecisse turpe: dixisse turpius. Alius furem clamabit: & tecum se sceleris finget esse participē. Omnia prandia pariter cōsonabunt: in te temulentū cōuiuiū dissoluet. Q đ si vllis abstinueris carnibus & nō crebro balnea frequētes: tunc vero per omes calūnias manichæi titulus ascribit. Si volucrū eduliū refutaueris & tenellas colūbas crassosq; turtures expetenti gutturi durior dñs denegaueris: sacrilegij crimen afficit: statimq; aiunt. Hi sunt qui creatorē mūdi cōdēnant: in vsus nostros facta sunt omnia. Audiui dño teste nō mētior quendā in sua gula diserum cum rumore cognoscerēt me cibis esculētioribus abstinere: se dicere. Nūquid, pcellus ideo factus est vt togatus in senatu snīam diceret? Quo videlicet me stultitiæ condēnaret: qui me putaret ea quæ sunt inusus creata nō sumere. Qđ si pulla fuerit tunica: etiā prætereuntiū digitis denotaberis. Ac sic nisi formosus fueris sanctus esse nō poteris. Hæc & istiusmodi cū vitā lacerent bonam: quid facies frater ī medio? Aut vitijs: aut anathemati colla submittes: id est sectaberis ea quæ sūt aduersa cōtinētiæ. Aut si facere nolueris tpe dānaberis. Prætermitto crebras salutatōes obseqa matronarū: variasq; illecebras: quibus etiā rigidissimi molliunt: Cum & sirenæo cantu ad naufragia pertrahunt. Nunc aūt illud affirmo: q̄etiā si ita nō essent: ad cōparationē tñ ingentis boni maiora deserere deberes. Cum enī tanta reperimus in cœlo: parua & caduca nos quæsisse doleamus in terra. Ambitio nanq; potentia: magnitudo vrbis: videri & videre: Salutare & salutari: laudare vel detrahere: vel audire vel, ploqui: & tantā hominū frequentiā saltem inuitū

videre monachoꝝ ꝓpoſito: & a quiete ſunt alienæ. Aut enī videmus ad nos ven'entes & ſilenti um perdímus. Aut ſi non videmus ſuperbíæ arguímur. Interdū: vt vicem reddamus ad ſuphas fores pergímus: ínter línguas rodentiū miníſtroꝝ poſtes ingredímur deauratos. In Chriſti vero villa (vt dídícímus) totū ruſticitas. Itaq; ꝓpter occupatões: aut nobilis claudendū eſt oſtium: aut ſcripturaꝝ ꝓpter quas aperiendæ ſunt fores ſtudía relinquēda. His ígīt rationíbus ínuitati mul ti philoſophoꝝ reliquerūt frequētías vrbiū: & hortulos ſuburbanos. Vbí agger írríguus: arbo ne per luxū & per abundantiā copíaꝝ animæ fortitudo molleſceret: & eíus pudicítia cōſtupra retur. Inutíle quíppe eſt crebro vídere: per quæ captus alíquādo ſis: & eoꝝ te experímēto cōmít tere: quíbus difficulter careas. Nam quos ſæculí carcer íncludít: nunc íra: nūc auarítia: nunc alío rum íncentíua vítioꝝ ptrahít ad ruínam. Ideoq; obterendæ ſunt anímí voluptates: relínquenda delectationū ſtudía: quoniā hæc eſt círcūcíſionís veritas: non figura. Nítendū ín ſūma: vt natu ralíbus amputatis cōuerſatío noſtra tendat ad cœlum. Q d' fiet ſi ludí: ſi íocus: ſi cōuíuía: Sí ſer mo pene famílíaꝝ deſeraī: & quæ circūcíduntī areſcant: nō víſu: nō auditu: nō tactu: nō ſapore: aut capíet ín natura corporís naturam corpoream nō habere. Nam ſi velímus deſpícere quod ſu mus meremur melíus eſſe: q; ígitur nō temere offeramus nos periculís: ſed q̄tum in nobis eſt ín ſídías declínemus.

De abſtínentía & præcípue a carnibus. CAPI. XII.

ALuator noſter Attendite ínquit vobís: ne forte grauenī corda veſtra crapula: & ínebrie tate & curís huíus vítæ. Modicus enim ac temperatus cíbus & carní & anímæ vtílís eſt. Luc. 21.

Balneaꝝ fomenta ne quæras: qui calorem corporís ieiunioꝝ cupis frígore extínguere: quæ & ípſa moderata ſínt: ne nimiū debilítent ſtomachū: & maiorē refectionē poſcentía erum pant ín cruditatem: quæ parens líbídínū eſt. Aíunt enī medící qui de humanoꝝ corpoꝝ ſcrípſe re naturís: præcípue Galienus ín líbrís: quoꝝ titulus eſt Yſicion Pueroꝝ & íuuenū: ac perfectæ ætatís víroꝝ mulierūq; corpora ínſito calore feruere: & noxíos hís eſſe ætatíbus cíbus: qui calo rem augent: ſanitatíq; condecere frígída quæq; ín cíbo & potu ſumere: Sícut ecōtrarío ſenibus quí pituíta laborant & frígore calídos cíbos & vetera vína ꝓdeſſe: Et etiā comícus cuíus finís eſt humanos mores noſſe atq; deſcríbere díxít. Sine cerere & líbero fríget Venus. Níhíl ítaq; ſcías cōdecere chriſtíanís adoleſcētíbus vt eſum holeꝝ. Nam ardor corpoꝝ frígídorıbus epulís tem perandus eſt. Nobís enim nō corpoꝝ cultus: ſed anímæ vígor quæríī quæ carnís ínfirmítate ſít tíam putant carniū: & legumínibus onerant ſtomachū: qūæ moderatæ parceq; ſumpta ínnoxía ſunt: & vt quod ſentío loquar: Níhíl ſic ínflāmat corpora: & títíllat mēbra genítalía: ſícut índige ſtus cíbus ructuſq; cōuulſus. Quod enī ſemínariū voluptatū eſt venenū puta. Eſt autē eſus car nium ſemínariū líbídínís: Et nō ſoluin de carnibus loquor: ſed in íſpís legumínibus ínſtantía & grauía declínanda ſunt. Parcus cíbus & venter eſuriens tríduanís ieiunijs præferī. Multo enim melíus eſt quotidíe parū: q; raro ſatís ſumere. Pluuía illa optíma eſt: quæ ſenſím deſcendít in ter ras: ſubitus & nímíus ímber præceps arua ſubuertit. Refectío ítaq; ſaturitatē fugíat. Níhíl pro deſt bíduo tríduoq; tranſmíſſo vacuum portare ventrem: Sí pariter obruaī: ſi compenſeī ſaturí tate ieiuníū. Illíco mens repleta torpeſcít: & írrígata corporís humore ſpínas germínat líbídínū. Plures quoq; ſunt quí cum vino ſint ſobríj: cíboꝝ tamen largítate ſunt ebríj. Omnes enim qui ebríetatem ſectanī fílíj Belíal vocanī. Nam venter mero æſtuans facile deſpumat ín líbídínem. Vnde Noe nudauít ebríetate femora. Loth quem Sodoma non vícerat: vína vícerunt. Venter quoq; plenus facile de ieiunijs díſputat. Q uí enim Chriſtū deſíderat: & íllo veſcítur pane: non quærít magnopere de qua præcioſís cíbís ſtercus cōfícíat Quícquíd poſt gulam nō ſentíīdem fít quod panís & legumína. Omne enī quod ín hoc mundo laborant homines: ore quaſí conſu mítur: & attrítū dentíbus ventrí tradíī dígerendū: & tādíu tríbuít voluptatē: q̄díu gutture detí netur. Cum vero in aluum tranſíerít deſínít ínter cíbos eſſe díſtantía. Nec hoc dícímus: q; nege mus píſces. Sed quomodo nuptijs vírgínítatē: ita ſaturítatí ieiunía præferímus. Sed nūc ídeo te carnes veſci non putes: ſi ſuum: leporꝝ: atq; ceruoꝝ & quadrupedū anímantíū eſculentiā repro bes. Non enim hæc pedum numero: ſed ſuauítate guſtus comprobanī. Scímus ab apoſtolo dí ctum: Omnís creatura dei bona: quæ cum gratíarūactione percípíī. Sed ídem loquíī: Bonum 1. Thi. 4 eſt carnem non māducare. Comedant carnes: quí carnibus ſeruíunt: quorum feruor deſpumat ín coítum: eorum & ínteſtína carnibus repleantur. Tu vero níhíl habeas tam neceſſe: q̄ ieiuníū perſeuerare. Pallor & ſordes tuæ gēmæ ſunt. Igítur cū míhí díxerís, Cur porcus creatus eſt: ſta

tim tibi reſpondebo puerorꝫ more certantiũ: Cur vipere & ſcorpij: Nec deum ſuperfluorꝫ iudicabis artificem: cum plurimæ & beſtiæ & volucres ſint: quas tuæ fauces recuſant. Sed ne cõtentioſum hoc & pugna magis videat eſſe q̃ verum. Audi iccirco ſues & apros & reliquas animantes creatas: vt milites & athletæ nautæ metallorꝫq; foſſores: cæteri duro operi mãcipati haberẽt cibos: quibus fortitudo corporꝫ neceſſaria eſt: qui portant arma & cibaria: Qui pugnis & calcibus ſua inuicem mẽbra debilitant: qui remos trahunt: quorꝫ latera ad clamandũ dicendũq; valida: qui ſubuertũt montes: & ſub ſudore & imbribus dormiunt. Sed quid ad nos: quorꝫ cõuerſatio in cœlis eſt: Cæterũ noſtra religio nõ athlætã: nõ nautas: nõ milites: nõ foſſores: ſed ſapientiæ erudit ſectatorẽ: qui ſe dei cultui dedicauit: & ſcit cur creatus ſit: quo verſet in mundo: quo
2. Cor. 12 abire feſtinet. Vnde & apoſtolus loquit: Quando infirmor: tunc potens ſum: & ſi exterior no-
2. Cor. 4 ſter homo corrũpitur: ſed interior renouat de die in diem: & cupio diſſolui & eſſe cum Chriſto:
Phil. 1. Et carnis curã ne feceritis: Quodq; ſine quattuor ſenſibus viuere poſſumus: id eſt ſine aſpectu auditu: odoratu: atq; cõplexu. Abſq; guſtu autem & cibis impoſſibile eſt humanũ corpus ſubſiſtere. Adeſſe ergo debet ratio: vt tales & tãtas ſumamus eſcas: quibus nõ oneret corpus: nec libertas animæ prægraueť: Quia & comedendũ eſt: & deambulandũ: & dormiendũ: & digerendum: & poſtea inflatis venis incentiua libidinis ſuſtentant. Sunt quidẽ ſenſus noſtri porte: per quas ad animã noſtrã ſæculi blandimẽta deſcẽdũt: & per quas ſenſus carnis introeũt. Per quas niſi lata ſtrage facta viam virtutibus potius q̃ impietate fecerimus: nunq; ad regem pietatis peruenire poterimus. Dicat enĩ vnuſquiſq; quo dolet: ego loquor conſcientiã meã. Scio mihi abſtinentiam & nocuiſſe intermiſſam: & ꝓfuiſſe repetitã. Nec tales ergo recipiamus cibos: quos aut difficulter digerere: aut comeſtos magno partos & perditos labore doleamus. Holerũ & pomorum ac leguminũ & facilior apparatus eſt: & arte impendij ſq; coquorꝫ nõ indigent: & ſine cura ſuſtentant humanũ genus: moderateq; cõſumptus: quia nec auide deuorat: Qd' irritamẽtũ gulæ nõ habet: leuiori digeſtione decoquit. Neq; enĩ vno & duobus cibis hiſq; vilibus vſq; ad inflationẽ ventris oneret: quæ diuerſitate carniũ & ſoporis delectatõe concipit: & ad eſum ſui expleta eſurie quaſi captiuos trahunt. Vnde & morbi ex ſaturitate nimia cõcitant. Multiq; impatientiam gulæ vomitu remediant: & quod turpiter ingeſſerũt: turpius egerunt. Poſtq̃ enĩ venit
Hipocra Chriſtus in fine temporꝫ: & reuoluit o & alpha: id eſt finem ad principiũ: vt in prima ætate nõ circũcidimur: nec repudiũ dare ꝓmittimur: nec carnes comedimus. Hippocrates in amphoriſmis docet craſſa & obeſa corpora: quæ creſcendi menſurã impleuerint: niſi cito ablatione ſanguinis minuant: paralyſim & peſſima morborꝫ genera parere. Et iccirco eſſe neceſſariã demptionem:
Ga'ien⁹ habeant in quæ poſſint creſcere. Non enĩ manere invno ſtatu naturam corporꝫ: ſed aut creſcere aut decreſcere: nec poſſe viuere anial niſi creſcendi capax ſit. Vnde & Galienus ille doctiſſimus Hippocratis interpres Athletas quorꝫ vita & ars ſagina eſt: dicit in exhortatõe medicinæ: nec viuere poſſe diu: nec ſanos eſſe: animaſq; eorꝫ ita nimio ſanguine & adipibus quaſi luto inuolutas
Dioge- nihil tenue: nihil cœleſte: ſed ſemper de carnibus & ructu & ventris ingluuiæ cogitare. Diogenes tyrãnos & ſubuerſiones vrbium bellaq; hoſtilia vel ciuilia nõ pro ſimplici victu holerũ pomorũq; ſed ꝓ carnibus epularꝫq; delitijs aſſerit excitari. Qd'q; mirandũ ſit Epicurus voluptatis aſſertor omnes libros ſuos repleuit holeribus & pomis & vilibus cibis: dicens ita eſſe viuendum: quia carnes & exquiſitæ epulæ ingenti cura ac miſeria præparant: maiorẽq; pœnã habeant inquirẽdo q̃ voluptatẽ in abutendo. Bibere & comedere nõ delitiarꝫ ardorẽ debet excitare: ſed ſitim famẽq; reſtinguere. Qui carnibus veſcunť: indigẽt etiã his quæ ſunt carniũ: Qui autẽ ſimplici victu vtunť: eos carnes nõ recipere. Sapientiæ ergo operã dare nõ poſſumus: ſi menſæ abundantiã cogitemus: quæ labore nimio & cura indigẽt: Cito expleť naturæ neceſſitas: frigus ſimplici veſtitu: & fames cibo expelli poteſt. Delitiæ & epularꝫ varietas fomenta ſunt auaritiæ: qd' ſi quis exiſtimat ſe abundãtia ciborꝫ potionũq; perfrui: & vacare poſſe ſapiẽtiæ: hoc eſt verſari inter delitias: delitiarꝫ vitijs nõ teneri ſeipm decipit. Senſus noſter illud cogitat: qd' videt: audit: odorať: guſtat: attrectat. Et ad eius trahiť appetitũ: cuius capiť voluptate. Difficile imo impoſſibile eſt diuitijs & voluptatibus affluentes non ea cogitare quæ gerimus. Fruſtraq; quidã ſimulat ſalua fide & pudicitia & integritate mentis ſe abuti voluptatibus. Cum contra naturã ſit corpus voluptatũ: ſine voluptate perfrui. Senſus corporꝫ quaſi equi ſunt ſine rõne currentes. Anĩa vero in aurigæ modũ retinet frena currentiũ. Grãdis exultatio aĩæ eſt: cũ paruo cõtentus fueris mundũ habere ſub pedibus: & omnẽ eius potẽtiã: epulas: libidines: ꝓpter quæ diuitiæ cõparãť vilibus mutare cibis: & groſſiori tunica cõpẽſare. Tolle epularꝫ & libidis luxuriã nemo q̃ret diuitias: q̃rũ vſus aut in vẽtre aut ſubvẽtre eſt. Qui ægrotat nõ aliť accipit ſanitatẽ: niſi tenui cibo

& castigatione victus: quibus ergo cibis recipit sanitas: his & seruari potest: ne quis putet mor-
bos holeribus cõcitari. Si autem vires holera nõ ministrant: quæ nascunt & alunt in carnibus:
quid est sapienti viro & philosopho Christi tantã habere fortitudinẽ? quæ athletis & militibus
necessaria est: quã cum habuerit ad vitia ꝓuocet. Illi arbitrant carnes sanitati cõgruas: qui volũt
abuti libidine: & in scenum demersi voluptatũ: ad coitũ semper exæstuant. Christiano sanitas
absq; viribus eximijs necessaria est. Nec turbare nos debet: si rari sunt huius ꝓpositi sectatores
quia rari sunt & amici boni & fideles & pudici & cõtinentes: semperq; virtus rara est. Legimus
quosdam morbo articulariorꝫ & podagræ humoribus laborantes ꝓscriptiõe bonorꝫ ad simpli
cem mensam & ad pauperes cibos redactos cõualuisse. Caruerant eni sollicitudine dispẽsandæ
domus: & epularꝫ largitate: quæ & corpus frangunt & animã. Irridet Horatius appetitũ ciborꝫ
qui cõsumpti relinquũt pœnitentiã: sed etiam ex vilissimis cibis vitanda satietas. Nihil enim ita
obruit animũ: vt plenus venter & æstuans: & huc illuc se vertens: & in ructus & in crepitus ven
torꝫ efflatiõe respirans. Quale autem illud ieiuniũ: aut qualis refectio post ieiuniũ: cum prídia-
ris inediæ famem quærere: tantũ voramus: q̃tum vix alterius diei nox digerat. Itaq; nõ tam ieiu
nium appellandũ est: q̃ crapula ac fetens & molesta digestio.

De abstinentia philosophorꝫ antiquorꝫ sacerdotũ aliorꝫq; sanctorꝫ. CAPI. XIII.

Icearchus in libris antiquitatũ & descriptõe Græciæ refert sub Saturno cum omnia hu-
d mus funderet: nullũ comedisse carnes: sed vniuersos vixisse frugibus & pomis: quæ spõ
te terra gignebat. Cheremon quoq; stoicus vir eloquẽtissimus narrat de vita antiquorꝫ
ægypti sacerdotũ: q omnibus mundi negocijs curisq; postpositis semper in templo fuerint: q re
rum naturas causasq; rationesq; syderũ cõtemplati sint: nunq; se mulieribus miscuerint: nunq;
cognatos & ꝓpinquos: nec liberos quidẽ viderint: & ex eo tempore quo cœpissent diuino cul-
tui deseruire: carnibus & vino semper abstinuerint ꝓpter tenuitatẽ sensus: & maxime ꝓpter ap
petitus libidinis: quæ ex his cibis & ex hac potione nascunt. Pane vero nõ vescebant: ne onera-
rent stomachũ: & siquãdo comedebãt tonsum pariter hisopũ sumebãt in cibo: vt escam grauío-
rem illius calore decoquerent. Oleum tm in holeribus nouerant. Verum & ipm parum ꝓter nau
seam & asperitatẽ gustus leniendã. Quid loquar inquit de volatilibus: cum oua quoq; ꝓ carni
bus vitauerint & lac: quorꝫ alterũ carnes liquidas: alterũ sanguinẽ esse dicebant colore mutato.
Cubile eis de folijs palmarꝫ cõtextum erat: Scabellũ accliue ex vna parte obliquũ in terra ꝓ pul
uillo capiti supponebãt: biduí triduiq; inediã sustinentes: & humores corporis qui nascunt ex
ocio: & ex mansione vnius loci nimia victus castigatõe siccabant. Item Iosephus in secũda iudai
cæ captiuitatis historia: & in decimooctauo antiquitatũ libro tria describit dogmata iudæorũ:
Pharisæos: Saducæos: Essæos: quorꝫ nouissimos miris effert laudibus: q & vxoribus vino &
carnibus semper abstinuerint: & quotidianũ ieiuniũ verterint in naturã. Super quorꝫ vita & ci-
bo Philo vir doctissimus ꝓprium volumen edidit. Eubulius narrat apud persas tria genera ma
gorꝫ: quorꝫ primos qui sunt doctissimi & eloquẽtissimi: excepta farina & holere nil amplius in
cibo sumere. Orpheus quoq; in carmine suo esum carnium penitus detestat. Pythagoræ etiam
Socratis Antisthenis & reliquorꝫ frugalitatẽ referrem in cõfusionẽ nostrã: nisi & longũ esset: &
ꝓprij operis indigeret. Vt qui paupertatẽ apostolorꝫ & crucis duriciem: aut nesciunt: aut cõtem
nunt: imitent saltem gentiliũ paupertatẽ. Ad ea venio quæ Asella post duodecimũ annũ sudore
ꝓprio elegit: arripuit: tenuit: cœpit: impleuit: vnius cellulæ clausa angustijs latitudine paradisi
fruebat. Idem terræ solum & oratõis locus extitit & quietis. Ieiuniũ habuit ꝓ ludo: inediã ꝓ re-
Vnc iam nobis de patientia & eius bonis loquendũ eſt. Eſt igit̃ patientia omniũ iniuriarum & paſſionũ tolerantia: & expectationũ omniũ ſine præcipitatõe ſufficientia: quã ſi quis intellexerit & habuerit cõtraria vitæ: grauia baiulat: bona omnia cõtinet: ſororem habet ſpem: & affines eius ſunt res bonæ omnes. Patitur enī libenter quia ſperat: ſperando tolerat. Impatienter enī ferũ quod nõ ſperaũ. Omni autem virtute patientia perfert: quod ſpe præeunte dignoſcit̃: Aut ſi ſpes fructus patientiæ ſubſequit̃. Hæc matre gaudet fide: & gubernaculum habet deum: cõſcientiã: genus: & ꝓpinquitatẽ: inde glorioſi teſtes efficiunt̃: dum fide pleni dum dei timore ſolliciti: dum cõtinẽtiæ diſcipuli: dum filij ſpei duce patiẽtia reperiunt̃. Deinde cohæredes Chriſti: Dum illum vſq; ad mortem patientiæ virtutibus imitant̃. Vnde tu paſſus iniuriam taceas: Iram vince patientia. Sanctus enī amor impatientiã nõ habet. Manſuetudo nãq; nulla paſſione turbat̃: & ſpecialiter ira & furore nõ rumpit̃: quã qui habuerit beatitudinẽ cõſequetur voce domini ꝓmiſſam: vt terram poſſideat: id eſt imperet & dñet̃ corpori ſuo. Nulla enī res ita inebriat vt animi perturbatio. Eſt triſticia quæ ducit ad mortem: eſt quædã ira quæ iuſticiam dei nõ operat̃: & furori ꝓximæ mentis ſuæ impotẽ facit: intantũ vt labia tremant: dentes cõcrepent: vultus quoq; pallore mutet̃. Animi vera lætícia interdũ dolores corporis mitigat: Qđ ſi ad ægrotationẽ accedat ægritudo animi: duplicat̃ infirmitas. Dicit quoq; apoſtolus: Sol non occidat ſuper iracundiã veſtrã. Quid agemus in die iudicij: quorũ ira nõ vnius diei: ſed tantorũ annorũ ſol teſtis erit: Igit̃ miteſcat ſæuitia: manſueſcat iracũdia: remittãt ſibi inuicẽ culpas ſuas: nec ſit exactor vindictæ qui petitor eſt veniæ. Grandis offenſa eſt: nolle placare offenſum: quãq; affectus & perturbatões q̃diu in tabernaculo huius corporis habitantis & fragili carne circũdamur moderari & regere poſſumus: amputare non poſſumus. Ideo pſalmiſta dicit: Iraſcimini & nolite peccare: Quia iraſci hominis eſt: & finem iræ ponere Chriſtiani. Vnde quidã ait: Iam te verberibus enecaſſem niſi iratus eſſem. Inde enī iuſti dicunt̃: dum omnia opera patiẽter operant̃: Multo quoq; melius eſt ſtomachũ te dolere q̃ mentem greſſu facillare: q̃ pudicitia: nec ſtatim nobis pœnitentiæ remedia blãdiant̃: quæ ſunt infœliciũ remedia. Cauẽdũ eſt vulnus quod dolore curat̃: nec ſcire poſſumus ægrotatõis mala: niſi cum fuerit ſanitas ſubſecuta: & quãtum boni virtus habeat vitia demonſtrant: clariuſq; fit lumen cõparatõe tenebrarũ. Sed cõſideremus quid ethicus ille pſalmus ſonet: Iuſtus es dñe: & rectum iudicium tuum. Hodie nõ poteſt dicere niſi ille qui ad vniuerſa quæ patit̃ magnificat dñm: & ſuo merito imputãs ī aduerſis de eius clæmentia gloriat̃. Neceſſe eſt enim: vt qui ſe credere dicit in Chriſto: in oĩbus Chriſti iudicijs gaudeat: dicẽs: Sanus ſum: gratias refero creatori. Langueo: & in hoc laudo domini volũtatẽ. Quãdo enī infirmor: tunc fortior ſum: & virtus ſpiritus in carnis infirmitate perficit̃. Nam fortitudo corporis imbecillitas animæ eſt: patit̃ & apoſtolus aliquid quod nõ vult: pro quo ter dominũ deprecat̃. Sed dicit̃ ei: Sufficit tibi gratia mea. Nam virtus in infirmitate perficit̃. Cur igit̃ durum ſit quod aliquãdo patiendũ eſt. Dolemus autem quenq̃ mortuũ: Ad hoc enī nati ſumus: vt maneamus æterni: Lugeat̃ mortuus: ſed ille quem gehẽna ſuſcipit: quem tartarus deuorat: in cuius pœna æternus ignis exæſtuat. Nam mors noſtra peccatũ eſt. Nos vero quoq; exitum angelorũ turba comitat̃: quibus Chriſtus occurrit obuiam: grauamur magis ſi in tabernaculo iſto mortis habitemus. Cæterum nõne vereris ne tibi Saluator dicat: Iraſceris quia frater tuus: meus factus eſt filius: indignaris de iudicio meo: & rebellibus lachrymis facis iniuriam poſſidenti. Cibum tibi negas non ieiunioq; ſtudio ſed doloris. Non amo frugalitatẽ iſtam: ieiunia iſta aduerſarij mei ſunt: nullã animã recipio: quæ me nolente ſeparat̃ a corpore. Tales ſtulta philoſophia habeat martyres: habeat Zenonem & Catonem. Si viuentem crederes fratrem: nnnq̃ plãgeres: ad meliora migraſſe. Nam ſicut præter hanc vitam: eſt vita alia beatorũ: ita præter hanc mortem eſt mors alia impiorũ. Aduerſum mortis ergo duritiã & crudeliſſimã neceſſitatẽ: hoc ſolatio erigimur: quod in breui viſuri ſumus eos quos dolemus abſentes: neq; enim mors ſed dormitio & ſomnus appellat̃. Nos dolendi magis: qui quotidie ſtamus in prœlio: & peccatorũ vitijs ſordidamur: & accipimus vulnera. Abſit tñ a fide noſtra: vt aliquã plagã dicam eſſe quæ non habeat cõſolationem: cum ꝓpheta ꝓclamet. Nunquid medicus nõ eſt in Galaad: Deus enī permiſit te iſtius ſæculi fluctibus ventiſq; iactari: vt expertus naufragiũ de cætero ſimiliter periclitari caueris Ita cuncta quæ paſſus es ſicut intelligis vulnera corporis tui: ſic animæ remedia ſunt. Breuis enī vitæ ſpatium æterna memoria cõpenſat.

Eph. 4.

ps. 4.

ps. 118.

2. Cor. 12

Hier. 8.

De tribulationibus & obprobrijs perferendis. CAPI. .XXIII.

Mat.5. Portet nos per multas tribulatões introire in regnum cœlorꝝ. Beati estis cum vos male-
o dixerint homines: & persecuti fuerint: & dixerint omne malũ aduersũ vos. Gaudete er-
go & exultate: quia mercesvestra copiosa est in cœlis: futuræ vitæ gloria præsentis vitæ
incõmodis cõparatꝫ: præcipue quia nõ qui patitꝫ: sed qui facit iniuriã miser est. Vnde & christia
nis vexilla crucis sunt delitiæ trophœa: nostræ vitæ nõ pompis: sed miserijs reportantꝫ: in nostra
classe viri fortes obprobria sciunt portare non munera. Nam Christi vincula volũtaria sunt: &
vertunꝫ in amplexus. Si quis autem corpore imbecillis est: si adsit sapientia: nõ aduersarij certa
mina vincit: Maxime quoniã liberi arbitrij sumus: sed ipm dei nutritꝫ auxilio: quodꝙ pauperta
ti nõ nobilitati futuroꝝ beatitudo ꝓmittitꝫ: retrahit quidem verecũdia senatorꝝ ne sequatꝫ paupe
Luc.9. rem Christũ: Sed audiat a Christo: Qui me cõfessus fuerit: & mea verba in generatõe hac adulte
ra & peccatrice: & filius hominis cõfitebitꝫ eum ī gloria patris sui cum angelis sanctis. Turpe est
inter parentes senatores ꝓ Christo volũtaria humilitate deiectũ. Displicet amicis si post ambi-
tiosi habitus cultum: plæbeia & ignobilia vestimenta mutentꝫ. Sed si hominibus placerem Chri
Gal.1. sti seruus non essem inquis apostolus. Et propheta in psalmo: Quoniã deus dissipat ossa eorum
ps.52. qui hominibus placẽt Cõfusi sunt: quoniã deus spreuit eos: Qꝫ tũ bona & humana offensio per
quã inuenitꝫ seruitus Christi: tantũ pernitiosa est amicitia quæ dei præstat offẽsam. Sicut scriptũ
Iac.4. est: Qui voluerit amicus fieri huius mundi: inimicus dei cõstituetꝫ. Dicat vnusquisꝙ quodve-
lit: Ego interim de me ꝓ sensus mei: paruitate iudicaui: melius esse cõfundi coram pctõribus su
per terram: q̃ coram angelis sanctis in cœlo: vel vbicũꝙ iudicij suũ voluerit demõstrare. Vnde
Esaias vir sua gente nobilissimus: qui socer regis Eçechie fuisse fertꝫ iussu dei deposito cilicio
nudus: nunc tamẽ ardui præcepti pudore perterritus est: quo minus dei imperiũ sequeretꝫ: quia
nihil honestius esse homini q̃ suo creatori parere iudicabat. Ioãnes quoꝙ baptista nobilis: & in
carne & in spiritu natus cilicio ũ a pueritia in habitũ elegit: & locustas in cibum: Qui nec peccati
cõscientia: nec paupertatis inopia ad huius gloriam oneris: sed soli sæculi beatitudine trahebatꝫ
Ma.8. Vnde & apostoli stulti & inutiles & tenues fidei arguuntꝫ. Inde Paulũ apostolũ ꝓferam: quẽ quo
Ro.8. tiens lego videor mihi nõ verba audire: sed tonitrua: qui oculo mentis futura cõtemplans dice-
bat: Quis nos separabit a charitate Christi? Tribulatio an angustia? an persecutio? an fames? an
nuditas? an periculũ? an gladius? Illos pericula non separant: nos vero voluptates. Illi cathenas
baiulant innocentes: nos aurum circũferimus criminosi. Illi in carceribus vincti: nos in triclinijs
delicati. Illi in neruo positi: deum puro corde & sincera cogitatione laudantes: nos forte in ipsa
ecclesia de forensibus calũnijs cogitamus: & cum omnibus æqualiter legis data gratia gehenna
seu regula ꝓmissa sunt: Alij de diuitijs: alij de virtutibus meditantꝫ. Cũꝙ dictum sit generaliter
Deutꝫ.9. omnibus: Dñm deum tuum adorabis: & illi soli seruies. Alij innocentia: misericordia: castitate
ieiunijs: deo fideliter & sine fine seruientibus: nos nobis adulteros eligimus: quibus seruire vo-
Ioh.8. lumus. Siquidẽ iuxta euangelij snĩam: Omnis qui facit pctm̃: seruus est peccati: Reuera: si ama
tor pecuniæ sum: si gloriæ: si superbiæ: si ambitõnis aut pompæ: dum illi omne studiũ meæ vo-
Mat.6. luntatis impendo: dño seruire nõ possum: Quia duobus dñis neminẽ seruire posse scriptũ est.
1.Cor.6. Non estis vestri: dicit apostolus: Empti estis præcio magno: Glorificate & portate deũ in corpo
re vestro. Clæmenter spũsctũs iure nostro nos cõuenit: sciẽs hoc in vsu publico apud oẽs hoies
custodiri: vt tanto seruus ī opere dñi esset cautior: q̃to maior periculo esset cõparatus: vt intelli-
gamus q̃ strẽnui esse debeãt in opere dñi: qui redẽpti sunt sanguine Christi: vel q̃ criminosi de-
beant iudicari: qui cum sciant ꝓ precio suæ salutis Christi sanguinẽ esse datũ alteri: qui nihil præ
stitit: magis præbeãt seruitutẽ. Rogo quo pudore obsequij aut laboris sui mercedẽ spabit a cœ-
lo: cuius fuerit sollicitudo omnis ī terra? Mercẽnarius sæculi nõ põt accipere Xpi mercedẽ. Ois
miles in castris iure spectat annonã: qui fortiter in prœlio ꝓ ciuibus laborauerit. Et dignus est q
2.Thi.2. dẽ mercẽnarius mercede sua. Nemo tñ militãs deo implicat se negocijs sæcularibus: vt placeat
ei cui se ꝓbauit. Apli vox amplectẽda est igitꝫ: Tristitia quæ gaudiũ parit: nec eis cõsiderãda ma
teria: quia sæpe per dulcedinẽ fructus placet quoꝝ amaꝝ horruit in radice: & qui litteraꝝ sen-
tentiã habere desiderat: si discẽdi nõ susceperit tædia peritiæ gaudia adipisci nõ poterit: nec cu
iusq̃ eruditõis quisq̃ habere sufficiet gloriã: nisi æstus fuerit ante ppessus. Cunctꝙ nos dei auxilio
destitutos hostis inuaserit: duxeritꝙ captiuos: nõ desperemus salutẽ: sed iteꝝ armemur ad prœ
lium. Põt fieri vt vincamus vbi victi sumus: & in eodẽ loco triũphemus: vbi fuimus aliqñ capti
ui. Nam si iuuat dñs miseros: habemus salutem. Si despicit pctores: habemus sepulchrũ: multo
grauior expectata mors q̃ illata. Ad hoc enim laboremus & in sæculi periclitemur militia: vt in

futuro ſæculo coronemur. Nec mirum hoc de hominibus credere: cum dñs ipſe tentatus ſit. Et de Abraam ſcriptura teſtetur: ꝙ deus tentauerit eum. Quam ob cauſam apoſtolus loquit̃: Gaudentes in tribulatõe: & ſcientes ꝙ tribulatio patientiã operat̃: patientia ꝓbationẽ: ꝓbatio ſpem. Spes autem nõ cõfundit. Scriptum eſt etiam: quia ꝓpter te mortificamur tota die: & æſtimati ſumus vt oues occiſionis. Sed magnæ miſeriæ conſolatio eſt: quãdo in tormentis quis poſitus ſcit proſpera ſecutura.

De timore vltimi iudicij & defectu huius vitæ. CAPI. .XXIIII.

Nde ſatis timeo ne in illa tribulatiõis die: quando ante tribunal Chriſti vnicuiq; ſcd'm ſua facta reddendũ eſt: his qui in terrenis magis negocijs q̃ in cœleſtibus laborarũt: iuſti iudicij reſponſione dicat̃: Ite ſi poteſtis: & illic vbi tota deuotõe ſeruiſtis mercedem exigite. Talis cauſa virginũ eſt in euangelio quinq; ſtultarũ: quæ dum ſollicitudine ſæculari ſe cõtra ꝓfeſſionis ſuæ ordinem occuparent: oleum vnde verum lumen accenderent: non habentes in tenebris remanſerũt. Ecce enĩ ſi vmbrato repente cœlo ſolis claritas noſtris aſpectibus deneget̃: & ꝓductæ in noſtrã humilitatem pluuiæ terris imineant: ſi cõmotis vt aſſolent elementis: vt in rotam ſui currus tonitrua concitent̃: & dehinc fulgurũ iacula palpebris terribiliter obiecta coruſcẽt: Quanq; & cõſuetudine iſta cõtingãt: pauemus: cõtremiſcimus: & proni ad terrã depoſita ſuperbia ceruices ſubmittimus. Quid faciemus in illa die miſeri: qñ reuoluto cœlo cũ angelicis virtutibus igneus dñs totus adueniet: quãdo cadẽtibus deſuper ſtellis ſol in tenebras: & in ſanguinẽ luna mutabit̃: quãdo montes ſicut cæra liqueſcent: quando terra ardebit: & areſcent flumina: & maria ſiccabunt̃: contrã rerum naturã inſumpto diuinitus humore, aridꝫtẽ in aquis ignis operabit̃: Quãdo peccatores dicẽt mõtibus: cadite ſuper nos: & collibus tegite nos. Quando vocabũt homines mortem: & vocata nõ veniet: Quãdo diſcrimina verrent in vota: & quod ſemper oderunt homines cõcupiſcent: Quãdo illud implebit̃ tempus: qd' lugubri Hieremias dicit affectu dicens: Reſpexi in terra: & ecce nõ erant luminaria: Vidi montes: & ecce erant tremẽtes: & vniuerſos colles turbari. Intendi aerem: & ecce nõ erat homo: & omnes volucres cœli pauebant. Vidi: & ecce Carmelus deſertus: & omnes ciuitates ſuccẽſæ igni a facie dñi: & a facie ire indignatõis eius: & interierũt vniuerſa. Verum ne ex ſuggeſtione diaboli hæc ad terrorem dicta nõ ad veritatẽ credant̃: de præteritis futura probant̃: Quando talia in diluuio: in Sodomis: in Aegypto: in Hieruſolymis: ſæpe ob delicta hominũ facta referant̃. Sed veniet ille dies q̃ corruptiuũ hoc & mortale incorruptionẽ induet & imortalitatẽ. Tunc ad vocem tubæ pauebit terra cum populis: & tu gaudebis iudicaturo dño: lugubre mũdus imugiet: tribus ad tribus ferient pectora. Potentiſſimi quondã reges nudo pectore palpitabũt. Exhibebit̃ tunc cum prole ſua ignitus Iupiter adducet̃: & cum ſuis ſtultus Plato diſcipulis: Ariſtoteli argumẽta nõ proderunt: tunc ruſticanus & pauper exultabis & ridebis: & dices: Ecce crucifixus deus deus meus: ecce iudex qui inuolutus pãnis in præſepio vagijt. Hic eſt ille operarij & quæſtuarij filius. Hic qui matris geſtatus ſinu homo deus fugit in ægyptũ. Hic eſt veſtitus coccino: & hic qui ſentibus coronatus. Cerne manus iudææ quas fixeras: cerne latus romane: quod foderas: videte corpus an idem ſit quod dicebatis clam nocte tuliſſe diſcipulos. O quot virgines & quantorũ infamata puditia a deo iudice coronabit̃. O quantis in illa die expediſſet: ſi mẽbrorũ ſenſu & viſcerũ vigore in hac vita caruiſſet: & quãti illic elingues & muti fœliciores loquacibus erunt: & quãti paſtores philoſophis: quãti ruſtici oratoribus: & quãti hebetes argumentis præferendi ſunt Ciceronis. Ibi enĩ cum ante tribunal Chriſti venerimus: Scimus nec Iob: nec Danielẽ: nec Noe rogare poſſe pro quoq̃: ſed vnũquemq; portare onus ſuum. Igitur ſiue leges: ſiue dormies: ſiue ſcribes ſiue vigilabis: Amos tibi ſemper buccina in auribus ſonet: Et apoſtoli qui hunc horrendũ diem impijs & pctõribus præuidere meruerũt: humiles erant: mortuos ſuſcitãtes: & nos ſuper omẽs erigimur: qui peccando quotidie noſmetipos occidimus: nõ reſpicientes flebilẽ infirmãq; naturam: quæ in aduerſis fortis: & nec in ꝓſperis aliquãdo ſecura. Si enĩ intẽperate cibus ſũptus aut imoderate potus acceptus leuem corpori febritiũculã cõcitauerit: deijcimus animã: affligimur: ſuſpiramus. Nulla cura tũc ſæculi eſt: nulla villarum: nemo de patrimonio cogitat: nemo de foro: Omnes calũniæ: omnia lucra in periculo corporis cõquieſcunt: Currit̃ ad medicos: & pro remedio carnali promittunt̃ munera: aurum & argentũ: interdũ & mãcipia tradunt̃: & pene totum patrimoniũ: aut negligit̃: aut donat̃: aut conſolat̃ vitæ quandoq; perituræ. Et pro æterna ſalute omnis admodũ homo negligens eſt: omnis auarus: illic omnis frugalitas largitoris animi tenacitate cõſtringit̃. Vbi ꝓmptior volũtas: copioſior & largitas deberet operari. Et cum ſcriptura dicat: Nolite diligere mundum: neq; ea quæ in mundo ſunt: Sic humana cõcupiſcimus: ſic

Mat. 25

amamus quasi aliquid nascentes intulerimus in sæculũ: aut recedentes de sæculo nobiscũ auferre possimus. Nemo ad breuitatẽ tpis: nemo ad naturæ respicit cõditionem: nemo cõsiderat: nemo retractat vana esse omnia quæ aliquo fine claudunt. Labunt enĩ tempore: & præterita relinquentia ad futura festinant. Sed & dñs scit cogitatões hominũ: quoniã vanæ sunt. Cunctę oĩa cogitauerint per triginta annos: vna febritiũcula venit: & tollit omnes cogitatões eorę. Nam sicut mane virens herba & florens delectat oculos cõtemplãtiũ: paulatimqę marcescẽs pulchritudinem perdit: & in fœnum qd' cõterendũ est transit: ita species hominũ vernat in paruulis: floret in iuuenibus: viget in perfectæ ætatis viris: & repente dum senescit incanescit caput: rugat faciẽs: cutis prius extensa cõtrahit. Hoc etiam lãguor facit & inedia: vt vultus primo pulcherrimus ad tantã transeat fœditatẽ: tñ qui quotidie recordat se esse moriturę: cõtemnit præsentia: & ad futura festinat. Sed quãto in hoc sæculo persecutõibus: paupertate: inimicorę potentia: vel morborum cruciatibus fuerimus afflicti: tanto post resurrectionẽ in futuro maiora præmia consequæmur. Igitur in die iudicij securus inueniet: si nulla dei offensa reperiat. De his ergo tantũ sollicitudinem habere debemus. Ambiant terrena gentiles: quibus cœlestia non debent. Concupiscant præsentia: qui futura non credunt.

De virtute humilitatis & simplicitatis: ac tumenti animo vitando. CAPI. .XXV.

Aue ne rumusculos hominũ aucuperis: vt offẽsam dei: populorę laude cõmutes. per bonam & malam famã, A dextris & a sinistris Christi miles gradit: nec laude extollit: nec vituperatõe frangit: nõ diuitijs tumet: nõ cõtrahit paupertate: & læta contẽnit & tristia. Nam iusti & fortis viri est: nec aduersis frangi: nec psperis subleuari: sed in vtroq esse moderatum. Nolo te orare in angulis platearęe: ne rectum iter præcum tuarę frangat aura popularis. Nolo te dilatare fimbrias: & ostentui habere philacteria: & cõscientia repugnãte pharisaica ambitõe circũdari. Et fidelis mecũ lector intellige quid taceã: & quid tacendo magis loquar. Quãto melius erat hoc in corde portare: q̃ in corpore: & deũ habere fautorẽ: nõ aspectus hominũ. Quãuis enĩ alijs vitijs carere possumus: Hypocriseos tñ maculam nõ habere aut nullorę: aut paucorę est. Sed sicut deprecãtis humilitas meret præmia: ita superbia cõfidentis dei auxilio deserit. Tu autem frater inferius accũbe: vt minore veniente surrsum iubearis ascendere. Super quẽ enĩ ait dñs requiescet spiritus meus: nisi super humilẽ & quietũ & trementẽ verba mea? Sed vis scire quales ornatus dñs quærat? habeto prudentiã: iusticiã: temperantiã: fortitudinẽ. His plagis cœli includere: hæc te quadrigavelut auriga Christi ad metum cõcitam ferat. Nihil hoc monili præciosius nihil hac gẽmarę varietate distinctius: & omni parte decori & ornamento tibi sunt: & tutamini
Iac. 3. Philosophorę snia est: sibi hærere virtutes. Et apostoli Iacobi: Cui vna defuerit oĩes deesse. Et sicut quattuor sunt virtutes quibus pugnamus & tegimur: sic quattuor vitia sũt: quibus ab hoste percutimur: Stultícia: iniquitas: luxuria: formído: sed malitia finem nõ habet. Cognatæ quoq sibi sunt virtutes. Rectitudo & simplicitas: nec ab inuicẽ separari queũt. Simplex & humilis & rusticus qui arcana sapientiæ cõprehendere nequit. Si tñ sapientũ exempla in viuendo sectet iure inter sapientes cõnumerabit. Melius est enĩ parua bona cum charitate facere sine scientia: q̃ magis effulgere virtutibus cum admixtione discordiæ. Excelsa nanq periculosius stant: & citius corruũt quæ sublimia sunt: Sed perspicuũ est: omnẽ creaturã q̃uis ad pfectionẽ venerit: tñ indigere misericordia dei: & plenã pfectionẽ ex gratia dei nõ ex merito possidere. Nihil sic placet deo: sicut simplicitas & innocentia. Vnde spũs sanctus in volatilibus nõ apparuit nisi in colũba, ppter simplicitatẽ: in quadrupedibus in oue:, ppter mansuetudinẽ. Illud quoq tibi vitãdũ est cautius: ne vanæ gloriæ ardore capiaris. Cum facis elemosynã: deus solus videat. Cum ieiunas læta sit facies tua: nec ad te obuia prætereuntiũ turba cõsistat: vt digito demonstreris: ne satis religiosus velis videri: & ne plus humilis q̃ necesse est: nec gloriã fugiendo quæras. Plures enim paupertatis misericordiæ ac ieiunij arbitros declinãtes: in hocipo placere cupiũt: qd' placere cõtemnunt: & mirũ imodũ laus dum vitat appetit. Cæteris perturbatõibus quibus mens gaudet & ægrescit: sperat & metuit. Plures inuenio extraneos: hoc vitio pauci admodũ sunt: qui caruerint. Igit nõ quæras gloriã: & cum inglorius fueris nõ dolebis. Qui enĩ verba increpãtis humiliter recipit: iam, ppinquã habet veniã reatus: quem gessit. Grauius est enĩ perficere malũ q̃ facere. Non est tñ tantæ virtutis ab alijs factã iniuriã sustinere: q̃tæ gratiæ dñi est mitem atq tranquillũ iniuriã facere nõ posse. Necę vero te moneo: ne de diuitijs glorieris: ne de generis nobilitate iactes: nec te cæteris præferas. Scio humilitatẽ tuã: scio ex affectu te dicere: Dñe nõ est exaltatum
ps. 130. cor meũ: necę elati sunt oculi mei. Stultissimũ quippe est: docere qd' nouerit ille quẽ doceas. Vox ex industria quasi cõfecta ieiunijs tenuis nõ sit & deficiens. Sunt quippe nõnulli exterminantes

facies ſuas: vt appareant hoībus ieiunantes: quí ſtatim cum aliquē viderint ingemíſcunt: demít
tunt ſuperciliū: & operto facie vix líbrant vnum oculum ad videndū. Veſtis pulla: cíngnlū ſac⸗
ceum: & ſordídis manibus pedíbuſq; venter ſolus quía víderi nō poteſt: æſtuat cíbo. His quoti
die pſálmus ílle cantaſ: Deus díſſipauit oſſa hominū ſibí placentiū. Triſticiā ſimulant: & quaſi
longa ieiunía furtiuis noctium cíbís ꝓtrahunt. Pudet relíqua dícere: Ne vídear potíus ínuehí ꝙ
moſyne ín pauperes: obſequiū ín ſeruos deí: humilitas: & cordís: & veſtiū: ac ín cunctís ſermo
moderatus. Trade quoq; te illí: cuíus ſermo & habítus & íncedſus doctrína vírtutū eſt. Non co⸗
thurnatā affectes eloquentíā: nec more pueroꝝ argutas ſentētíolas ín clauſulís ſtrues. Hæc præ
rumuſculi iactítāt: ſed ꝓphetaꝝ q̄tídie medullas bíbas: Quo & ſí patrítij generis ĩter monachos
eſſe cœpíſtí: nō tibí ſit tumoris ſed humílitatís occaſío: vt ímiteris filiū hominís: quí nō venit mí
níſtrarí: ſed miníſtrare. Nam q̄to humílior: tanto ſublímior es: lucet margarita ĩ ſordíbus. Quā
tūcunq; enī te deieceris: humílior Chriſto nō eris. Ideo q̄q̄ mihí multoꝝ ſum cōſcius delictoꝝ:
& quotídie in orōne flexís genubus loquar: Delícta iuuētutís meæ: ne memíneris dñe. Vñ ſciēs ꝑs.14
dictum ab apl̄o: Ne ínflatus ín ſuperbía íncídat iu iudicíū díaboli. Et in alío loco ſcríptū eſt: Su⸗ .1 Thí.4
perbís deus reſiſtit, humílibus autē dat gratiā. Níhil ita a pueritia vitare conatus ſū: ꝙ tumentē Iac.4.
animū & erectā ceruicem deí cōtra ſe odía ꝓuocantē. Nouí enī magiſtrū dñm & deū meū in car
nis humilitate díxiſſe: Diſcíte a me: quía mitis ſum & humílis corde. Et ante per os Dauid cecí⸗ Mat.11.
níſſe: Memēto dñe Dauid: & omnís mānſuetudínís eíus. Et in alío loco legímus: Ante gloriā hu ꝑs.131.
miliaſ cor viri: & ante ruinā eleuaſ. Níhil enī vt crebro díximus tam pículoſum eſt: q̄ gloriæ cu
pídítas & iactātía: & tumens animus cōſcientia virtutū. Iccírco plus eſt animū depoſuiſſe ꝙ cul
tum. Difficilíus arrogātia q̄ auro caremus & gēmís. Níl itaq; ꝓdeſt víle palliolū: furua tunica:
corporis illuuíes: ſimulata pauptas: Sí noīs dignitatē operíbus deſtruas: Sí ínter ſordes & ínopi
am pctā nō caueas. Fidele nanq; teſtímoníū eſt: ſi nō habet cauſas mentiendí. Cuí enī plus credí
tur: ab eo plus exígiſ: Potentes potēter tormenta patienſ. Nec ſibí quiſq̄ de corporís tm̄odo ca⸗
ſtítate ſupplaudat: cum etiā conuítiū ín fratrem homicidíj ſit reatus. Cadít quídē mūdus: & cer⸗
uíx erecta non flectiſ: Pereunt díuitiæ: & nequaq̄ ceſſat auarítia. Congregare q̄ multi feſtínant:
quæ rurſus ab alíjs occupenſ.

De humílitate Chriſti: quem ímitarí debemus. CAPI. .XXVI.

c Hriſtus baptíçaſ a ſeruo: & a deo filius appellaſ: Inter publícanos: meretrices: & pctōres
ad lauacrū venít: & ſanctíor eſt baptíſta ſuo: quí de cœlo venít ín vterū: de vtero ín præ⸗
ſepe: de præſepe ín crucem: de cruce ín ſepulchrū: de ſepulchro ad ínferos: de ínferís vi⸗
ctor remeauít ad cœlos. Imítemur ergo Saluatorē noſtrū: qa ípe mítis & humílis paſtor: agnus
& aries appellaſ. Qui ꝓ nobís ímolatus eſt: Quí ab Iſaac cornibus teneſ ín ſentibus. Ex quo níl
hac humílitate ſublímius. Quí Bethleē in hoc paruo foramíne cœloꝝ cōditor natus eſt. Hic ín⸗
uolutus pānís: hic víſus a paſtoribus: hic monſtratus a ſtella: hic adoratus a magis. In baptíſmo
humílitas Chriſtí noſtra ſublímitas: íllíus crux noſtra victoría: illíus patíbulū noſter triūphus ē
Cum igiſ lauacrū & crucís ſignū in frontíbus dæmon aſpexerit cōtremíſcit. Quí aurea capito⸗
lia nō timent: crucem timent. Quí contēnunt ſceptra regalia: & purpuras cæſaꝝ: & dapes chri⸗
ſtianoꝝ: Sordes tm̄ & ieiunía ꝓtímeſcunt. Iubet enī Chriſtus: ne quis diſcípuloꝝ dícat: quía ípſe Mat.22
eſt Chriſtus. Míra ratio nō vult prædícarí: Quí gaudet íntellígí: agnoſcí amat: & odít oſtendí:
magis vult ſe ínuentū eſſe q̄ ꝓditum: vt vírtus ſua íllum nō fauor oſtenderet alíenus. Quæ autē
maior poteſt eſſe clæmentía: q̄ vt filius deí filius hominis naſceretſ: Decem menſiū faſtidia ſuſtí⸗
neret: partus expectaret aduentū: ĩuolueretſ pānís: ſubíjceretſ parētíbus: p ſingulas adoleret æta⸗
tes: & poſt contumelías: vocum: alapas: & flagella: crucís quoq; nobís fieret maledíctū: vt nos a
maledícto legis abſolueret. Patrí factus eſt obediēs vſq; ad mortem: vt id opere ímpleret: quod
ante ex perſona mediatoris fuerat deprecatus: dícens: Pater volo: vt quomodo ego & tu vnum Ioh.17.
ſumus: ita iſtí ín nobís vnū ſint. Ergo qa ad hoc venerat: vt quod ímpoſſíbile erat: legí (quía ne
mo iuſtificabaſ) ineffabíli míſericordía vínceret: Publícanos & pctōres ad pœnitētíā ꝓuocabat
Vnde nouū & mírabile eſt apud nos. Dñs ſolus petentes ſe amat: ſolus iraſcitſ niſí petaſ. Illo enī
tempore quo ſupplícia mereanſ deus argumentū ſaluatíonis oſtendiſ: íntellígere poſſumus q̄
tum valeret præſtare nō læſus: quí tantū donaret íratus. Amemus & nos Chriſtū: eíuſq; ſemper
quæramus amplexus: & facile vídebiſ omne difficile. Breuía putabímus vníuerſa quæ longa
ſunt: Quod q; beata deí genitrix a filio ſuo non dídícit cœlos fabricare: angelos creare: míra deí

tatis insignia operari: sed tm humiliari: cæteraq; virtutum documenta intra humilitatis custodiam aggregare.

De iustitia: & vitæ rectitudine. CAPI. .XXVII.

Tiam de iustitia differamus quæ est singularꝝ rerum: & psonarꝝ æquissima distributio:
e quã quis obtinens & cui adhærent vitã suã disposite: & sine turbatõe cõseruat: custodit in oĩbus æquitatẽ: scit quid deo debeat: quid sanctis: & quid æqualibus reddat: quid nõ deneget ptãtibus huius sæculi: quid sibi retineat: quid ꝓximo cõpetat: qd alienis cõcedit aut cõgruit. Iustũ est enĩ deũ colere & dilígere ex toto corde: & ex tota aĩa: & ex tota virtute. Sãctos & coæquales honorare: & tributa impendere ptãtibus: Superbũ nõ esse: sed magis mitẽ & humilẽ ꝓximos tanq̃ se dilígere: alienos & inímicos nõ psequí odío: sed amare: subiectũ esse prioribus vel ætate maioribus: quia & dñs dum esset omniũ dñs a Ioãne quí maior est in natis mulierꝝ: qa prior illo in natiuitate hominũ erat baptiçator: Et sic adimpleri omnẽ iustitiã ꝓtestat: Ex hac misericordía nascit obsequiũ deificũ: generat in his oĩbus quisq; inuenit: Non imerito in Christo inuenit pmanere: qm̃ hæc omnia ipse Christus est. Paulus nos gloriosus informat & instruit de
Ro.14. Christo: dicẽs: Q ui est nobis a deo iustitia & sanctificatio & redemptio. Item in alio loco: Qui misericordía: & pax: & dilectio: quem agapẽ vocant. Iniquus enĩ si sequit iustitiã: negat iniquitatem. Stultus si sequat dei sapientiã negat stultiã. Q d̃q; sapientia: fortitudo: temperãtia: & castitas solũ ꝓdest habentibus: Iustitia vero alijs & miseris ꝓdest: quæ patrẽ vel fratrẽ non nouit: sed nouit veritatẽ: personã nõ accipit: & deũ imitat. Discite ergo benefacere. Virtus enĩ discẽda est. Nec naturæ tantũ bonũ sufficit ad iustitiã: nisi quis eruditat cõgruis disciplinis. Discenda est ergo iustitia: & magistrorꝝ terenda sunt limina. Secularis autem iudex acceptis muneribus cõdemnat insontẽ: & reum liberat. Q uod interdũ de ecclesiæ principibus dici potest: qꝑ munera lacerent legem: & nõ perducũt iudiciũ ad finem.

De fide: spe: & timore. CAPI. .XXVIII.

I autem fides (vt inquit aplus Paulus) est substãtia sperandarꝝ rerꝝ quas speramus: &
f in dex rerꝝ quas nõ videmus: Credere & fide quis debet: qꝑ deus ea quæ ꝓmittit potens est adimplere: & spem suã in futurũ transferre: & tunc plena fide poterit ad ea quæ ꝓmissa sunt facile peruenire. Hæc nobis vniuersa inuisibilia añ oculos ponit: Ad hanc ingressi diabolũ & potestatũ huius mũdi & harꝝ tenebrarꝝ vniuersa deserimus: deo cum fiducia ꝓximamus. Credere enĩ & sperare necesse est: quæ deus iussit: cum quæ diabolus in se ruerat abnegamus. Fidem spes sequit: ita q; de ipa loquamur. Est igit expectatio rerum omniũ futurarꝝ: q̃ saluamur Paulo
Ro.8. scribẽte apl̃o. Spe enĩ salui facti sumus: Spes autẽ quæ videt nõ ẽ spes: Q d̃ enĩ videt qs qd sperat. Si aũt qd̃ nõ videmus speramus: per patientiã expectamus. Hæc in se habet timorẽ: non illũ cuius obliuiscí: & quẽ foras mittere quisqs in fide viuit: Sed qui vnus est de spiritibus: qbus im
Esa.ii. pletus Esaias testat: Exiet virga de radice iesse: & flos de radice eius ascendet: & requiescet sup eum spũs scientiæ & pietatis: & replebit eum spũs timoris dñi: illũ spm̃ quẽ Dauid canit: dicẽs:
p̃s.i. Timete dñm iusti eius. Vnde & beati efficiunt eodẽ ꝓtestante: & dicente: Beatus vir qui timet
p̃s.18. dñm: illũ dicit timorẽ qui castus est & pudicus. Q m̃ timor dñi castus inquit Dauid manet in sæculũ sæculi. Ergo est duplex timor: vnus appetẽdus: alius fugiẽdus est: Igit appetẽdus timor admonitio & custodia omniũ rerꝝ: qua credimus & speramus. Timemus enĩ iudiciũ: qa speramus & metuimus dñm: qa fortem illũ iudicẽ credimus. Vera nãq; vita est deũ nosse: timere eius potẽtiam: amare pietatẽ. Timor nãq; virtutũ est custos: securitas ad lapsum facilis. Si pauorẽ habueris sollicitus eris: & si sollicitus fueris leo in caulas ouiũ tuarꝝ intrare nõ poterit: Q d̃ ad præpositos ecclesiarꝝ vel ad animæ custodẽ ptinet. Q ui cautus est & timidus põt ad tps vitare pcã: q̃ securus est de iustitia repugnat: illiusq; auxilio destitutus: insidijs hostiũ paret. Nũq̃ tuta est humana fragilitas. Et q̃tomagis virtutibus crescimus: tantomagis timere debemus: ne de sublimi-
Eccĩ.1. bus corruamus. Si iuxta ecclesiasten: Radix sapientiæ est timere deum: Fructus sapientæ qs est nisi videre deum bonum: aut diligit qui nõ inuitus: aut necessitate: aut legum metu facit bonũ: Sed iccirco bonum est: vt mercedem bonam operis habeat.

De charitate: & pace. CAPI. .XXIX.

D charitatem nunc transitũ faciamus: quia oĩbus maior est: inter cætera sic fatet Paulus
a Manẽt aũt tria hæc: Fides: Spes: & Dilectio: sed maior his dilectio est. Est ergo dilectio vinculũ animorꝝ: casta: & sincæra: & sine æmulatõe: charitas cõsũmatio omniũ mandatorꝝ breuis omniũ præceptorꝝ: quã cum quis habuerit omnia habet. Sine hac in alijs remanet imperfectus: Et vt cognoscat vestra prudentia q̃tũ charitas valeat. Legimus respõsum dñi in euan

gelio dicentis: cum interrogaret: Diliges dñm deum tuũ ex toto corde tuo: & ex tota anima tua: & ex tota virtute tua: Et diliges ꝓximũ tuũ: tanq̃ teipm. In his duobus præceptis pendet lex & ꝓphetæ. Vides in hac sola vniuersa legis causã pendere: Vere quisquis hanc habet: iam dei filius dici potest: ex hac sola poteret deo similis esse. Considera: qui deũ diligit: nũquid sperat: nunqd timet: nũquid fidit: nõ sed tm̃ diligit. Deus inquit Paulus: Cum dilexisset mundũ: misit vnicũ filium suũ in similitudinẽ carnis peccati: vt de pctõ cõdẽnaret pctm̃ in carne: qui præponit eã rebus oĩbus: dicens: Et si locutus sum linguis hominũ & angelorꝝ: charitatẽ autẽ nõ habeã: factus sum sicut æramentũ tinniens: aut cimbalus cõcrepãs. Et si habuero ꝓphetiã: & cognouero omnia mysteria: & oẽm scientiã. Et si habuero fidẽ: itavt mõtes trãsferã: & si tradidero corpus meũ ita vt ardeã: Charitatẽ aũt non habeã nihil sum. Charitas magnanima est: charitas benigna est: charitas nõ æmulat: nõ inflat: nõ agit perperã: nõ irritat: nõ cõfundit: nõ quærit quæ sua sunt: nõ cogitat malũ: nõ gaudet super iniustitia: gaudet autem veritate. Omnia sustinet: omnia credit: omnia sperat: charitas nunq̃ excidit. Nihil enĩ amantibus durum est: nullus difficilis est cupientibus labor. Solus tñ ille amor ꝓbabilis est: qui deo & virtutibus aiæ coaptat. Nihil est enĩ qđ nõ toleret qui perfectæ diligit. Q ui autẽ clæmẽtiã nõ habet: nec ĩdutus est viscera misericordiæ & lachrymarꝝ: q̃uis spiritualis sit: nõ adimpleuit legem Christi. Vnde legit ꝙ beatus Ioãnes euãgelista cum Ephesi: senex vix inter discipulorꝝ manus deferret: nihil aliud per singulas soleret ꝓferre collectas: nisi Filioli mei diligite alterutrũ. Discipulis autem petẽtibus quare semper id diceret: Respondit: quia præceptũ dñi est: & si fiat solum sufficit. Sed obsecro ne amicus: qui diu quærit: vix iuenit difficile seruat: pariter cum oculis mens amittat. Nam amicitia quæ desinere potest nunq̃ vera fuit. Vera nanq̃ amicitia nullo liuore in q̃to auget numero: tanto crescit & robore. Declina igit a malo: & fac bonũ: inquire pacem: & ꝓsequere eam. Nisi oderimus malum: bonũ amare nõ possumus: Quin potius faciendũ est bonũ: vt declinemus a malo: Pax quærenda est: vt fugiamus bella: nec sufficit eam quærere: nisi inuentã fugientẽq̃ omni studio persequamur: quæ exuperat omnẽ sensum: in qua habitatio dei est: ꝓpheta dicente Et factus est in pace locus eius. Infernus itaq̃ inter fratres diuidit. Quicquid igit separat inter fratres infernus dicendus est. Concordia enĩ paruæ res crescunt: sic & discordia maxime dilabunt. Pulchre igitur persecutio pacis dicit. Iuxta illud apostoli: Hospitalitatem persequẽtes: vt nõ leni vsitatoq̃ sermone (& vt ita loquar) sũmis labijs hospites inuitemus: sed toto mentis ardore teneamus: quasi auferentes secum de lucro nostro atq̃ cõpendio. ps. 75.

De infirmis: & pauperibus recreandis. CAPI. .XXX.

Iquis cœperit ægrotare transferat ad exedrã latiorem: & tanto senum ministerio cõfo-
ſ ueat: vt nec delitias vrbiũ: nec matris quærat affectũ: Nec liceat dicere cuiq̃: tunicã & sagum textaq̃ tunicis strata nõ habeo. Ita œconomicus vniuersa moderet: vt nemo quid postulet: nemo dehæreat: seruias fratribus: hospitiũ laua pedes: pauperibus & fratribus refrigeria exhibe: sumptũ manu ꝓpria distribue: Q m̃ quicquid habent clerici pauperũ est: & domus eorꝝ oĩbus debent esse cõmunes. Susceptõi enĩ peregrinorꝝ & hospitiũ inuigilare debẽt. Docet Salomon misericordiæ opibus insistendũ: nec nostris fidendũ viribus: sed a deo esse auxiliũ flagitandũ. Sed esto ꝙ æqueris pauperibus: inopum cellulas dignanter introeas: manus debilium fis: aquã portes: ligna cõcidas: focum extruas. Sed vbi vincula: vbi alapæ: vbi sputa: vbi flagella: vbi patibulum: vbi mors? Cum hæc omnia quæ dixi feceris: ab Eustochio Paulaq̃ vinceris. Hæc dico non quo de ardore mentis tuæ quicq̃ dubitem: sed quo currentẽ impellã: & acriter micanti feruorem augeam.

De pœnitentia: & misericordia dei. CAPI. .XXXI.

Rripe quæso occasionẽ: & fac de necessitate virtutẽ. Non qnærunt in christianis initia:
a sed finis. Paulus male cœpit: sed bene finiuit. Iudæ laudant initia: sed finis, pditõe dãnat.

Et licet deus nõ velit mortem pctõris: sed vt conuertat: & viuat: Tñ tepidos odit: & cito ei nauseã faciunt. Cuicq̃ plus dimittit: plus diligit. Vnde meretrix illa Christi dilectrix in euãgelio baptiçata lachrymis: & crine quo multos ante cœperat pedes dñi tergens saluata est. Non qđem habuit crispãtes mitras: nec stridentes calceolos: nec orbes stibio fuliginatos. Nam q̃to fœdior: tanto pulchrior: quæ demũ plorat ad crucem: vnguenta parat: quærit in tumulo: hortulanum interrogat: pergit ad apl'os: repertũ nunciat. Illi dubitant: ista confidit. Non enĩ tam pecati crimen arguit: q̃ velox cõuersio in pœnitentiæ celeritate laudat: Nec deus cogeret pœnitere: si nõ esset pœnitẽtibus veniã cõcessurus. Nihil enĩ tam repugnat deo: q̃ cor impœnitẽs. Hoc solũ crimen est: qđ veniã cõsequi nõ põt: præcipue quia non iniustus vt ꝓpter multa mala paucorꝝ Eçe. 18. Luc. 7.

obliuiſcaſ bonoꝝ: imo de nullo ſic iraſciſ deus: quomodo ſi pc̃tor ſuperbiat: & erectus & rigidus nō flectaſ in fletum: nec miſericordiā poſtulet, p delicto. Nihilq; ſic offendit deum: ſicut erecta ceruix poſt pc̃tā: & ex deſperatōe cōtemptus. Vnde & vos non deſperetis veniā ſcelerū magnitudine: quia magna pc̃tā magna debebit pœnitentia. Nam deus non vult inferre ſupplicia: ſed terrere paſſuros. Ipſeq; ad pœnitentiā, uocat: ne faciat qd̄ cōminatus eſt. Dæmonum enī nullus eſt quin pareat. Omnes ad prædam feſtini venient: ante faciem ip̄oꝝ ventus vrens: Et qc quid aſpexerint: quicquid vultui eoꝝ obuium fuerit: vrere deſiderabūt & perdere: ſed nec qſq̄ per patientiā bonitatis dei de pc̃toꝝ ſuoꝝ impunitate contēdat: Nec illum nō æſtimet offenſū: quia necdū expertus reatū. Immo magna eſt ira: quādo peccātibus nō iraſciſ deus. Vnde in Eçechiele ad Hieruſalē: Iam nō iraſcar tibi: zelus tuus receſſit a me. Sed reuera deus hominibus nō iraſciſ: ſed vitijs: quæ cum in homine nō fuerint: nequaq̄ punit. Habet autem ira dei menſuras: q̄tum & q̄to tempore: & ob quas cauſas & quibus inferat. Iuxta illud qd̄ ſcriptum eſt: Cibabis nos pane lachrymaꝝ in menſura. Miſericordiā igiſ à deo cōſequiſ: qui ſe putat eſſe miſerum. Nam deus qui nullis viribus ſuperari poteſt: publicani tñ præcibus vincit. Quanto ergo tpe te errare noſti: q̄to tpe deliquiſti: tanto tpe humilia teip̄m deo: & ſatiſfacito ei in cōfeſſione pœnitentiæ: Q m̄ qui pc̃tor eſt aliqua ſorde maculatus: de eccleſia Chriſti nō pōt appellari: nec Chriſto ſubiectus dici. Igiſ quia erraūimus iuuenes: emendemur ſenes: iūgamus gemitus: & lachrymas copulemus: culpā ſimpliciter cōfitendo. Nam qui poſt lapſum pc̃toꝝ ad veram pœnitentiam ſe cōuertit: cito a miſericordiæ iudice veniam impetrabit: qm̄ apud deum nō tam valet menſura tpis q̄ doloris: nec abſtinentia tm̄ ciboꝝ q̄ mortificatio vitioꝝ: ſed & magnum peccatū magnis diuturniſq; cruciatibus luitur: culpaq; leuis præſenti ſupplicio cōpēſata ſit. Et ſic magnū peccatū magna indiget miſericordia. Concluſit enī deus omnia ſub peccato: vt omnibus miſereatur: Sed fruſtra voce aſſumiſ: ſi permanēt opera. Sed ne diutius pertraham: habeto pauca p pluribus: in quibus non tam ordo quæriſ q̄ pfectus. Age ergo tu: caue: curre: feſtina. Age vt in hac ſpiritualitate perficias: Caue ne quod accepiſti bonum: incautus & negligens cuſtos amittas: Curre: vt nō negligas: Feſtina: vt cælerius comprehendas. Nam cœpiſſe multoꝝ eſt: ad culmen peruenīſſe paucoꝝ. Tribuat tibi Chriſtus: vt audias: & taceas: & intelligas: & ſic loquaris.

Finis cōcludens in regula. CAPI. .XXXII.

T quoniā ita ſe natura habet: vt amara ſit veritas: & blanda vitia exiſtimenſ. Vt Paulus
e ait apl̄us: Inimicus vobis factus ſum verum dicens. Vnde & quia Saluatoris dura videbanſ eloquia: plurimi diſcipuloꝝ retrorſum abierunt: non mirum eſt ſi & nos ipſi vitijs detrahentes offendimus plurimos. Diſpoſui tñ naſum ſecare fetētem: timeat qui ſtrumoſus eſt. Quid tm̄ ad te qui intelligis te innocentē? Nemo reꝑhendat qd̄ aliquos: aut laudamus: aut carpimus: cum & in arguendis malis ſit correptio cæteroꝝ: & in optimis prædicandis boni ad virtutum ſtudia cōcitenſ. Nos enī vt ſcitis hebræoꝝ lectōe detenti: in latina lingua rubiginē induximus: in tantū vt loquentibus quoq; ſtridor quidā nō latinus interſtrepat. Vnde ignoſce aridita-
ti. Et ſi imperitus ſum ſermone inquit apl̄us ſed nō ſcientia. Illi vtrūq; nō deerat: & vnū humiliter renuebat. Nobis vtrūq; deeſt: quia & qd̄ pueri plauſibile habueramus amiſimus: nec ſcientiam quā nolebamus cōſecuti ſumus: iuxta Aeſopianā fabulā: dum magna ſectamur etiā minora perdentes. Non ꝓlongabunſ vltra ſermones mei quoſcūq; loquor. Ea ꝓpter moneo: & flens gemenſq; cōteſtor: vt dum huius mūdi viam currimus: Non duabus tunicis: id eſt duplici aio veſtiamur: Non calciamentoꝝ pedibus: videlicet opibus prægrauemur: Nō diuitiaꝝ onera ad terrā præmant: Non virgæ: hoc eſt potentiæ ſæcularis quæraſ auxiliū: Non pariter ad xp̄m velimus hr̄e & ſæculū: ſed ꝓ breuibus & caducis æterna ſuccedāt. Sed & præcor q fideles eſtis: vt ita vitā veſtrā & cōuerſationē ſeruetis: ne in ip̄o vel in ip̄i ſcandalū patiamini: vel alijs ſcandalū faciatis: ſed ſit in vobis ſūmi ſtudij ſūmæq; cautelæ: ne quis in hanc ſctoꝝ congregationē pollutus introeat: ne qſquis Iebuſeus habitet in nobis. Dn̄s Ieſus cōterat ſathanā ſub pedibus veſtris: & incolumes vos & ꝓlixa ætate florentes Xp̄us deus nr̄ tueaſ oīpotens. Sed & ſpūſſctūs nobis præſtare dign eſ: & in hoc ſæculo factores mandatoꝝ ſuoꝝ effecti in huius vitæ agone ꝓbati: & fideles inuenti ſpiritualibus fructibus dilatati his cōtinentibus mercamur adiungi. Ip̄i gloria & imperiū cum eodem ſpirituſancto in cuncta ſæcula ſæculoꝝ: Amen.

Quoniā ad humanā inſtitutionē validiora ſunt exempla q̄ verba: & planius poteſt opere docere q̄ verbo: merito inſtituta ac præcepta monachoꝝ ſuperioribus epiſtolis digeſta beatorum Hilarionis: & Malchi monachoꝝ exempla ſubdunſ: quorum vitas ac res geſtas beatus Hieronymus conſcripſit.

Incipiunt capitula de vita ſancti Hilarionis.

N prologo materiæ magnitudo ad laudem geſtorꝫ præſcribit. Capl'm.i.
De ortu beati viri: ſituꝙ genitalis: loci: & prima indole mirandorꝫ. Cap̄.ij.
Qualiter ſancto Antonio iunctus habitum mutauerit: perſpectoꝙ eius vitæ tenore ad patriam rediens diſpartita omni ſubſtantia illico ad eremum cōuolauerit. Cap̄.iij.
De admirabili abſtinentiæ eius principio. Cap̄.iiij.
De primis aduerſus eum dæmonum ludibriis. Cap̄.v.
De variis diaboli præſtigiis eo orante oſtenſis. Cap̄.vi.
De breuiſſima habitationis eius cellula. Cap̄.vij.
De totius vitæ eius abſtinentia ſtupenda. Cap̄.viij.
De latronibus ad terrendum eum venientibus. Cap̄.ix.
De muliere Eleutheropolitana quæ prima illum ꝓ ſterilitate ſua interceſſit. Cap̄.x.
De Ariſtenete, Helpidij pcæfecti cōiuge, ꝓ tribus filijs infirmātibus deprecante. Cap̄.xi.
De muliere cæca virtute eius illuminata. Cap̄.xij.
De auriga Gaçenſi: & merſica: & iuuene a dæmonio liberatis. Cap̄.xiij.
De Orione a peſſimo dæmone liberato. Cap̄.xiiij.
De Gaçano a paralyſi ſubleuato. Cap̄.xv.
De Italico circenſes equos nutriente. Cap̄.xvi.
De virgine dei quam iuuenis adamauerat: & diſſoluto maleficio. Cap̄.xvij.
De candidato Conſtantij imperatoris a dæmone ſaluato. Cap̄.xviij.
De Bactro carmelo enormis magnitudinis a dæmone pleno. Cap̄.xix.
De honore illi a ſancto Antonio delato. Cap̄.xx.
De ſtudio ipſius: qui erga omnium curam ſollicitus erat. Cap̄.xxi.
De auari fratris diminutione: & largi iterum augmentatione. Cap̄.xxij.
De virētis faſce ciceris: in cuius fetorē fratris qui miſerat auaritiā deteſtatus eſt. Cap̄.xxiij.
De fletu ire dei qui ſe mirabiliter lamentabat: & beati Antonij nūciaro deceſſu. Cap̄.xxiiij.
Quō ob frequētātiū multitudinē mōaſterij locū deſerēs ad ſolitudies cōuolauit. Cap̄.xxv.
Deſcriptio habitationis beati Antonij: & de miraculo in eius ortu facto. Cap̄.xxvi.
De pluuijs præcibus beati Hilarionis īpetratis: & multitudine ſerpētū depulſa. Cap̄.xxvij.
Quod inde etiam honores fugiens deceſſit: & de præuiſo aduentu Gaçenſium. Cap̄.xxviij.
De Hadriano eius diſcipulo: & cōtumacia eius iuſte punita. Cap̄.xxix.
De Hauderij filio a dæmone curato dum nauigaret Siciliam. Cap̄.xxx.
Quō ad mediterranea loca fugerit ſub penuria: & ſcutario q̄dā a dæmōe liberato Cap̄.xxxi.
De quodā a morbo intercutis curato: & Heſitio diſcipulo ipm quærente. Cap̄.xxxij.
De dracone magnitudinis miræ apud Epidaurꝫ Dalmatiæ oppidū igne crematū. Cap̄.xxxiij.
De impetu maris ab eo compreſſo. Cap̄.xxxiiij.
De piratis: quos dum fugauit obuios habuit. Cap̄.xxxv.
De īmūdis ſpiritibus hincinde cum inter cicladas nauigaret cōclamantibus. Cap̄.xxxvi.
De hortulo cypri: vbi qnq; annis añ obitū habitauit: & paralytico ibidē curato. Cap̄.xxxvij.
De teſtamento breui: quod ipſe manu ꝓpria ſcripſit Heſitio: Cap̄.xxxviij.
De vltimis ipſis ad animā ſermonibus: & ſepultura eius. Cap̄.xxxix.
De Heſitio qui corpus eius cum maximo diſcrimine furatus eſt. Cap̄.xl.
De Conſtantia deuota muliere: quæ corpus eius furatū audiens expirauit. Cap̄.xli.

Prologus in vitam ſancti Hilarionis a ſancto Hieronymo fœliciſſime editā. CAPI. .I.

Cripturus vitam beati Hilarionis: habitatorē eius inuoco ſpiritū ſanctū: vt qui illi virtutes largitus eſt: mihi ad narrādas eas ſermonem tribuat: vt facta dictis exæquent. Eorꝫ enī qui fecere virtutes: vt ait Criſpus: tanta habet auctoritas: q̄tum eam verbis potuere extollere præclara ingenia. Alexāder magnus Macedo: quē vel arietē: vel pardū: vel hircū caprarū Daniel vocat: dum ad Achillis tumulū pueniſſet: fœlicē te ait iuuenis: qui magno fruerís præcone meritorꝫ: Homerꝫ videlicet ſignificās. Porro mihi tanti ac talis viri conuerſatio: vitaꝙ dicenda eſt: vt Homerus quoꝙ ſi adeſſet: vel inuideret materiæ: vel ſuccūberet. Quanq̄ enī ſanctus Epiphanius Salaminæ Cypri epſ: qui cum Hilarione plurimū verſatus eſt: laudē eius breui epiſtola ſcripſerit: quæ vulgo legit: tñ aliud eſt locis cōmunibus laudare defunctū: aliud defuncti ꝓprias narrare virtutes. Vnde & nos fauore magis illius: q̄ iniuria cœptū ab eo opus aggredientes: maledicorꝫ voces contēnimus: qui olim detrahēt Paulo meo: nunc forte detrahēt

& Hilarioni: Illum solitudinis calumniati: hunc obijcientes frequentiã: vt qui semper latuit non fuisse: qui a multis visus est, vilis æstimet. Fecere hoc & maiores eorꝝ quondã pharisæi: quibus nec Ioãnis eremus ac ieiuniũ: nec dñi Saluatoris turbæ: cibi: potusq; placuerũt. Verum destinato operi imponã manũ: & scylleos canes obturata aure transibo.

De natiuitate & vita beatissimi Hilarionis eremitæ sanctissimi. CAPI. .II.

h Ilarion ortus vico Thabatha: qui circiter quinq; milia a Gaça vrbe Palæstinæ ad austrũ situs est: Cũ haberet pẽtes idolis deditos: rosa (vt dicit) de spinis floruit. A q̃bus missus Alexãdriã Grãmatico traditus est. Ibiq; q̃tum patiebat̃ illa ætas magna ingenij: & morꝝ documẽta præbuit: in breui carus oĩbus: & loquendi arte gnarus. Quodq; his maius est oĩbus: credẽs in dñm Iesum: nõ cyrci furoribus: nõ arenæ sanguine: nõ theatri luxuria delectabat̃: sed tota illi volũtas in ecclesiæ erat cõgregatione. CAPI. .III.

a Vdiens autem tunc celebre nomen Antonij: qđ per omnes ægypti pplos ferebat̃ incensus: visendi eius studio prexit ad eremũ. Et statim: vt eum vidit: mutato pristino habitu duobus fere mensibus iuxta eum mansit: cõtemplans ordinẽ vitæ eius: morũq; grauitatem: Qꝝ creber in orõne: q̃ humilis in suscipiendis fratribus: seuerus in corripiẽdis: alacer in exhortãdis esset Et vt cõtinentiã cibiq; eius asperitatem nulla vnq̃ infirmitas frangeret. Porro frequentiã eorꝝ: qui ad eum ob varias passiones: aut impetus dæmonũ cõcurrebãt: vltra nõ ferens: nec cõgruũ esse dicens: pati in eremo pplos ciuitatũ. Sicq; sibi magis incipiendũ esse: vt cœpisset Antonius: illũ quasi virum fortem victoriæ arma accipere: se necdũ militare cœpisse: reuersus est cum quibusdã monachis ad patriã: & parentibus iam defunctis: partem substantiæ fratribus: partem pauperibus largitus est: nihil sibi oĩno seruans: timens illud de actibus apostolorꝝ: Act. 8. Ananiæ: & Saphyre: vel exemplũ: vel suppliciũ. Maximeq; dñicæ snĩæ memor dicẽtis: Qui nõ Luc. 14. renũciauerit oĩbus quæ habet: nõ potest meus esse discipulus. Erat autem annorꝝ .xv. sic nudus & armatus in Christo: solitudinẽ quæ in septimo miliario a Maionia Gaçæ emporio per litus euntibus ægyptũ ad leuam flectit̃: ingressus est. Cunq; essent cruenta latrocinijs loca & ppinqui amici q; eius iminens periculũ denũciarent: cõtempsit mortem: vt mortem euaderet. Mirabant̃ omnes animũ: mirabant̃ ætatem: nisi q; flãma quædã pectoris & scintilla fidei in oculis relucebant. Lenes erant genæ: delicatũ corpus & tenue: & ad omnẽ iniuriã impatiens: qđ leui vel frigore: vel æstu posset affligi. CAPI. .IIII.

i Git̃ sacco tantũ mẽbra coopertus: & pelliceũ habens empẽditen: quẽ illi beatus Antonius pficiscenti dederat: sagumq; rusticũ inter mare & paludes vasta & terribili solitudine fruebat̃: quindecim tantũ caricas post solis occasum comedẽs. Et quia regio latrocinijs infamis erat: nunq̃ in eodem loco mansitans. Quid faceret diabolus: quo se verteret: qui gloriebat̃ ante dicens: In cœlũ ascendã: super sydera cœli ponam thronũ meũ: & ero similis altissimo: Esa. 14. cernebat se vinci a puero: & prius ab eo calcacũ fuisse: quã per ætatem peccare potuisset. Titillabat ita q; sensus eius & pubescendi corpori: solita voluptatũ incendia suggerebat. Cogebat̃ tyrunculus Christi cogitare: qđ nesciebat: & eius rei animo pompã voluere: cuius experimẽta nõ nouerat. Iratus itaq; sibi: & pectus pugnis verberãs: quasi cogitatões cessione manus posset excludere: Ego te inquit asselle faciã vt nõ calcitres: nec te hordeo alam: sed paleis: fame te cõficiam & siti: graui onerabo põdere: per æstus indagabo & frigora: vt cibum potius q̃ lasciuiã cogites. Herbarꝝ ergo succo & paucis caricis: post triduũ vel quadriduũ deficientem animã sustentabat: orans frequenter: & psallens: & rastro humũ fodiens: vt ieiuniorꝝ laborem labor operis duplicaret: Simulq; fiscellas iunco texens: æmulabat̃ ægyptiorꝝ monachorꝝ disciplinã: & apostoli sen- Ro. 4. tentiam dicentis: Qui autem non operat̃: non manducet. Sic attenuatus: & intantũ exeso corpore: vt ossibus vix hæreret. CAPI. .V.

q Vadã nocte cœpit infantũ audire vagitus: balatus pecorꝝ: mugitus boum: plãctus quasi mulierũ: leonũ rugitus: murmur exercitus: & rursus variarꝝ portenta vocũ: vt ante sonitu q̃ aspectu territus cederet. Intellexit dæmonũ ludibria: & prolutus genubus Christi: crucem signauit in fronte: taliq; armatus casside: & lorica fidei circũdatus iacens fortius præliabat̃: quodãmodo videre desiderãs: quos horrebat audire: & sollicitis oculis huc illucq; circũspiciens. Cum interim ex improuiso: splendente luna: cernit rhedam feruentibus equis super se irruere. Cunq; inclamasset Iesum: ante oculos eius repẽtino terræ hiatu pompa omnis absorpta ps. 19. est. Tunc ille ait: Equum & ascẽsorem precipit in mare. Et hi in curribus: & hi in equis: nos autem in nomine dei nostri magnificabimur. CAPI. .VI.

m Vltæ sunt tentatões eius: & die noctuq; variæ dæmonũ insidiæ: quas si omnes narrare

velim modũ excedã voluminis. Quotiens illi nudæ mulieres cubanti: quotiens esurienti largissimæ apparuere dapes? Interdũ orantẽ lupus vlulans: & vulpecula gãniens transiliuit: psallentiq; gladiatorꝝ pugna spectaculũ præbuit: & vnus quasi interfectus & ante pedes eius corruens sepulturã rogauit. Orauit semèl fixo in terrã capite: & vt natura fert hominũ abducta aborõne mens nescio quid aliud cogitabat. Insilijt dorso eius festinus gladiator: & latera calcibus: ceruicem flagello verberans: Eia inquit cur dormitas? Cachinnasq; desuper: si defecisset: an hordeũ vellet accipere sciscitabat.

CAPI. .VII.

Gitur a sextodecimo vsq; ad vicesimũ suæ ætatis annũ æstus & pluuias breui tuguriũculo declinauit: qđ iunco & carice texerat. Extructa deinceps breui cellula: quæ vsq; hodie ꝑmanet: latitudine pedum quattuor: altitudine pedum quinq;: hoc est statura sua humiliore: porro longitudine paulo ampliore: q̃ eius corpusculũ patiebat: vt sepulchrum potius q̃ domũ crederes. Capillũ semel in anno die paschæ totondit. Super nudã humũ stratũq; iunceũ: vsq; ad mortẽ cubitauit. Saccũ quoq; semel fuerat indutus: nunq̃ lauans & superfluũ esse dicẽs. mũditias in cilitio quærere. Nec mutauit alteram tunicã: nisi cum prior penitus scissa esset. Scripturas quoq; sanctas memoriter tenẽs: post orationes & psalmos quasi deo præsente recitabat & quia longũ est ꝑ diuersa tpa carptim ascẽsum eius edicere: cõprehendã breuiter: ante lectoris oculos vitam eius pariter exponens: & deinceps ad narrandi ordinẽ regrediar.

CAPI. VIII.

Icesimoprimo anno vsq; ad .xxvij. tribus ãnis dimidiũ lẽtis sextariũ madefactũ aqua frigida comedit: & alijs tribus panẽ aridũ cum sale & aqua. Porro a .xxvij. vsq; ad .xxx. herbis agrestibus: & virgultorꝝ quorũdã radicibus crudis sustẽtatus est. A .xxx. aũt primo vsq; ad .xxxv. sex vncias hordeacei panis & coctũ modice holus: absq; oleo in cibo habuit. Sentiens aũt caligare oculos suos: & totũ corpus in petigine: & pumicea quadã scabredine cõtrahi: ad superiorẽ victũ adiecit oleũ: & vsq; ad .lxij. vitæ suæ annũ hoc cõtinentiæ cucurrit gradu: nihil extrinsecus aut pomorꝝ: aut leguminibus: aut cuiuslibet rei gustans. Inde cum se videret corpore defatigatũ: & ꝑpinquã putaret ĩminere mortẽ: a .lxiij. anno vsq; ad .lxxx. pane abstinuit: incredibili feruore mentis: vt eo tpe quasi nouus accederet ad seruitutẽ dñi: quo cæteri solent remissius viuere. Fiebant aũt ei de farina & cõminuto holere sorbitiũculæ: cibo & potu vix q̃nq; vncias appẽdentibus: Sicq; cõplens ordinẽ vitæ: nunq̃ ante solis occasum: nec in diebus festis: nec in grauissima valitudie soluit ieiuniũ. Sed iam tps est vt ad ordinẽ reuertamur.

CA. IX.

Vm hĩtaret adhuc in tugurĩũculo ãnos natus decẽ & octo: latrones ad eũ nocte venerũt: vel æstimãtes hre aliqd qđ tollerẽt: vel ĩ cõtẽptũ sui reputãtes fieri: si puer solitarius eorꝝ ĩpetus nõ ꝓtimesceret. Itaq; ĩter mare & paludẽ a vespe vsq; ad solis ortũ discurrẽtes: nũq̃ locũ cubiculi eius ĩuenire potuerũt. Porro clara luce repto puero q̃si ꝓ iocũ: Quid inquntfaceres: si latrones ad te venirẽt? Quibus ille rndit: Nudus latrones nõ timet. Et illi certe aiũt Occidi potes: possũ inqt possũ. Et iõ latrones nõ timeo: qa mori paratus sũ Tũc admirati cõstantiã eius & fidẽ: cõfessi sũt noctis errorẽ cæcatosq; oculos: correctiorẽ deiceps vitã pollicẽtes.

CA. X.

Igintí & duos iam in solitudine habebat annos. Fama tantũ notos oĩbus: & per totas palæstinæ vulgatus vrbes. Cum interim mulier quædã Eleutheropolitana cernẽs despectui se haberi a viro ob sterilitatẽ (iam enĩ per ãnos .xv. nullos cõiugij fructus dederat) prima irrũpere ausa est ad beatũ Hilarionẽ: & nihil tale suspicãtis: repente genubus eius aduoluta Ignosce inquit audaciæ: ignosce necessitati meæ. Quid auertis oculos? quid rogantẽ fugis Noli me mulierẽ aspicere: sed miserã: Hic sexus genuit Saluatorẽ. Non habent sani opus medico: sed qui malí habent. Tandem substitit: & post tantũ tempus visa muliere interrogauit causã aduentus eius ac fletuũ. Et postq̃ didicit: Leuatis ad cœlũ oculis recedere iussit: euntẽq; lachrymis ꝑsecutus: exacto anno vidit cum filio.

CAPI. .XI.

Oc signorꝝ eius principiũ fuit. Aliud magis signũ eum nobilitauit Aristene Helpidij: q̃ postea præfectus prætorio fuit vxor valde nobilis inter suos: & inter christianos nobilior: reuertens cum marito & tribus liberis a beato Antonio: Gaçæ ꝑpter eorꝝ infirmitatem remorata est. Ibi enim siue ob corruptũ aerem: siue vt postea claruit: ꝑpter gloriã Hilarionis serui dei Hemetriteo pariter arrepti omnes a medicis desperati sunt. Iacebat vllulans mater & quasi inter tria filiorꝝ discurrens cadauera: quem prius plangeret: nesciebat. Agnito autẽ qđ esset quidã monachus in vicina solitudine: oblita matronalis pompæ: quia se matrem nouerat: vadit comitata ancillulis & eunuchis. Vixq; a viro suasum est: vt asello sedens pergeret Ad quẽ cum peruenisset: Per ego te ait Iesum clæmentissimũ deũ nostrũ obtestor: per crucẽ & sanguinẽ vt reddas mihi tres filios: & glorificet in vrbe gentiliũ nomen dñi Saluatoris: Et ingrediat ser-

uus eius Gaçam & Marnas corruat. Renuente illo & dicente nunq̃ se egressum de cella: nec habere cõsuetudinẽ: vt nõ tm̃ modo ciuitatẽ: sed ne villulã quidẽ ingrederet: ꝓstrauit se humi cre bro clamitãs. Hilarion serue Xp̃i: redde mihi filios meos quos Antonius tenuit in ægypto: a te seruent in Syria. Flebant cuncti qui aderant: sed & ipe negans flebat. Quid multa? nõ prius mu lier recessit: q̃ ille pollicitus est se post solis occasum Gaçam introiturũ. Quo post q̃ venit: sin gulor lectulos & ardentia mẽbra cõsiderans inuocauit Iesum. Et o mira virtus: quasi de tribus fontibus sudor pariter erupit. Eadem hora acceperũt cibos: lugentẽq; matrẽ cognoscẽtes & be nedicentes deũ: sancti manus osculati sunt. Quod post q̃ auditũ est: & longe latec; ꝓcrebuit: cer tatim ad eum de Syria & ægypto cõfluebant: ita vt multi crederent in Xp̃m: & se monachos ꝓfi terent. Nec dum enĩ tunc monasteria erant in palæstina: nec quisq̃ monachos ante sanctũ Hila rionem in Syria nouerat. Ille fundator & eruditor huius cõuersatõis & studij in hac ꝓuincia fuit Habebat dñs Iesus in ægypto senẽ Antoniũ: habebat ĩ palæstina Hilarionẽ iuniorẽ. CA. XII.

Acidia vicus est Rinocoruæ vrbis ægypti: de hoc decem iam ãnis cæca mulier abducta
f est ad beatũ Hilarionẽ oblataq; ei a fratribus (iam enĩ multi monachi cum eo erant) om nem se substantiã expendisse ait in medicos. Cui respondit: Si quæ in medicis perdidisti dedisses paupibus: curasset te verus medicus Iesus. Clamante aũt illa: & misericordiã deprecan te: expuit in oculos eius: statimq; saluatoris exemplo virtus eadem ꝓsecuta est. CAPI. XIII.

Vriga quoq; Gaçensis in curru percussus a dæmone totus obriguit: ita vt manũ agitare
a nec ceruicem posset reflectere. Velatus ergo in lecto: cum solam linguã moueret ad pre ces: audiuit nõ prius posse sanari: q̃ crederet in Iesum: & sponderet se arti pristinæ renũ ciaturũ. Credidit: spopondit: saluatus est. Magisq; de animæ q̃ de corporis salute exultauit. Præ terea fortissimus iuuenis noĩe Esycas de territorio Hierosolymæ tantũ sibi applaudebat in viri bus: vt. xv. frumenti modios diu longec; portaret: & hanc haberet palmã fortitudinis suæ: vt asi nos vinceret. Hic afflictus pessimo dæmone nõ chatenas: nõ compedes: nõ claustra ostior; inte gra patiebat: multor; nasum & aures mordens amputauerat. Horum pedes: illor; gulam frege rat: Tantũq; terrorẽ oĩbus incusserat: vt oneratus cathenis & funibus in diuersa nitentiũ qua si ferocissimus thaurus ad monasteriũ pertraheret: quem post q̃ fratres videre perterriti (erat enĩ mirę magnitudinis) nũciauerunt patri. Ille sicut sedebat iussit eum ad se pertrahi & dimitti. Solu toq; inclina ait caput & veni. Tremere ille: & ceruicẽ flectere: nec aspicere cõtra ausus: omniq; ferocitate deposita: pedes cœpit sedentis lãbere. Adiuratus itaq; dæmon: & extortus qui iuuenẽ possederat: septima die egressus est. CAPI. XIIII.

Ed nec illud tacendũ est: q; Orion vir primarius & durissimus Ailæ vrbis quæ mari ru
f bro ĩminet a legione possessus dæmonũ: ad eum adductus est. Manus: ceruix: latera: pe des ferro onerata erant: furoriscq; sæuitiã torui oculi minabant. Cunc; deambularet san ctus cum fratribus: & de scripturis nescio quid interpretaret: erupit ille de manibus se tenentiũ & amplexus eum post tergũ in sublime eleuauit. Clamor ortus ab oĩbus: Timebãt enĩ ne confe cta ieiunijs mẽbra collideret. Et sanctus arridens: Siníte inquit: & mihi meũ palæstritã dimittite Ac sic reflexa super humeros manu caput eius tetigit: apphensoq; crine ante pedes adduxit: stri gens e regione ambas manus eius: & plantas vtroq; calcans pede: simulq; ingeminãs: torquere dæmonũ turba. Cunc; ille eiularet: & reflexa ceruice terrã vertice tangeret: Dñe inquit Iesu sol ue miser: solue captiuũ: vt vnum: ita & plures vincere tuũ est. Rem loquor inauditã: Ex vno ho minis ore diuersæ voces: & quasi cõfusus populi clamor audiebat. Curatus itaq; & hic nõ post multũ temporis cum vxore & liberis venit ad monasteriũ: plurima quasi gratiã redditurus do na afferens. Cui sanctus: Non legisti ait quid Giezi: quid Simon passi sunt? quor; alter accepit preciũ: alter obtulit: vt ille venderet gratiã spiritussancti: hic mercaret? Cunc; Orion flens dice ret: accipe & da pauperibus. Respondit: tu melius potes tua distribuere: qui per vrbes ambulas & nosti pauperes: Ego qui mea reliqui: cur aliena appetã? Multis nomen pauperũ occasio auari tiæ est: Misericordia vero artem nõ habet. Nemo melius erogat: q̃ qui sibi nihil reseruat: Tristi autem & in terra iacenti: noli inquit cõtristari fili. Quod facio: ꝓ me & ꝓ te facio: Si enĩ hoc acce pero: q; ego offendã deum: & ad te legio reuertet. CAPI. XV.

q Vis ℣o possit silẽtio præterire: q̃d Gaçanus Maramites haud lõge a mõasterio eius lapi des ad ædificandũ de ora maris cudens: totus paralysi dissolutus: & ab operis socijs de latus ad sanctũ: statim ad opus reuersus est? Etenim litus quod palæstinæ ægypto; prætendit: per naturã molle arenis in saxa durescentibus asperat. Paulatimq; cohærescens sibi glarea per dit tactum: cum nõ perdat aspectum. CAPI. XVI.

Ed & Italicus eiusdem oppidi municeps christianus aduersum Gaçẽsem durum virum
f Marnæ idolo deditũ Circenses equos nutriebat. Hoc siquidẽ in Romanis vrbibus iam
exinde seruata a Romulo: vt ꝓpter fœlicem Sabinarꝝ raptum ab ipso quasi cõsiliorꝝ deo
quadrigæ septeno currant circuitu: & equos partis aduersæ fregisse victoria sit. Hic itaq; æmu-
lo suo habente maleficũ: qui dæmoniacis quibusdam impretatoribus & huius impediret equos:
& illius incitaret ad cursum: Venit ad beatum Hilarionẽ: & nõ tam aduersariũ lædi q̃ se defendi
obsecrauit. Ineptum visum est venerãdo seni in huiusce modi nugis perdere. Cum q; subrideret
& diceret: Cur enĩ nõ magis equorꝝ precibꝰ p salute animæ tuæ pauperibus erogas? Ille respõdit
functionẽ esse publicã: & hoc non tam se velle q̃ cogi: Nec posse hominẽ christianũ vti magicis
artibus: sed a seruo potius Christi auxiliũ petere: maxime cõtra Gaçenses aduersarios dei: & nõ
tam sibi ecclesiæ Christi insultantes. Rogatus autem a fratribus qui aderant: scyphum fictilem
quo bibere consueuerat: aqua iussit impleri: eiq; trãdi. Quem cum accepisset Italicus: & stabulũ
& equos: & aurigas suos carcerũq; repagula aspersit. Mira vulgi expectatio. Nam & aduersari
us hoc ipm irridens diffamauerat: & fautores Italici sibi victoriã pollicentes exultabant. Igit da
to signo hi aduolant: isti præpediunt. Sub horum curru rotæ feruent: illi præteruolantiũ terga
vix cernũt: Clamor fit vulgi nimius: ita vt ethnici quoq; ipsi cõcreparent Marnas victus a Chri
sto est. Porro furentes aduersarij Hilarionem maleficum christianorꝝ ad supplicium poscũt. In-
dubitata ergo victoria: & illis & multis retro Circensibus. plurimis fidei occasio fuit.

CAPI. .XVII.

E eodem Gaçensis emporij oppido virginem dei vicinus iuuenis deperibat. Qui cum
d frequenter tactu: iocis: nutibus: sibilis: & cæteris huiusmodi quæ solent morituræ virgi
nitatis esse principia: nihil ꝓfecisse: perrexit Mẽphim: vt cõfesso vulnere suo magicis ar
tibus rediret armatus ad virginem. Igit post annum ductus ab æsculapij vatibus nõ remedeãtis
animas: sed perdentis: venit præsumptũ animo stuprũ gestiens: & subter limen domus puellæ
quem tormenta verborꝝ: & portentosas figuras sculptas in æris cypri lamina defodit. Illico insa
nire virgo: & amictu capitis abiecto rotare crinem: stridere dẽtibus: inclamare nomen adolescẽ
tis. Magnitudo quippe amoris se in furorem verterat. Perducta ergo a parentibus ad monaste-
rium seni tradit. Vlulante statim & cõfitente dæmone: vim sustinui: inuitus abductus sum: q̃ be
ne Mẽphis somnijs homines deludebã. O cruces: o tormenta quæ patior. Exire me cogis: & liga
tus subter limen teneor. Non exeo: nisi me adolescens qui tenet: dimiserit. Tunc senex grandis
ait fortitudo tua: qui licio & lamina strictus teneris. Dic quare ausus es ingredi puellã dei: vt ser
uarem inquit virginem. Tu seruares perditor castitatis? cur nõ potius in eum qui te mittebat in
gressus es? Vt quid respõdit intrarẽ in eum: qui habebat collegã meũ amoris dæmonẽ? Noluit
autem sanctus anteq̃ purgaret virginẽ: vel adolescentẽ: signa iubere perquiri: ne aut solutis in-
cantationibus recessisse dæmon videret: aut ipse sermoni eius accõmodasse fidem. Asserens fal
laces esse dæmones: & ad simulandũ esse callidos: & magis reddita sanitate increpuit virginem
cur fecisset talia: per quæ dæmon intrare potuisset.

CAPI. .XVIII.

On solum autem in palæstina: & in vicinis vrbibus ægypti vel syriæ: sed etiã in longin-
n quis ꝓuincijs fama eius percrebuerat. Nanq; Candidatus cõstantij imperatoris rutilus
coma: & candore corporis indicans ꝓuinciã: Inter Saxones quippe & Alemanos gens
eius nõ tam lata q̃ valida: apud historicos Germania: nunc vero Francia vocat: antiquo hoc est
ab infantia possessus a dæmone qui noctibus eum vlulare: ingemescere: fremere denibus com-
pellebat: secreto ab imperatore euectionem petijt: causam ei simpliciter indicans Et acceptis ad
cõsularem quoq; palæstinæ litteris: cum ingenti honore & comitatu Gaçam deductus est. Qui
cum a decuriõibus loci illius quesisset: vbi habitaret Hilarion monachus: territi Gaçẽses: & pu
tantes eum ab imperatore missum: ad monasteriũ perrexerũt: vt & honorẽ cõmendato exhibe
rent. Et si quid ex præteritis iniurijs in Hilarionẽ esset offensæ: nouo officio deleret. Deambu-
labat tunc senex in arenis mollibus: & secum de psalmis nescio quid submurmurabat. Videsq;
tantã turbã venientẽ subsistit: Et resalutatis oibus: manu quoq; eis benedicens: Post horã cæte
ros abire præcepit: illum vero cum seruis suis & apparitoribus remanere. Ex oculis enĩ eius &
vultu: cur venisset agnouit. Statim ergo ad interrogationẽ suspensus homo: vix terrã pedibus
tangens: & ĩmane rugiens: Syro quo interrogatus fuerat sermone: respõdit. Videres de ore bar
baro: & qui Francũ tantũ: & Latinã linguã nouerat: Syra ad purũ verba resonare: vt nõ stridor
nõ aspiratio: nõ idioma aliqd palæstini deesset eloquij. Confessus est itaq; quo in eum intrasset
ordine Et vt interpretes eius intelligerẽt: qui græcã tantũ & latinã linguã nouerãt: græce quoq;

eum interrogauit: Quo ſimiliter & verba eadem reſpondente: multaſq; incantatõis occaſiones & neceſſitates magicar; artium obtendente: Non curo ait quomodo intraueris: ſed vt exeas in nomine dñi noſtri Ieſu chriſti impero. Cũq; curatus eſſet: ſimplicitate ruſtica decem auri libras offerens: hordeaceum ab eo accepit panem. Audiens q; qui tali cibo alerentur aurum pro luto ducerent.

CAPI. .XIX.

Arum eſt de hoĩbus loqui. Bruta quoq; animalia quotidie ad eum furentia ꝓtrahebant̃
p in quibus Bactrũ camelũ enormis magnitudinis: qui iam multos obtriuerat. xxx. & eo amplius viri diſtentiũ ſolidiſſimis funibus cum clamore abduxerũt. Sãguinei erant oculi: ſpumabat os: volubilis lingua vrgebat: & ſuper omnẽ terrorẽ rugitus ꝑſonabat imanis. Iuſſit igit̃ eum dimitti ſenex. Statim vero & qui abduxerãt: & qui cum ſene erant vſq; ad vnũ omnes defugere. Porro ille ſolus perrexit obuiã: & ſermone Siro nõ me inquit terres diabole tanta mole corporis: Et in vulpecula: & i camelo vnus atq; idem es. Et interim porrecta ſtabat manu. Ad quẽ dum furens: & quaſi deuoratura eum belua pueniſſet: ſtatim corruit: Submiſſũq; caput terræ coæquauit: mirãtibus cunctis qui aderãt: poſt tantã ferociã tantã ſubito manſuetudinẽ. Docebat aũt ſenex hominũ cauſa diabolũ etiã iumẽta corripere: & tanto eor; ardere odio: vt nõ ſolum ip̃os: ſed & ea quæ ip̃or; eſſent: cuperet interire. Huiuſq; rei ꝓponebat exemplũ: q; anteq; beatũ Iob tentare ꝑmitteret̃: omnẽ ſubſtantiã eius interfecerit. Nec mouere quẽpiam debere q; dñi iuſſione duo milia porcor; a dæmonibus interfecta ſunt. Siquidẽ eos qui viderãt: nõ potuiſſe aliter credere exiſſe de hoie tantã dæmonũ multitudinẽ: niſi grãdis porcor; numerus: & quaſi a multis auctus pariter corruiſſet.

CAPI: .XX.

Empus me deficiet: ſi voluero vniuerſa ſigna: quæ ab eo perpetrata ſunt dicere. In tan-
t tam enĩ a dño eleuatus fuerat gloriã: vt beatus quoq; Antonius audiens cõuerſationem eius ſcriberet ei: libenterq; eius epiſtolã ſumeret. At ſiquãdo de Syriæ partibus ad ſe languentes perrexiſſent: diceret eis: Quare vos tam lõge vexare voluiſtis: cum habeatis ibi filium meũ Hilarionẽ? Exemplo autem eius per totam palæſtinã innumerabilia monaſteria eſſe cœperunt: & omnes ad eum monachi certatim currere: Qd̃ ille cernens laudabat dñi gratiã: & ad perfectum animæ ſingulos cohortabat̃: dicens: Præterire figurã huius mũdi: Et illam eſſe veram vitam: quæ præſentis vitæ emeret̃ incõmodo.

CAPI. .XXI.

Olens autẽ exemplũ eis dare: & humilitatis: & officij: ſtatutis diebus ante vindemiã lu-
v ſtrabat cellulã monachor;: Qd̃ poſtq; cognitũ eſt a fratribus: omnes ad eum cõfluebãt: & comitati tali duce circuibãt monaſteria: habẽtes viaticũ ſuũ: quia interdũ vſq; duo milia hominũ cõgregabant̃. Sed & ꝓcedente tpe: vnaquæq; villula vicinis monachis ad ſuſceptionem ſanctor; gaudens cibos offerebat. Quantũ aũt fuerit in eo ſtudij: nullũ fratrẽ q̃uis humilẽ q̃uis pauperẽ præteriret: vel illud indicio eſt: q; vadens in deſertũ Cades: ad vnum de diſcipulis ſuis viſendũ: cum infinito agmine monachor; peruenit Peluſiũ: eo forte die quo ãniuerſaria ſolẽnitas omnẽ oppidi populũ in templũ Veneris cõgregauerat. Colunt autem illam ob Lucifer;
cuius cultui ſaracenor; natio dedita eſt. Sed & ip̃m oppidũ ex magna parte ſemibarbar; eſt propter loci ſitum. Igit̃ audito q; ſanctus Hilarion præteriret (Multos enĩ ſaracenor; arreptos a dæmone frequenter curauerat) gregatim ei cum vxoribus & liberis obuiam ꝓceſſere: ſubmittẽtes colla: & voce Syra Barach: id eſt benedic: inclamãtes. Quos ille blande humiliterq; ſuſcipiẽs obſecrabat: vt deũ magis q̃ lapides colerẽt. Simulq; vberrime flebat: ad cœlũ ſpectans & pollicẽs: ſi Chriſto crederẽt: ad eos ſe crebro eſſe vẽturũ. Mira dñi gr̃a: nõ prius abire paſſi ſunt q̃ futuræ eccleſiæ lineã mitteret: Et ſacerdos eor;: vt coronatus Chriſti ſigno denotaret̃.

CA. .XXII.

Lio quoq; anno cũ exiturus eſſet ad viſenda monaſteria: & digereret in ſchedula: apud
a quos manere deberet: ſcientes monachi quendam de fratribus parciorem: ſimulq; cupientes vitio eius mederi: rogabãt vt apud eum maneret. Et ille: quid inquit vultis & vobis iniuriã: & fratri vexationẽ facere? quod poſtq; frater ille parcus audiuit: & annitẽtibus cunctis: vix ab inuito impetrauit: vt ſuũ quoq; monaſteriũ in manſionẽ poneret. Poſt diem ergo decem venerũt ad eum: cuſtodibus iam in vinea: quaſi villæ cuſtos eſſet depoſitis ab eo: qui cũ lapidibus & glebar; iactu fundæq; vertigine accedentes deterrerẽt: Sine eſu vuæ mane oẽs ꝓfecti ſunt: vidente ſene: & diſſimulãte ſcire: qd̃ euenerat. Porro ſuſcepti ab alio manacho: cui Sabas vocabulũ eſt. Debemus q̃ppe parci tacere vocabulũ: largi dicere: quia dñica erat dies: ĩuitabant̃ ab eo vniuerſi in vineã: vt ante horã cibi vuar; paſtu: laborẽ viæ ſubleuarẽt. Et ſanctus: Maledictus ait: q; prius refectionẽ corporis q̃ aiæ quæſierit. Oremus: pſallamus: reddamus dño officiũ & ſic ad vineã ꝓperabitis. Completo itaq; miniſterio: in ſublimi ſtans benedixit vineæ: & ſuas

ad pascendū dimisit oues. Erant autem qui vescebant nō minus tribus milibus. Cunq; centum lagenas æstimata fuisset integra adhuc vinea: post dies viginti trecentas fecit. Porro ille parcus frater multo minus solito colligens: etiam id quod habuerat: versum in acetum sero doluit: Hoc multis fratribus senex ante futurū dixerat.

CAPI. .XXIII.

d Detestabat autem præcipue monachos: qui infidelitate quadā in futurū seruarent sua: & diligentiā haberent: vel sumptū vel vestitum: aut alicuius rei earū quæ cum sæculo transeunt. Denicq; vnum de fratribus in quinto fere a se miliario manentem: quia cōperiebat hortuli sui nimis cautum timidumq; custodem: & pauxillum habere nūmorū abiecerat. Qui volens sibi reconciliari senem: frequenter veniebat ad fratres: & maxime ad Hesitium: quo ille vehementissime delectabat. Quadam igit die ciceris fascem virentis sicut in herbis erat: Quem cum Hesitius posuisset in mensa ad vesperū: exclamauit senex se putorem eius ferre nō posse: si mulq; vnde esset interrogauit: Respondente autem Hesitio: Q; frater quidā primitias agelli sui fratribus detulisset: Non sentis inquit putorem deterrimū: & in cicere fetere auaritiā: Mitte bobus: mitte brutis animalibus: & vide an comedant. Quod cum ille iuxta præceptū in præsepe posuisset: exterriti boues: & plus solito mugientes: ruptis vinculis in diuersa fugerunt. Habebat enim hanc gratiā: vt ex odore corporū vestiumq; & earū rerum quas quis tetigerat: sciret cui dæmoni: vel cui vitio subiaceret.

CAPI. .XXIIII.

i Cū sexagesimotertio vitæ suæ anno cernens grande monasteriū & multitudinē fratrū secum habitantiū: turbasq; eorū: qui diuersis languoribus & īmūdis spiritibus occupatos ad se deducebāt: ita vt in omni genere hominū solitudo per circuitū repleret: Flebat quotidie: & incredibili desiderio cōuersatois antiquæ recordabat. Interrogatus a fratribus: qd haberet: cur se cōficeret: ait Rursum ad sæculi redij: & recepi mercedē meā in vita mea. Et homines Palestinæ & vicinæ ,puinciæ æstimant me alicuius esse momēti: & ego sub prætextu monasterij ad dispēsationē fratrū: vilem suppellectilē habeo. Seruabat autem a fratribus: maxime ab Hesitio: qui miro amore veneratioi senis deditus erat. Cunq; ita vixisset: lugens biēnium: Arisseneta illa: cuius supra fecimus mentionē: Præfecti tunc vxor: sed nil de habitu præfecti habēs venit ad eum: volens etiam ad Antoniū pergere. Cui ille flens: vellem ait ipse quoq; ire: si nō carcere huius monasterij clausus tenerer: & si eundi fructus esset. Biduū enī hodie est: q; totus mundus tali parente orbatus est. Credidit illa: & stetit: Et post paucos dies veniente nuncio Antonij dormitionem audiuit.

CAPI. .XXV.

m Irent alij signa: quæ fecit. Mirent incredibilē abstinentiā: scientiā: humilitatē. Ego nihil ita stupeo: q; gloriā illum & honorē calcare potuisse. Cōcurrebāt episcopi: clericorū & monachorū greges: matronarū quoq; christianorū grandis tentatio: & hinc & inde ex vrbibus & agris vulgus ignobile. Sed & potentes viri: & iudices vt benedictū ab eo panem vel oleum acciperent. Et ille nihil aliud: nisi solitudinē meditabat: intantū vt quadā die ,pficisci statuerit: Et adducto asello (nimis qppe exesus ieiunijs) vix egredi poterat: vt iter arripere conaretur. Quod cum percrebuisset: & quasi vastitas & iudiciū palæstinæ indiceret: plus q; decem milia hominū diuersæ ætatis: & sexus ad retinendū eum cōgregata sunt. Immobilis ille ad preces: & baculo arenas discutiens loquebat: fallacem dnm meum nō faciam: Non possum videre sub uersas ecclesias: calcata Christi altaria: filiorū sanguinē. Vniuersi autem qui aderant: intelligebant reuelatū ei quiddā esse secreti: qd nollet cōfiteri Et nihilominus custodiebāt eum: vt nō ,pficisceret. Decreuit ergo publica omnes voce cōtestans: nō cibi se: nō potu quicq; sumere: nisi dimitteret. Et post septem dies inediæ tandem relaxatus: ac valedicēs plurimis: cū infinito agmine venit Betiliū: vbi suasis turbis: vt reuerterent: elegit quadraginta monachos: qui haberent viaticū: & possent ieiunātes īgredi: id est post solis occasum cibū sumere. Quinto igit die venit Peluſiū: visitatisq; fratribus: qui in vicina eremo erant: & in loco qui dicit Lichnos: morabant: perrexit triduo ad castrū Theubaton: vt videret Dracontiū epm & cōfessorem: qui ibi exulabat Quo ,incredibiliter cōsolato tanti viri præsentia: post aliud triduū multo Babylonē labore puenit: Vt videret Philemonē epm & ipm cōfessorem.

CAPI. .XXVI.

c Onstantius autem rex Arrianorū fauēs hæresi: vtrūq; in ea loca deportauerat. Inde egrediens post triduū: venit ad oppidū Aphroditon: vbi cōuento diacono Baisane: qui loca tis Camelis & Dromedis: ob aquæ in eremo penuriam: cōsueuerat euntes ad Antoniū ducere: cōfessus est fratribus instare diem dormitionis beati Antonij: & peruigilē noctē in ipso quo defunctus fuerat loco: a se ei debere celebrari. Tribus igit diebus p vastā & horribilē solitudinē: tandē ad montē altissimū puenerūt: repertis ibi duobus monachis: Isaac & Peluſiano: q; rū

Isaac interpres Antonij fuerat. Et quia se præbet occasio: & ad id loci venimus: dignũ videt breui sermone habitaculũ tanti viri describere. Saxeus & sublimis mons per mille circiter passus ad radices suas aquas exprimit: quarum alias arenæ ebibũt: aliæ ad inferiora delapsæ: paulatim riuum efficiunt: super quem ex vtraq; ripa palmæ innumerabiles: multũ loco & amœnitatis & cõmodi tribuũt. Videres senem huc atq; illuc cum discipulis beati Antonij discurrere. Hic aiebãt psallere: hic orare: hic operari: hic fessus residere solitus erat. Has vites: has arbusculas ipse plantauit. Illam areolam manibus suis ipse cõposuit. Hanc piscinã ad irrigandũ hortulũ multo sudore fabricatus est. Istum sarculum ad fodiendã terrã pluribus annis habuit. Iacebat in stratu eius: & quasi calens adhuc cubile deosculabat. Erat autem cellula nõ plus mensuræ cellulæ per quadrum tenens: & homo dormiens extendi poterat. Præterea in sublimi montis vertice: quasi per cochleã ascendẽtibus: & arduæ valde: duæ mensuræ cellulæ videbant: in quibus venientiũ frequentiã: & discipulorũ suorũ cõtubernium fugiens moratus est. Verum hæ in viuo excisæ saxo ostia tantũ addita habebant. Postq; autem ad hortulũ venerant: videtis inquit Isaac hic pomariũ arbusculis cõsitum: & holeribus virens: ante hoc ferme triẽnium cum onagrorũ grex vastaret: vnum e ductoribus eorũ stare iussit: Baculoq; tondens latera: Quare inquit comeditis quod nõ se minastis? Et exide acceptis aquis: ad quas potandas ventitabant: nunq; eos nec arbusculã: nec holera contigisse. Præterea rogabat senex: vt sibi locum tumuli eius ostenderent. Qui cum seorsum eum abduxissent: vtrum ne monstrauerint: ignorat. Causam occultandi iuxta præceptum Antonij fuisse referentes: ne Pergamus: qui in illis locis ditissimus erat: sublato ad villam suam sancti corpore martyriũ fabricaret.

CAPI. .XXVII.

Itur reuersus ad Aphroditon: duobus secum tantũ retentis fratribus: in vicina eremo moratus est: tanta abstinentia & silentio: vt tunc primũ se cœpisse Christo seruire diceret. Porro iam triẽnium erat: q̃ clausum cœlum illas terras arefecerat: vt vulgo dicerent Antonij mortem etiã elementa lugere. Non latuit fama Hilarionis incolas quoq; illius loci.: & certati virilis ac muliebris sexus ore lugubri: & attenuati fame: pluuias a seruo Christi: id ẽ a beati Antonij successore deprecabant. Quos ille cernens mire doluit: Eleuatisq; in cœlum oculis: & vtrasq; in sublime erigens palmas: statim impetrauit qd̃ rogauerãt. Ecce autem sitiens arenosa regio: postq; pluuijs irrigata est: tanta serpentũ & venenatorũ animaliũ ex improuiso ebullitiuit multitudine: vt percussi innumerabiles: nisi ad Hilarionem concurrissent: statim interirent. Benedicto itaq; oleo vniuersi agricolæ atq; pastores tangentes vulnera certam salutem resumebant.

CAPI. .XXVIII.

Idens etiã se ibi miris honoribus affici: perrexit Alexãdriã. Inde ad interiorẽ Osam eremum transiturus. Et quia nunq; ex quo cœperat esse monachus in vrbibus manserat: diuertit ad quosdã fratres notos sibi i Brutio: Haud procul ab Alexãdria: qui cum miro gaudio suscepissent senem: & iam vicina nox esset: repente audiũt discipulos eius asinum sternere: illumq; parare, pficisci. Itaq; aduoluti pedibus rogabant: ne hoc faceret: & ante limen, pstrati citius se mori q̃ tanto carere hospite testabant. Quibus ille respondit: Iccirco abire festino: ne vobis molestiã generẽ. Certe ex posterioribus cognoscetis: nõ sine causa me subito ambulasse Igitur altera die Gaçenses cum lictoribus, pfecti (nam pridie eum venisse cognouerãt) Intrãtes monasteriũ cum illum minime inuenissent: inuicem loquebant: Nõne vera sunt: quæ audiuimus? magus est: & futura cognoscit. Vrbs autẽ Gaça: postq̃, pfecto de palæstina Hilarione: Iulianus in imperiũ successerat: Destructo monasterio eius: præcibus ad imperatorẽ datis: & Hilarionis & Hesitij mortem impetrauerat: amboq; vt quærerent: toto orbe scriptũ erat. Egressus ergo de Brutio: per inuiam solitudinẽ intrauit Osan: ibiq; ãno paulominus exacto: quia illuc quoq; sua fama peruenerat: quasi iam in oriente latere nõ posset: vbi multi illum & opinione & vultu nouerant: ad Salas nauigare insulas cogitabat: vt quem terra vulgauerat: saltem maria cælarent.

CAPI. .XXIX.

Odem ferme tempore Hadrianus discipulus eius de palæstina superuenit: dicens Iulianum occisum: Christianũ imperatorẽ regnare cœpisse: reuerti eum debere ad monasterij sui reliquias. Qd̃ ille audiens detestatus est: & conducto camelo per vastam solitudinem peruenit ad maritimã vrbem Lybiæ Paretoniũ: vbi Hadrianus infœlix volens Palæstinam reuerti: & pristinã sub noie magistri quærens gloriã: multas ei fecit iniurias. Ad extremũ cõuasatis quæ a fratribus ei missa detulerat nesciente illo, pfectus est. Super hoc quia alter locus referendi nõ est: Hoc tantũ dixerim: in terrorẽ eorũ qui magistros despiciunt: quod post aliquãtulũ temporis cõputruerit morbo regio.

CAPI. XXX.

Abens igit senex Zananũ secũ ascendit classem: quæ Siciliã nauigabat. Cũq; venunda-
h to euangelioꝝ codice: quẽ mãu sua adolescẽs scripserat: dare naulũ disponeret: Hadriæ
naucleri filius arreptus a dæmone: clamare cœpit & dicere: Hilariõ serue dei: cur nobis
per te & in pelago tutos esse nõ licet? Da mihi spatiũ donec ad terrã veniã: ne hic eiectus præcipi
ter in abyssos. Cui ille: Si deus meus ait tibi cõcedit vt maneas: mane. Sin aũt ille te eijcit: qd mi-
hi inuidiã facis homini peccatori atq; mendico? Hoc autẽ dicebat: ne nautæ aut negociatores q
in naui erãt: se cũ ad terrã peruenissent: proderẽt. Nec multo post purgatus ẽ puer: patre fidẽ dã-
te & cæteris qui aderãt: nulli se sup nomẽ eius locuturos. Ingressus aũt Pachynũ, promontoriũ Sici
liæ: obtulit Nauclero euangeliũ, p subuectõe sua & Zanani. Q ui noiẽs accipere: maxime cũ vi-
deret illos: excepto illo codice & his quibus vestiti erãt amplius nihil hr̃e: ad extremũ iurat se nõ
acceptuꝝ. Sed & senex assensus & fiducia paupis cõsciẽtiæ: & i eo magis lætabat q nihil habe-
ret sæculi: & ab accolis illius loci mendicus putaret.

Caꝑ. xxxi.

Orro recogitãs ne negociatores de oriẽte veniẽtes se notũ facerẽt: ad mediterranea fugit
p loca. i. i vicesimo a mari miliario. Ibiq; i quodã deserto agello lignoꝝ quotidie fascẽ alli-
gãs iponebat dorso discipuli. Q uo i pxima villa venũdato: & sibi alimoniã: & his q for
te ad eos veniebãt: pauxillulũ panis emebãt. Sed vere iuxta quod scriptũ ẽ: Nõ põt ciuitas latere
sup montẽ posita. Scutarius quidã cũ i basilica beati Petri Romæ torqueret: clamauit i eo imun
dus spũs: Añ paucos dies Siciliã ingressus Hilariõ seruus Xp̃i: & nemo eũ nouit: & putat se esse
secretũ: ego vadã & pdã illũ. Statiq; cũ seruulis suis ascẽsa i portu naue appulsus est pachynũ: &
deducẽte se dæmone: vbi añ cõspectũ senis se prostrauit: ilico curatus est.

Caꝑ. xxxij.

Oc initiũ signoꝝ eius in Sicilia: innumerabilẽ ad eũ deinceps ægrotantiũ: sed & religio
h soꝝ hominũ adduxit multitudinẽ: intantũ vt de primoribus viris tumens quidã morbo
intercutis: eadẽ die qua ad eũ venerat: curatus est. Q ui postea offerens ei infinita mune
ra: audiuit dictũ saluatoris ad discipulos: Gratis accepistis gratis date. Dũ hæc ita gerunt in Sici-
lia: Hesitius discipulus eius toto senẽ orbe quærebat. Lustrans litora: deserta penetrans. Et hãc
tm̃ habens fiduciã: quia vbicũq; esset diu latere non posset. Transacto igitur iã triennio: audiuit
Mothonæ a quodã iudæo vilia populis scuta vendente: prophetã christianoꝝ apparuisse in Sici
lia: tanta miracula & signa facientẽ: vt de veteribus sanctis deputaret. Interrogatus itaq; habitũ
eius: incessum & linguã: maximeq; ætatem: nihil dicere potuit. Ille enĩ qui referebat: famã ad se
tm̃ venisse homis testabatur. Ingressus ergo Adriã: prospero cursu venit Pachynũ: & i quadam
curui littoris villula famã senis scisitans: consona omniũ voce cognouit vbi esset: quid ageret:
nihil in eo ita cunctis admirãtibus: q̃ post tanta signa atq; miracula: nec fragmen quidẽ panis a
quoq̃ in illis locis accepisset. Et ne longũ faciam: sanctus vir Hesitius ad magistri genua prouo-
lutus: plãtasq; eius lachrymis rigans. Tandẽ ab eo subleuatus post biduí triduiq; sermonem au
dit a Zanano: nõ posse senẽ iã illis habitare regionibus: sed velle ad barbaras quasdã pergere na
tiones: vbi & nomen & rumor suus incognitus fieret.

Caꝑ. xxxiij.

Vxit itaq; illũ ad Epidauꝝ Dalmatiæ oppidũ: vbi paucis diebus i vicino agello mansi-
d tans: nõ potuit abscõdi. Siquidẽ draco miræ magnitudis (quos gẽtiliũ sermone boas vo
cãt: ab eo q tã grandes sint: vt boues glutire soleãt) oẽm late vastabat, puinciã: & nõ solũ
armenta & pecudes: sed agricolas quoq; & pastores tractos ad se vi spũs absorbebat. Cui cũ Py
rã iussisset præparari: & orõne ad Xp̃m missa, euocato: præcepisset struẽ lignorũ scãdere: ignem
supposuit. Tũ itaq; cuncta expectante plæbẽ imanẽ bestiã concremauit. Vnde æstuans quid fa
ceret: quo se verteret: aliã parabat fugam: & solitarias terras mente perlustrans: merebat q tacẽ
te de se lingua miracula loquerent.

Caꝑ. xxxiiij.

A tempestate terræmotu totius orbis: qui post Iuliani mortẽ accidit: maria egressa sunt
e terminos suos: & quasi rursus deus diluuiũ minaretur: vel in antiquũ chaos redirẽt om-
nia: naues ad prærupta de latere montiũ pependerunt. Q uod cũ viderent Epidaurítani
frementes fluctus & vndarũ moles: & montes gurgitũ litoribus inferri: verentes quod iam eue
nisse cernebant: ne oppidũ funditus subuerteret: ingressi sunt ad senẽ: & quasi ad prælũ, pficiscẽ
tes posuerunt eũ i litore. Qui cũ tria signa pinxisset i sabulo: manusq; cõtra tenderet: incredibile
dictu est in quantã altitudinẽ intumescens mare ante eum steterit: ac diu fremẽs: & quasi ad obi-
cem indignans: paulatim in semetipsum relapsum est. Hoc Epidaurus & oms̃ illa regio vsq; ho
die prædicat. Matresq; docent liberos suos ad memoriã in posteros trãsmittendã. Vere illudq d'
ad apl̃os dictũ est: Si crediderítis: dicetis huic mõti: transi i mare: & fiet: etiã iuxta litterã impleri
põt. Si tm̃ quis habuerit apostoloꝝ fidẽ: & talẽ qualẽ illis habendã dns impauit. Q uid enĩ inter-

Mat. 17

est, vtrũ mons descendat in mare: an in imensi vndarũ mõtes repẽtè obriguerint: & ante senis tm pedes saxei ex alia parte mollitèr fluxerint? Capᵉ. xxxv.

Irabat oĩs ciuitas: & magnitudo signi Salonis quoq; ꝓcrebruerat. Q d' itelligẽs senex: ĩ
m breui lẽbo clã nocte fugit: & inuẽta post biduũ oneraria naui perrexit Cyprũ. Cũq; iter Maleas & Cytherã pyratæ derelicta classe ĩ litore: quæ nõ antẽna, sed cõto regit: duobus aut paruis myoparonibus occurrissẽt: & denuo hincinde fluctus occurrerẽt: remiges oẽs qui in naue erãt trepidare: flere: discurrere: ꝓparare cõtos: & q̃si nõ sufficeret vnus nũcius: certati seni pyratas adesse dicebãt. Q uos ille, ꝓcul ituẽs subrisit: Et cõuersus ad discipulos dixit: Modice inquit fidei q̃re trepidatis? Nũquid plures sunt hi q̃ Pharaõis exercitus? tñ oẽs deo volẽte submersi sunt. Loq̃bat hic: & nihilominus spumãtibus rostris hostiles carinæ imminebant: iactu tm lapidis medio. Stetit ergo ĩ ora nauis: & porrecta cõtra veniẽtes manu: hucusq; ait venisse sufficiat. O mira rerꝫ fides: statim resiluere nauiculæ: & impellentibus cõtra remis: ad puppim ĩpetus redit. Mirabant pyratæ post tergũ se redire volentes: totoq; corporis nixu: vt ad nauigiũ perueni rent: velocius multo q̃ venerant: ad litus ferebant. Capᵉ. xxxvi.

Retermitto cætera: ne videar in narratione signorũ volumen extendere. Hoc solũ, dicã:
p ꝙ inter cycladas nauigans: hincinde clamantiũ de vrbibus & vicis: & ad litora concurrẽtiũ immundorũ spirituũ voces audiebat. Ingressus ergo Paphũ vrbẽ Cypri nobilem carmĩbus poetarꝫ: quæ frequẽter terræmotu lapsa: nũc ruinarꝫ tantũ vestigĩjs quid olim fuerit ostẽdit. In secundo ab vrbe miliario habitabat ignobilis gaudensq; ꝙ paucis diebus quiete viueret. Verũ nõ plus q̃ vigĩti trãsiere dies: cũ per oẽm illã insulã quicũq; imũdos habebãt spũs: clamare cœperunt: venisse Hilarionẽ seruũ Xp̃i: & ad eũ se debere, ꝓperare. Hoc Salamĩa: hoc Cyprum: hoc Iapytha. & vrbes reliquæ cõclamabãt: plærisq; asserẽtibus scire se quidẽ Hilarionẽ: & vere illũ esse famulũ dei: sed vbi esset ignorare. Intra triginta igit̃ nec multo amplius dies: ducenti ferme: tã viri q̃ mulieres: ad eũ cõgregati sunt. Q uos cũ vidisset: dolens ꝙ se nõ paterent̃ quiescere & quodãmodo ĩ vltionẽ sui sæuiẽs: tanta eos instantia flagellauit: vt quidã statim: alĩ post biduum triduumue: oẽs vero intra vnam hebdomadã curarent̃. Capᵉ. xxxvĩj.

Anens itaq; ibi biẽnio: & semp de fuga cogitãs: Hesitiũ ad se veris tẽpore reuersurũ Pa-
m læstinã ad salutationẽ fratrum: & monasterĩj sui cineres visendos misit. Qui cum reuertisset: cupienti rursum ad ægyptũ nauigare: hoc est ad ea Icoa quæ vocant̃ Bucolia: eo ꝙ nullus ibi christianorꝫ esset: sed barbara & ferox natio: suasit vt ĩ ipsa magis insula ad secretiorẽ locũ cõscenderet. Quæ cũ diu lustrans oĩa repperisset: perduxit eũ. xĩj. milibus a mari: procul inter secretos asperosq; mõtes: & quo vix reptãdo manibus genubusq; posset ascẽdi. Q ui introgressus: cõtẽplatus quidẽ est terribilẽ valde & remotũ locũ: arboribusq; hĩcinde circũdatũ: habẽtẽ etiã aq̃s de supcilio collis irriguas: & hortulũ pamœnũ: & pomaria plĩma: quorũ fructũ nunq̃ ĩ cibo sumpsit, sed antiqssimi iuxta tẽpli ruinã: ex quo (vt ipse referebat: & eius discipuli testabãtur) tã innumerabiliũ per noctẽ & diẽ dæmonũ voces resonabãt: vt exercitũ crederes. Q uo ille valde delectatus: ꝙ. s. tãtos agonistas hr̃et ĩ pximo: habitauit ibi p annos. v. & sæpe inuisente se Hesitio ĩ hoc extremo iã vitæ suæ tpe refocillatus est: ꝙ, ppter asperitatẽ difficultatẽq; loci & vmbrarũ vt ferebat̃ vulgo multitudinẽ: aut nullus: aut rarus ad se vel posset vel auderet ascendere. Quadã autẽ die egressus hortulũ: vidit hoiem toto corpe paralyticũ iacentẽ añ fores. Interrogauitq; Hesitiũ quisnã esset: vel quõ fuisset adductus. Q ui rñdens ait: ꝓcuratorẽ se fuisse villulæ: ad cuius cõfinia hortulus quoq; ĩ quo ipsi erant: pertineret. Et ille cũ lachrymis tendẽs ad iacentẽ manũ. Tibi inquit dico in noĩe dñi nostri Iesu christi surge & ambula. Mira velocitas. Adhuc verba in ore loquentis voluebant̃: & iam mẽbra solidata ad standũ hoiem surrigebant. Q uod postq̃ auditũ est: etiã difficultatẽ loci: & iter inuiũ plurimorꝫ vicit necessitas Nihil per circuitum cunctis villis obseruantibus q̃ ne quo mõ laberet̃ (dissemĩnauerat enĩ hoc de eo rumor diu eum ĩ eodem loco manere nõ posse) quod ille non leuitate quadã aut puerili sensu victus faciebat: sed honorem fugiens & importunitatem. Semper enĩ silentiũ & vitam ignobilem desiderabat.

Capitulum xxxviĩj.

Gitur octogesimo ætatis suæ anno cũ absens esset Hesitius: quasi in testamenti vice bre-
i uem manu propria scripsit epistolã: omnes diuitias suas ei derelinquens Euangelium. s. & tunicã sacceã: cucullã & palleolũ. Nã ministẽr eius ante paucos dies obierat. Venerũt Itaq; ad ægrotantem de Papho multi religiosi viri: & maxime ꝙ eũ dixisse audierant: iã se ad dominũ migraturꝫ: & de corporis vinculis liberandũ. Sed & Constantia quædã sancta fœmina: cuius generũ & filiã de morte liberauerat vnctõe olei. quos oẽs adiurauit: vt ne puncto quidẽ ho-

ræ post mortem reseruaretur: sed statim cum in eodem hortulo terra operirent sicut vestitus erat in tunica cilicina & cuculla: & sago rustico.

Amq; modicus calor tepebat in corpore: nec præter sensum quicq; viui hominis superat Cap. xxxix.

i & tamen apertis oculis loquebatur: Egredere quid times? egredere anima mea quid du bitas? Septuaginta prope annis seruisti Christo & mortem times? In hæc verba exalaui spiritū. Statimq; terra obrutum ante vrbis sepultum: q̄ mortuum nunciauerunt. Cap. xl.

Vod postq̄ Palæstinæ sanctus vir audiuit Hesitius: perrexit ad Cyprum: & simulans se

q velle habitare in eodem hortulo: vt diligenti custodia suspitionem oculis tolleret: cū in genti vitæ suæ periculo: post decem fere menses corpus eius furatus est. Quod in asina deferens: totis monachor; & oppidorū turbis prosequentibus: in antiquo monasterio condidit illæsa tunica: cuculla & palliolo: & toto corpore quasi adhuc viueret integro: tantisq; fragrante odoribus: vt delibutum vnguentis putaretur. Cap. xli.

On mihi videtur in calce libri tacenda Constantiæ illius sanctissimæ mulieris deuotio:

n quæ perlato ad se nuncio: q; corpusculum Hilarionis Palæstinæ esset: statim exanimata est: veram in seruū dei dilectionem etiam in morte comprobans. Erat enī solita peruigi les in sepulchro eius noctes ducere: & quasi cū præsente ad aduuandas orationes suas sermocio nari. Cernas vsq; hodie miram inter Palæstinos & Cypros contentionem. His corpus Hilario nis: illis spiritum se habere certantibus. Et tamen in vtrisq; locis magna quotidie signa fiunt: sed magis in hortulo Cypri: forsitan quia plus illum locum dilexerit. Auxiliante domino Iesu chri sto: qui viuit & regnat in sæcula sæculorum.

Epistola beati Hieronymi p̄sbyteri de vita captiui monachi. EPI. XLIII.

A Vi nauali prælio dimicaturi sunt: ante in portu & in tranquillo mari flectunt guberna

q cula: remos trahunt: ferreas manus & vncos præparant: dispositūq; per tabulata mili tem: pendente gradu & labente vestigio stare firmiter consuescunt: vt quod in simula cro pugnæ didicerint: in vero certamine nō perhorrescant. Ita & ego qui diu tacui (Si lere quippe me fecit mens: cui sermo suppliciū ē) prius exerceri cupio i paruo opere: & veluti q̄n dā rubiginē linguæ abstergere: vt venire possim ad latiorē historiam. Scribere enī disposui (si tñ vitā dñs dederit: & si vitupatores mei saltē fugientē me & clausum p̄sequi desierint) ab aduentu saluatoris vsq; ad nostrā ætatē. i. ab apostolis vsq; ad nostri tp̄is fœcē: quō & per quos X̄pi eccle sia nata sit: & adulta persecutionibus creuerit: martyribus coronata sit. Et postq̄ ad x̄pianos prī cipes venerit potētia: quēadmodū diuitijs maior: sed virtutibus minor facta sit. Verum hæc alʒ: Nunc quod imminet explicemus. Maronias triginta ferme milibus ab Antiochia vrbe Syriæ: haud grandis ad orientē distat viculus. Hic post multos vel dños vel patronos: dū ego adolescē tulus morarer in Syria: ad pape Euagrij necessarij mei possessionē deuolutus est: quē iccirco nūc nominaui: vt ostenderē vnde nossem quod scripturus sum. Erat illic quidā senex noīe Malchus (quē nos latine regē possumus dicere) Syrus natione & lingua: & reuera eiusdem loci indigena Anus quoq; i eius cōtubernio valde decrepita: & iā morti p̄xima videbaī: tā studiose ambo reli giosi: & sic ecclesiæ limen terētes: vt Zachariā & Helisabeth de euāgelio crederes: nisi q; Iohan nes i medio nō erat. De his cū curiose ab accolis quærerē quæ nā esset eor; copula: matrimonij: sanguis: an spūs. Oēs voce cōsona sanctos & deo placitos: & mira nescio qua respōdebāt cupi ditate illectos. Adorsus sum hoiem: & curiosius scisitans rer; fidē: hoc ab eo accepi Ego inquit Minate Maroniaci agelli colonus: sed solus parētibus fui Q ui cū me quasi stirpē generis sui: & hæredē familiæ suæ ad nuptias cogerēt: monachū potius me velle esse rndi. Quātis pater minis quātis mater blanditijs persecuti sunt: vt pudicitiā perderē: hæc res sola indicio ē: q; & domū & parentes fugi. Et quia ad orientē ire nō poterā, ppter vicinā Persidē: & Romanor; militū custo diā: ad occidentē verti pedes: pauxillulū nescio quid portās viatici: quod me ab inopia defensa ret. Q uid multa? Peruēni vicinā tandē ad eremū Calchidos: quæ inter Imas & Essā magis ad au strū sita ē. Ibi repertis monachis: eor; me magisterio tradidi: manuū labore victū quæritās: lasci uiāq; carnis: refrenās ieiunijs. Post multos incidit mihi cogitatio: vt ad patriā pergerē. Et dū ad huc viueret mater (Iā enī patrē mortuū audierā) solarer viduitatē eius. Et exinde venundata pos sessiuncula: partē erogarē pauperibus: & ex parte monasteriū cōstruerē (Q uid erubesco cōfite

B ri infidelitatē meā) & partē i sumptuū meor; solatia reseruarē. Clamare cœpit abbas meus dia boli esse tētationē: & sub honestæ rei occasiōe latere antiqui hostis insidias. Hoc esse iter; reuer ti canē ad vomitū suū. Sic multos monachor; eē deceptos: nusq; diabolū apta frōte sepdere. Pro ponebat mihi exēpla de scripturis plurima. Inter quæ illud ab initio q; Adā quoq; & Euā spe di

R bra cōcutiat: quod aīm pbet: quasi occasiōe muneris arripiamus amplexu virtutis. Ita debet esse animi ī nobis virtus: atcp mētis icōcussæ robur inuictū: vt ē petra ī mari: quā iter fluctus natura fundauit: quæ vndarū tumētiū collisiōe frequēti vapulat nec mouet. Itacp vbi hominē aduersa ī prælīū puocāt: & ī certamen calamitas vrget & cogit: animus fœlix virtutis clypeū pducat amarū: præstetcp inter pericula tutū & securū: inter infœlicia ostēdat fœlicē: inter angores exhibeat lætū: inter morbidas ægritudines sanū: efficiatcp sustinētiæ iaculo victa calamitate victorē. Superat enī morbus in corpe: si discat animus sustinere. Et ideo vbi corpus iacet infirmū: in recessibus maior alēda est virtus: parandūcp quod nec lassitudo decutiat: aut ætas inclinet. Tene igit frtene fidei robur inuictū: tene munimē īmobile xp̄ianū: supernī vigoris firmitate fundatū. Int lāguētia mēbra satiscp rigātia incolumē validūcp gere fidei aīæcp scutū: & pigrū vinces morbū pnitiosumcp languorē. Arietātibus malis obicibus occurre virtutis: vince dū vapulas. Sic enī potentia xp̄iana alit incōmodis: malis mouet aduersis. Militiæ conuenit christianæ excuti calamitatibus & probari. Ipsius ē sub infœlicitatibus & angustijs fœliciter ampliari: sub pressuris adolescere: & pressuras pubescēdo calcare. Ipsius ē exercitationibus crebris ppriū nutrire munimē & cum periculis habere certamen. Ipsius est ad portū perpetuæ fœlicitatis per furentia mūdi discrimina nauigare: & sub ictibus disciplinæ medicinalis potēter ipsa necessitate regnare. Nostrū est inquā calamitatis exercitio ī gloriæ fastigiū sublimari: & malis premētibus ī bona præmia pmoueri. Apud nos infirmitas vel quælibet pressura argumentū est potentiæ: & mater pro certo palmatæ virtutis: Sicuti beatissimus apostolus Paulus inter varios ictus: diuersacp verbera & impetus pcellosos ī morborū prælio cōstitutus: vt cœlestis armiger ī infirmitatibus potēs gloriat: & dicit: Libenter itacp magis gl'iabor ī infirmitatibus: vt inhabitet ī me virtus Xp̄i. Propter qd libet mihi gloriari ī infirmitatibus: in contumelijs: ī necessitatibus: in persecutionibus: in angustijs ppter Xp̄m. Cū enī infirmor: tunc potens sum. Et iterū: Quotiēs inquit īfirmor: tūc verius pbor: & placeo mihi ī infirmitatibus meis. Et iterū cū a se stimulū carnis rogaret auferri: didicit ī infirmitate virtutē posse nutriri. Datus ē inquit mihi stimulus carnis: angelus sathanæ q me colaphiçet: vt nō extollar. Propter quod ter dominū rogaui vt discederet a me. Et dixit mihi: Sufficit tibi gr̄a mea. Nā virtus ī infirmitate perficit. Nunqd igit virtus documentis erudit molliori-
2. Cor. 12
bus: Cū perierint maximarū exemplā virtutū: nauigiū nostrū agitatōibus gaudet. Cū ī turbinibus erigit: cū insanis fluctibus verberat: cū hoc iter aduersis emergētibus confragosum nō pa-
2. Cor. 12
cit: in assiduum certamen deuotam lacessendo virtutē. Secus enī apud dominū haud possumus esse fœlices: nisi contigerit infœlicitatibus & terreno squallore purgari. Ille porro iudicandus ē miser & æger: qui voluptatibus marcidus per illecebras volutatur & iacet. Ille se nouerit infœlicem: qui vagatur inter oblectamenta vitiorū eneruata fœlicitate confossus. Miser & infœlix est qui non fuerit in fœlicitate tentatus. Caret enim munere qui caret & certamine. Qui tela formidauit aduersi certaminis: nunq meruit nomen fortiri victoris. Proculdubio iacētis est animi formidolosa timere: humilis & inertis ē tuta sectari. Imperfectū ac languendū bonū est in ociū sine certamīe piecta virtus. Iacet enī vigor eneruatus ac debilis: iacet animus æger: iacet cādor obscurus: & iō a fortissimo milite sp̄ī acie stādū ē: & quærēda occasio q virtus enitescat excussa. Amatori enī pliorē ornamēta sūt vulnera. Ergo ad cōtēnēdos labores: & ad virtutis noticiā expimēti opus ē vsu: eligēdarū. s. viriū nutritore. Solidū enī corpus ē: molescp robusta mēbrorē: quā frequēs vsus agitauerit. Agricolis denicp frequēti ope lacertosæ sunt vires: tritæ sunt manus: dū inter sentes ac tribulos curuato corpore sudoribus quærit fructus: Ars nautica: cuius nauigiū sæpe pcella contorsit: dū inter picula tendit in portū: didicit fluctus trāsmittere: & cū tēpestate pugnare. Ad excutienda tela laceratus exercitus valet & victorias iter vulnera q̄rit: regi pprio placiturus. Agilia sunt mēbra cursoribus: & hos vsus magister docuit & īstruxit. Quid pluribus? Nemo nō accessione tentationū pfectiores ptes ascendit: & primū victor inuasit. Itacp nos dum

primū exigua ſuſtinemus & mediocria: neceſſe eſt vt ampliora vel maxima ferre perdiſcamus. Noſtræ enī militiæ ſpecimen eſt lucidū p ardua cōponere gradū: per dura vectari: & miſeriarū duram duris viribus perferre cenſurā. Ad cœlū nobis p aſpera: p anguſta: per duros anfractus & loca ſita ē via: quā viā nō tenuit qui tētari noluit. Ad cœlū deus fortiſſimū militē vocat: quem comitātibus glorijs preſſure deducūt: præmiaq victorē ſuſcipiūt regnatur. Nūquid nobis īterea aliquid īponit abruptū quod excedat librati pōderis q̄litatē? Nūquid īgerit quod exceſſu trā ſcēdat idoneitatē noſtræ virtutis? Fideliſſimus moderator ſarcinā p viribus iubet imponi. Hoc
1. Coř. 10 Paulus præconiū teſtat & probat: Fidelis inquit deus: qui nō vos patiet tētari ſupra id quod poteſtis ſufferre. Ita nos a dño agi: regiq credamus. A præceptoribus ludoq regunt diſcipli: eis plu T
rimū laborē ingerūt & imponūt: quos viderint ſollertibus ingenijs cæteris eminere: & nos aīali bus dño nro ſubiectis onus pro qualitate viriū tēperamus. Imponimus fortioribus fortia: & exilibus pua: q̄bus vſus nutritor ille virtutis ī iuuētutis maximū robur erigat & promoueat vires. Hoc mō nra rudimēta leuibus verberant: vt exinde grauioribus ex amore. ſ. diuiæ virtutis vſitatas præparet vires. Quæ rō: q̄uis diuis redundet pluribus documētis: tñ aliquo & de mundanis vtamur exemplo. Nō enī nocet alienis vti ea parte qua nra ſunt. Nunquid tu inuiſos eſſe Lacedæmonijs liberos, pprios opinaris? quorū indoles & artus teneros adhuc. ſ. laboris ignaros experiunt: & admotis verberibus publicis ipſa illos pīna pietas adhortat: vt ictus flagelloq fortiē ferāt: & laceratos & ſemianimes depræcant & rogāt: vt pſeuerēt vulnera præbere vulneribus. Quid miq? ſi te deus & generoſos liberos, ppriāq familiā ob nitorē alēdæ virtutis dure tētari p
mittat regna perpetua victoribus collaturus? qui ſic laboris præcia cōtrā quæcūq mala pollicet
Mat. 10. & dicit: Q ui perſeuerauerit vſq in finē hic ſaluus erit. Et iterū: Venite ad me oēs qui laboratis:
Mat. 11. & onerati eſtis: & ego vobis requiē dabo. Exitiū tpis peritūri æternitatis ē præciū. Deuotio tribulatōis reddet ſempiternis fructibus fœcūdata: Apud nos fœcūda captiuitate regnū quæritur
2. Coř. 12 ſecuritas periculi emit: ſudoribus requies compat. Nā virtus (inquit apls) in infirmitate perficit Cōmodius ē profecto affectibus lāguidis carnaliter agitari: q̄ ſanis artubus ſupplicio cæco conſcientiā portare vexatā. Plæriq enī peccatis ægrotāt ex ipſa inanitate mēbrorū. Dū enī ab infirmitatibus vacāt: morbida laxitate fluat neceſſe ē corpus: atq letali morbo ſoluat: hominēq per vitia ac ſiluas errorū nequiter ſanū præcipitē ducat. Liberos tu iudicas: aut a morbis alienis: q̄s voluptates barbaræ deuinxerunt. Nō habēt cathenā: ſed eos luxuria ferali mordacitate ī vinculis tenet. Ita inciderūt in laqueos feraliū voluptatū: ſicut aues aucupali fraude captiuæ: quæ quo magis conant euadere: eo innumeris ſe nexibus illigāt: & in profundiores ſinus demergūt. Profecto illi ſani ſunt: quos morbus inuoluit: atq iactat inſanus. Incolumis vero eſt: quem quolibet
Apo. 3. verbere corrigit deus: qui ſe hoīs amatorē caſtigando teſtat. Quos diligo (inquit dñs) redarguo & caſtigo. Et ideo ſe ſanum nō iudicet: qui aut morbis aut ſordibus caret: nec infirmitatis remedio confouet. Illi vero ſunt miſeri: qui nimiæ fœlicitatis inerti trāquillitate torpeſcūt: quibus fu
cata ſanitas vt fallat & decipiat: adulat. Q uos videlicet æterna tenuit ægritudo: æterno tortore totū hoiem poſtmodū vexatura. His tantæ ſunt viæ: quantæ ſuccurrerint voluptates. His iter ē: quod comes libido periculis dictauerit peritura. Arrepti enī anfractibus vitioq trahentiū vario lapſu rotant ī interitū miſeri in certiſſimā viā non redituri: in exteriora tendūt animū: more quorum nunq regreſſus eſt in pprio fonte. Siquidē hanc vitā cui finis eſt comes: vt ipſi opinant: proſperis curſibus ducunt: ſed gradus ī vltimis male oīno finit: & dure in nouiſſimo ſtat. Et quid prodeſt per diſcrimina cucurriſſe: ſi poſt curſū contigerit interire. Fruſtra deniq nauis per ſupbū pelagus & inſanū amicis fluctibus cōmoda proſperitate cucurrit in portū: ſi cū naufragio p
uenit: & perituram portus accipit. Commodius igitur eſt cuiuſlibet ducatu preſſuræ ad portum
ps. 118. nauigio peruenire: q̄ nauigio morbidæ laxitatis peracto curſu in pœnas exire Sæpe itaq potior
1. Coř. 11 eſt paupertas opibus: deformitas forma: contumelia laudibus: ſeruitus poteſtate: ībecillitas viribus: libertate captiuitas: humilitas dignitate. Dauid illuſtris, ppheta huiuſmodi carmē expreſſit: Bonū ē inquit mihi dñe quia humiliaſti me: vt cognoſcā iuſtificatōes tuas. Ergo melius ē ſupernæ diſciplinæ iudicio humiliari: q̄ cū mūdo damnari: dicēte apło Cū iudicamur a domīo corripimur: ne cū hoc mūdo damnemur. Ergo quod ex amore dñi noſtris vtilitatibus prærogat: ſine murmure ſufferamus. Impendit vt a medico remediū: a dño diſciplina. Artis eſt mediciæ aliquotiens ignibus & ferro curare. Q uid mirū ſi dñs noſtrarū medicus animarū turbinibus excutiat: morbis examinet: calamitatibus purget? Fortitudinis ē noſtræ quaſi per ignes & flāmas vaſorum more purgari: Q uod ſcriptura teſtatur & probat. Vaſa īquit figuli probat fornax: & ho
Eccī. 27. mines iuſtos tentatio tribulationis. Et alibi inquit: Aurū & argentū & ferrū & plumbū: & omne

quod per ignē transierit emundabitur. Nunquid vasa dicunt figulo: cur nos arbitrio flāmarū examināas: & incendijs torquentibus vris & probas? quæ nisi arbiter ignis iudicio suo aptissima pnunciauerit: in vsu esse nō possunt. Nos quoq; nisi tētationū purgauerit iudiciū: vel examē nostrorū figulo mēbrorū inutiles inueniunt: qui nos vrit vt curet: tentat vt liberet: vexat vt saluet: Nihil enī tā inquinatū: tā sordidū: quod nō a vitijs purgationibus expiet. Sæpe denicq; vidimus sordidatos impropērio venisse in candorē: ferrūcq; situ obductū in antiquā faciem splendescere. Vidimus aurū argentumcq; disciplina flāmæ purgari: & arbores truncatas cultu lætissimo reuiuiscere: amœnisq; virgultis ornari. Vidimus infœcunditatē sterilia reuocari: & exhausto stipite exire radicē: & frugē maximā comitari. Ita q̄q; ī nobis quod forte peccatis præminētibus æstua
X bat: quicquid macula squallentis vetustatis obstabat: hoc ægritudinis luce exclusum est: ideo te sanū frater medica reddit ægritudo mēbrorū. Sola in te materia carnis indiget viriū sanitatis: ac ne te forte vexaret: vtili modo vexat & morbo. Hæc est quā ī omnibus percutit canicula senectutis: & sicut fenū aresćit florē propriū perditura: sicut scriptū est: Omnis caro fœnū: & ois clarítas eius vt flos fœni. Aruit fœnū & cecidit flos: verbū aūt dñi manet ī æternū. Aequanimiter igitur perferamus: si corpus sicut fœnū legimus casuris floribus periturū: lædētibus malis iactetur ex hausturū. Cuius sanitas animæ morbū consueuit inferre: & contra cōmoda spūalia ferales ac barbaras elicere voluptates. Sæpe denicq; caro milites castitatis effrenata distinxit. Pro nobis est igitur si longis flagellis & mordacibus castigemur: cuius tamen castitate impugnamur. Amamus carnē stolidi: haud dolemus aīæ carcerē & sepulturā. Thesaurūq; itacq; ipsius carnis fragilitate cōtempta: quod acciderit deuotionis amplexibus rapiamus. Meticulosum est enī xp̄ianū militē velle lætantiū modo in tranquillo consistere. Deiectæ mentis est turbinē formidare: contrariū vero interno cōtraria trepidare. Infœlicitatis ē aduersa nescire. Fœlicitatis est cū aduersis nosse cōgredi & scire pugnare. Nā cū omnes ictus (vt iā diximus) quibus quatimur diuino gignant ex munere: exterū se nouerit ab amore dei: qui nescit tentationibus vectitari: cum legalis tuba multiplici carmine auditui nostro inculcet & dicat. Tentat inquit dñs noster vos: vt sciat si diligitis eum ex toto corde vestro: & ex tota anima vestra. Et alibi: Fili īquit ne neglexeris disciplinam dei: & ne defeceris ab eo correptus. Quem enī diligit deus corripit. Et iterum: Correptionē inquit omni noli contemnere: Ipse enī dat dolorem: & ipse refrigeria. Percutit: & manus eius sanitatē prestant. Sed forsitan dicis. INFIR. Vtinā & cæteris: sub spe sanitatis daretur per interualla tentari. Vtinā sospitatem inter capedinis qualiscunq; successus liceret paululū degustare. Quid hoc est: vt morbus in mēbris ita versetur: & degat inclusus tvt excluserit sanitatē nō restituram? Vt pnitiosus comes vsq; ad terminū vitæ concussa mēbra deducat: deducatur quoq; ipse morte cum mēbris excludendus? Quid ē hoc: vt sanitatis censu p omē spatiū vitæ frustrati sint artus? indu cto frigore venarū calidus vigor euanuit in algorē. Incessus quos natura dederat: torpor īclusus excluśit. Non denicq; ad exercitū tabidi corporis iter: vel paululū degustatur. Nō genua solitas flectunt in præces. Digitorū impar ordo iterno stupore turbatus arcet solita contrectare. Quid pluribus? Omne officiū corporis stationibus quondā solitū neruorū adesse sic alget inclusum. Prohdolor solus sic debui castigare. Solus tā pernitiosis ictibus subiacere: & diuturnis malis inuoluī. HIERO. Quæso te frater: vt hæc murmura patiētiæ frenis arceas: & silentio queruloſas
Y voces includas: cū te solamen pphetic̄ sic alloquat & dicat: Cōiungere inquit deo & sustine: vt crescat in nouissimo vita tua. Omne quod tibi applicitū fuerit accipe: & in dolore sustine: & ī humilitate tua patientiā habe: quoniā igne pbat aurū & argentū. Hoies vero receptibiles ī camino humiliatōis. Cū legalia iura atq; carmina recēseo pphetarū: auctoritatis quoq; mundanæ egregias sententias concipit auditus (nisi fallor) diuinæ legis furtiuas: quæ necesse est præceptis legalibus inferantur. Nō enī nocet alienis vti ea parte quæ nostra sunt: Hæc prima scientia est. Aurū inquit probat ignis: & miseria bonos viros. Et alibi: Nihil inquit eo videt īfœlicius: cui nihil vnq; euenit aduersi. Nō licuit illi se expiri: vbi oīa illi ex voto fluxerunt. Et alibi: Miserū inqt te iudico: q nō fuisti miser: trāsisti sine aduersario vitā. Nemo sciet quid potueris: nec tu quidē. Opus est enī ad noticiā sui experimēto. Quid quisq; possit: nisi tētatus nō didicit. Et alis Diu enī eē fœlicē: & sine morbo animi transire vitā: ignorare est rerū naturæ alterā partē. Ego miserias emergentes quibus ignota discunt & fœlicitas nascit: virtus quoq; excussa purgat: fœlici aīo perseramus: siue quia pati nos oportebat: siue quia captiui iā detinemur. Auro nisi addiderit flamma fulgorē vilitatē patit purgamētis obscurū. Ita qui nō fuerit miseriarū tentamētis excussus: iacet partiū fœlicitatis: ac suæ virtutis ignarus. Merito Salomō hac voce testat: Qui tētatus ī aliquo nō est: nescit qualis sit. Benedic ergo dñm tpe tribulatiōis: quē laudasti tpe sanitatis. Vtere car-

ps.33. mibus vocis pphetícæ: Benedicã inquit dñm in omni tpe: semper laus eius in ore meo. Vox illa quoq; maximi Salomonis ex te constãti præconio depromat: qua defectæ vires ingẽti nutrimẽto lactant: & in nouella talia reparatæ consurgũt. Si bona suscepimus de manu dñi, quare autem mala nõ sustineamus? Dñs dedit: dñs recepit: vt dño visũ est: ita factũ est: sit nomẽ dñi benedictũ. Aduersũ igit satisq; cõtrariũ est: pbatõis tẽpe in dñm murmurare: qui aut vitæ nostræ pestiferã laudẽ erũnæ iactatõe vexat vt liberet: aut iustícia ventilat vt coronet: ac vexatõe mẽbrorũ: aut delictũ vapulat: aut iustícia probat vt vincat. Nãq; vt ad solamen passionũ tuarũ probatõis anti quæ palmæ tuum meritũ reuoluamus: iustissimis vtamur exemplis. Q̃q̃ notũ sit personarũ merita longis gradibus discrepare: nõ est iniquũ: si homis christiani certamen victrícis iustíciæ cõgressionibus comparemus. Mediocria sunt quæ videris in hoc mundo perferre: si recẽsueris qd Iob familiaris dñi quiuerit, pmittente dño sustinere. Tẽperauit deus vt cõgrueret atq; cõpeteret viribus tuis. Primo ne potes qui imparis es iustíciæ títulus eẽ succedẽtibus æqualis? Minus autẽ viro iusto quateris: sed grauius a cæteris vulneraris. Illius sunt magna: sed nec minora sũt tua. Nãq; ipse magnus es qui sequeris magnũ. Vnus hic fuit Iob patriarcha maiestatis cultor iuictus æqualitatis censibus opulentus & diues: cuius illustriũ meritorũ præco extitit dñs: cum inimicæ factionis instrumenta feralia laudis præconio præueniret. Animaduertisti puerũ meũ Iob: quia non est ei símilis quisq; in terris: homo sine querela: verus dei cultor: abstínens se ab omni opere malo: & permanens in innocentía sua: & ĩ simplicitate cordis. Igitur cum ex diuino permissu hostilibus iaculis quateretur: eũq; frequens latronis insinuatio truculẽta pulsaret: emergẽtes ictus patientiæ clypeo debellauit: malorũq; ingruentiũ siluã feralẽ sagittis atq; crucibus plenã: obícibus iustíciæ robustus occurrit. Ille inimico turbine ademptis opibus nõ sentit aliquod damnũ: qui lucrũ in damnis inuenit: qui dominũ pectoris sinibus portabat inclusum. Ille cũ ædificiũ cõcussis angulis vis repentina torqueret: in lapsum liberis subductis orbatur: & fide stabilis & immobilis perdurabat. Cuius & innoxia mẽbra atq; dño plena: cũ bestiarũ legionibus germinarẽt & plagatũ infestis ictibus corpus: & vermiũ globus p cuniculos cõfossæ carnis pernitiosus erraret: intra vulnera iustus incolumis militabat. Et quẽ pestilentibus plagis rabies infesta carpebat: hostiles turbines tranquillitate mentis vt cederent perferebat. Iustus vapulando vícit: inímicus cædendo defecit. Huic suorum negatur seruitiũ famulorũ: circa te tui funguntur seruilibus ministrorum. Te amici frequenti accessu consolant & dolent: vt si natura permitteret: hoc onus tecũ portarent. Vna est frater: vna est animi virtus: quæ nos ex huius vitæ turbinibus: quasi de pelago eruens in portũ tranquillitatis inducat. En dies pronis lapsibus accelerat in occasũ. Ecce mũdus immundis sordibus senectutis rotatur in lapsũ. Ecce nos suffragio mortis victores suscípit cœlũ: Cuncta nobis euadentibus pereunt: & occasu iã finítimo non reditura sorbentur. Apud nos post perditũ mundũ: post corporis mortẽ sanata sunt omnía. Lætabimur incolumitate membrorũ: vbi vita nullo morbo vexabit. Ideo ĩ te frater officia corporis ĩpedita præstantissimus animus illustri ducatu ita gubernet & regat: vt hæc calamitas corporis: sit occasio votiua virtutis. Non enĩ est arbor solida nec robusta: nisi quæ assidui turbinis incursione stípitibus cõcussis huc atq; illuc inclinata tentatur: in qua sæpe ventorũ turbinũ flamen incurrat. Ipsis enĩ vexatiõibus constringit: premitur: fissisq; radicibus citius roborat. Ita nos mordacibus flagellis malorũ frequentiũ munimur extensi: corrigimur verberati: constringimur cæsi: caremus squalloribus: dũ longis casibus ventilamur. Ergo inter erubescẽtes: ĩmanibusq; miseriis affectos artus regnet cœlesti vigore robusta atq; incolumis virtus: qua ferant contraría: & illa cõmoda quæ vocant aduersa. Inter ipsas angustias sapiens adminículo solaminis pari lætatur & pubescit: & ambitiosa ratione ampliatur & viuit. Ignorat denicq; quæ patitur: qui memor est inuictæ virtutis: qui ducatu rationis plærosq; comperit fuisse malis oppressos: & malo suo magistra ratiõe auctos atq; nutritos. Ergo tibi patent solatia rationis: vt iã pro cõmodis habeatur calamitas corporis: quecq; iacet totius corporis massa captiua. Sed veniet te incolumẽ reddítura: quæq; tota in te mẽbra sunt occupata. Sed lingua in laudes dñi quotidiano nutriatur argumento: copiã laudis in regnis cœlestibus narratura. Dominus te medicina cœlesti confoueat: & sub tali pondere inflexibili virtute durare permittat.

Beati Hieronymi pbyteri epistola hortatoria de pferendis obprobriis: quæ ĩ quibusdã exemplaribus ad Oceanũ inscribit: qua docet testimonio scripturarũ beatos esse qui variis tẽtationibus cõprobant. illos infœlices qui humanã laudẽ aucupant: sed multo ifœlíciores qui iustos viros sæculũ contemnẽtes irrident illos cõsideratione saluatoris: qui p nobis tãta sustinuit: ad tolerantiã passionũ ac detractionũ inuitans.

EPISTOLA LXIII.

Iuersorũ obprobria tribulationes multiplices quibusdã insidiantibus te sustinere co
A d gnoui. Cuius rei causa non tantũ si hæc refellas doleo: quantũ gratulor si libenter ex-
cipias. In hoc enĩ nobis Christi ostenditur fides: timor cernitur: & manifestatur mors
si obprobriis & tentationibus pro suo nos gratanter subiugemus noie. Et hoc nobis
nõ contrariũ debet esse: sed gratũ: pro eo vel parua perpeti: qui maiora pro nostra salute perpes
sus est: præsertim cũ sciamus regnũ cœlorũ nõ sine variis tentationibus adipisci: vt scriptum est
Oportet nos per multas tribulationes introire in regnũ dei. Si ergo per multas tribulatões cœle
stis quibusdã regni aditus aperit: illis vtiq; claudit qui nolunt sustinere vel pauca. Oportet ergo
nos diuersa tentationũ genera & tribulationũ æquo aĩo perpeti: per quæ nobis cœlestis ianua p
mittit aperiri. Beatus apostolus Iacobus nos hortat & docet: quales in tribulationibus esse debe
amus: cũ dicit: Omne gaudiũ existimate fratres mei: cũ in tentationes varias inciderit-
tis præposterũ & contrariũ est nos in huiusmodi rebus mœstitia aliqua fatigari: in quibus gau- Vbi sup
diũ potius iubemur habere q̃ luctũ. Et alibi idẽ apostolus dicit: Beatus vir qui permanet in ten-
tationibus: qm̃ cũ probatus fuerit: accipiet coronã vite: quã repromisit deus diligentibus se. Vi-
de ergo quantũ homini tentatio prosit: per quã beatitudinẽ consequit & coronã. Sed illud intel-
ligendũ est cũ ita dicit: qm̃ cũ probatus fuerit: accipiet coronã vite: quã repromisit deus diligen-
tibus se. Illos inquit, pbatos: & ab his deũ diligi: qui ob noĩs eius causã ĩ tentatõe perstiterint: qui
bus merito corona promittit: illos vero reprobos & nullius vitæ præmio dignos: quos nulla ten
tationũ causa vexarit. Quapropter & nos gaudere in tẽtationibus & portare debemus: p q̃s &
probati æternæ vitæ præmio coronemur. Hoc etiã ipse dñs in euãgelio suo declarauit dicẽs: Bea Mat. 5
ti estis cũ vos maledicẽt & persequent: & dicẽt omne malũ aduersũ vos, ppter iusticiã. Gaudete &
exultate: qm̃ merces vestra copiosa ẽ ĩ cœlis. Quis ergo post hmõi vocem tentari se non sinat?
Quis ab homĩbus persequi se iusticiæ causa nõ optet? Quis nõ tribulari vellet? Quis se nõ ma
ledici desideret: vt mereat Xpi voce laudari: & cœlesti copiosaq; mercede munerari Vtinam ob
dñi mei nomen atq; iusticiã cuncta infideliũ turba me persequat & tribulet. Vtinã in obprobriũ
B meũ stolidus hic mundus exurgat tantũ: vt ego merear a Christo laudari: & suæ pollicitationis
sperare mercedẽ. Grata itaq; & desideranda tentatio est: cuius præmiũ sperat a Christo in cœlo
nec maledictio grauis est: quæ diuina laude mutatur. Sustineamus ergo nos paululũ in hac vita
tentari: vt æternam postmodũ possimus pro temporali capere tentatione mercedem. Hominum
quoq; obprobria detractionesq; patienter & leuiter toleremus: vt domini laudibus digni eẽ pos
simus. Nam si humanã laudem quærimus: diuinam amittimus. Quisquis enĩ ab hominibus tã
tum laudatur: culpatur a Christo: sicut scriptum est: Ve vobis diuitibus: qui consolationẽ vestrã Luc. 6.
habetis. Ve vobis qũi saturati estis: quia esurietis. Ve vobis qui ridetis & iocatis nunc: quia lu-
gebitis & flebitis. Ve cum benedixerint vobis omnes homines. Vide ergo q̃ grauis & molesta
sit humana laudatio: cui ita dominus cõminatur. Homines enim animales atq; terreni: non nisi
quæ temporalia & terrena sunt diligunt: & quæ diligunt: hæc laudare videntur. De illis scriptũ
est: Omne animal diligit simile sibi. Et sic omnis homo scd'm genus suum laudat opes: epulas:
& diuitias: & eos qui præciosis & mollibus: gloriantur in vestibus: quæ omnia lex sancta prohi
bet atq; condemnat. Eos vero qui dilectione & timore dñi cogente: abiiciunt hæc omnia: & san
ctos scd'm legis ordinẽ se exhibent: irrident atq; subsannãt: infœlices atq; miseri suorũ malorũ
nimietate cæcati: quibus nõ sufficit q̃, ppria nolunt lugere peccata adhuc insuper eos qui lugere
videntur irrident: & in subsannatione habent: quos debuerãt imitari. Sed veniet tẽpus: vt eor̃ ri
sus vertat in luctũ: quibus nũc noster plãctus ẽ risus: & vt se fuisse diuites lugeãt qui nunc Xpi
pauperibus imprudẽter insultãt. De quibus scriptura dicit: Tũc stabũt iusti ĩ magna cõstãtia ad
uersus eos q̃ se angustiauerũt: & qui abstulerũt labores eorũ. Vidẽtes turbabunt timore horribi
li: & subitatõe insperatæ lucis dicẽt intra se pœnitentiã agentes: & præ angustia spũs gementes:
Hi sunt quos aliquando habuimus in derisum: & in similitudinẽ improperij. Nos insensati vitã
illorum æstimabamus insaniã: & finẽ eor̃ sine honore. Quomõ ergo nunc cõputati sunt inter
filios dei: & inter sanctos sors illorũ est? Ergo nos errauimus a via veritatis: & iusticiæ lumẽ nõ
C luxit nobis: & sol nõ est ortus nobis. Lassati sumus ĩ iniquitatis via & perditõnis: & ambulaui-
mus in solitudines difficiles: viã autẽ dñi ignorauimus. Quid profuit nobis sup̃bia: aut diuitia-
rũ iactatio quid contulit nobis? Transierũt oĩa ista tanq̃ vmbra: O si hæc nũc glorioſi & diuites
lugerent: & qui alios irrident: dũ tempus est & ipsi se flerent: & nõ necesse haberẽt eo tẽpore ge
mere: quo nullus iã gemitus fletusq; proficiet. Cuius temporis iudiciũ beatus apostolus Iacobus
cernitur memorare: dũ diuites vt in præsenti se lugeant: hortat & cõmonet dicẽs Agite nũc diui

tes: plorate vlulãtes ī miſerijs quæ aduenīẽt vobis. Diuitiæ veſtræ putrefactæ ſunt: & veſtimẽta veſtra a tineis comeſta ſunt. Aurũ & argentũ veſtrũ eruginauit: & erugo eorꝝ in teſtimoniũ vobis erit: & manducabit carnes veſtras ſicut ignis. Epulati eſtis: & ī luxurijs nutriſtis corda veſtra in die occiſionis. Sciebat enī ꝙ quiſquis ſi in præſenti tpe fleſſet: in futuro nõ fleret. Hoc & ipſe dñs dicit: Beati qui lugent: qm̃ ipſi cõſolabunt̃. Qui lugẽt inquit hoc tpe: ipſi poſtmodũ cõſolabunt̃ a Xpo. Ridẽtibus vero dicit̃: Ve vobis qui ridetis nũc: quia lugebitis. Sed ne quis putet ꝙ dñs generaliter oĩbus ridẽtibus cõminet̃: cũ alibi dicat ſcriptura: Vir autẽ ſapiens tacitus ridebit. Eſt ergo ſine crimine riſus: & eſt riſus ī crimine. Sapiẽtis riſus nihil in ſe crimis habet. Ille vero indignus ẽ qui ſanctos: & eos qui ſe deo exhibent irridet: de quo dictũ eſſe puto: Qui irridet inopẽ: ad iracundiã̄ puocat eũ qui fecit illũ. Sed quis ẽ iſte inops: cuius ſubſannatiõis cauſa dñs prouocat̃ ad irã̄: niſi ille qui humanas terrenaſq; opes iccirco cõtẽpſit: vt illi placeret pauper: cui difficile opulẽs placere potuiſſet? Merito illis iraſcit̃ dñs: qui ꝓpter ſe pauperẽ factũ irridere non metuunt. Irridebãt enī ſcribæ & phariſæi Xpm: quia diuitias cõtẽpſit: ſicut ſcriptũ eſt: Hæc audientes ſcribæ & phariſæi qui erãt auari: irridebant eũ. Habemus & nos ſcribas: habemus etiam phariſæos: qui nũc diſcipulos Xpi ſpernẽtes diuitias: irridẽt: ſicut illi irriſere dñm ac magiſtrum Sed dicendũ eſt eis: quod tunc tpis dictũ ẽ illis: Vos eſtis qui iuſtificatis vos corã hoĩbus. Quod enī hoĩbus altũ ẽ: abomĩatio ẽ apud deũ. Nõ oportet ergo nos quorũdã riſu & ſubſannatõe terreri: cũ etiã ipm dñm a talibus nõ ignoremus irriſum: ſed exultare potius & gaudere debemus: ſi & nos illa oĩa quæ & dñs noſter añ pertulit: perferamus: recepturi etiã̄ ꝓ ipſa ſubſannatõe mercedẽ. Quia nihil eſt quod nobis pro Xpi noĩe ſine præmio irrogeť. Vide ergo q̃ beati ſint atq; fœlices: quibus etiã incipientiũ riſus proficit ad ſalutẽ. Ita etiã dñs diligẽtes ſe diligit: ita ſe timentes honorat: vt nec irrideri eos gratuito ſinat: quibus & pro ſubſannatõe retribuit vltionẽ. Hæc igitur ſapiens ſanctaq; aĩa vide: ne inſipientiũ & infideliũ fabulis terrearis: quo minus ea quæ ſunt legis facias. Neq; enī de gehennæ ignibus nos hominũ fabulæ poterũt liberare vel riſus: ſed xpi timor atq; iuſticia. Nolo te nec in hac parte confundi: ſi tibi pro Chriſti nomine vel opere a perituris & vanis hominibus derogetur: quibus & interitum fœlicitas præſtat. Sed gaude potius & lætare: ſciens tibi repoſitam etiam pro ipſa derogatione mercedẽ. Nã ſatis iniquũ & impiũ eſt: ſi tu tibi pro eius nomine nec detrahi patiaris: qui propter te tanta perpeſſus eſt. Q; vero graue eſt pro dño nõ ſuſtinere oĩa quæ aduenerint in hac vita: ſiue damna: ſiue derogatões: ſuſpitões: detractões: vel cætera: quãta ille cũ deus & dei filius eſſet: pro tua ſalute obprobria hominũ iniuriaſq; ſuſtinuit? Valde ab eo alienus eſt: qui nec detractiones ſaltẽ ſuſtinere contentus eſt. Nam quomõ eũ amare dicimus: ſi pro eo nihil ſuſtinere parati ſumus? Q; ſi in nobis eſt ipſius vera dilectio: quæcunq; pro eius nomine (q̃uis grauia) irrogentur: exigua cenſemus & dicimus: Parua ſunt iſta quæ patimur: maiora ille pro vita noſtra pertulit. Nihil nobis dignũ pro eius nomine irrogatur. Q; ſi ſententiæ ipſius memores ſumus: intelligimus. Ait enim: Non eſt diſcipulus ſuper magiſtrũ: nec ſeruus ſuper dominũ ſuũ. Si patremfamilias Beelçebub vocauerunt: quanto magis domeſticos eius? Et nos ergo diſcipuli ſi domeſtici Chriſti ſumus: debemus obprobria: detractioneſq; amplecti: ſuſtinere libenter: & æquo animo ea omnia ferre: quæ pro nobis & dominus pertulit noſter. Qui vero hæc ſuſtinere non vult: nec diſcipulũ eius ſe depromat eſſe: nec ſeruum: nec filium: nec domeſticũ. Ille enī innocens: immaculatus: intactus: in quo nulla potuit peccati macula reperiri: de quo propheta prædixerat: Qui peccatum non fecit: nec dolus inuentus eſt in ore eius: pro nobis ſacrilegis & peccatoribus: & æterno ſupplicio mancipatis: tã̄q; atrociſſimus reus ab iniquis iudicio ſiſtitur: flagellis cæditur: ſputaminibus irritatur Et nos propter eum confundimur & erubeſcimus: qui propter nos tanta perpeſſus eſt. Ille enī pro ſalute noſtra dorſum verberibus: ſputaminibus faciẽ: maxillas palmis nõ cõfundit̃ parare: & nos pro leue etiam cõfũdimur audire cũuitiũ. Qua de re gaudeamus potius & lætemur: ſi ꝓ tã magnis eius & ꝓ nr̃a ſalute paſſionibus: vel parua ſuſtineamus. Cæterũ quæ ſpes nobis ẽ: ſi ob eũ audire blaſphemiã̄: aut ſuſtinere cõfundimur: qui nr̃i cauſa de cœlis deſcẽdit ad terras? & vt nos exaltaret hũiliauit ſe. Et cũ īmortal' eẽt: mori cõtentus ẽ: vt nos ab æterno mortis laqueo liberaret. Coronatus ẽ ſpinis vt nos qui ante ſpinei & infructuoſi ſteteramus: fructũ bonæ arboris apportaremus. Felle & aceto potatus eſt: vt ī nobis iã nec fellis amaritudo: nec aceti eſſet aſperitas. Filius hominis factus eſt: vt nos filios dei faceret. Vide ergo ſi pro iſto confundi debemus aliquid ſuſtinere. Vere illa ẽ aĩa fœlix & angelis æquãda: quæ ꝓ noĩe & ope Xpi tãta: quãta ꝓ nobis ille ſuſtinuit: voluerit ſuſtinere. Cæterũ grãde periculũ ẽ iuſticiæ: eius erubeſcere exẽplo viuere: q noſtrã iniuſticiã nõ erubuit ſuſtinere. Deinde ſi æquo aĩo perſtamus: idipm: q̃ nobit quis detrahere videť iniuſte

Z

laudari nos potius q̃ accusari probamus. Nã quid aliud faciũt cũ vera de sanctis dicũt: nisi vt ea dcant quæ facimus? Ieiunos: abstinentes: sobrios: qui iã delitijs nõ delectamur & epulis: qui di uitias spernimus: & præciosis non gloriamur in vestibus. Qui auri cupiditate miníme captiua mur: qui nõ adipiscimur argentũ: & quæcũq; humana vanitas videtur amplecti contemnimus. Nullus hic confusionis est locus: nullus verecundiæ aditus. Illi magis erubescere debent atq; cõ fundi: qui ea quæ sanctis displicẽt concupiscũt. Erubescãt igit̃ ebriosi: voraces: iniusti: raptores adulteri: & quicunq; suis gloriant̃ in malis: quos gehẽnæ ignis expectat: & quibus supplicia præ parant̃ æterna. Facientes aũt dñi voluntatẽ cõfundi nõ debẽt: in quibus nulla cõfusionis sũt opa. O q̃ indignũ ẽ atq; præposterꝝ: vt iusti cõfundant̃ in bonis: & peccatores glorient̃ in malis. Vide at ergo aia deo deuota: ne insipientiũ risus eã: aut stultorũ hominũ vanissimus sermo cõfundat. & a suo ꝓposito retrahat: in quo magis p̃ dies singulos ꝓficere debet in melius. Videat ne quis a ti more Christi se reuocet: ne quis ab eius dilectõe diuellat: ꝓpter quẽ omnẽ sæculi gloriã pompã q; cõtempsit: cui nihil dignũ pœnitẽtiæ cõparauit: quẽ parẽtibus filij: quẽ liberis p̃es: quẽ coniu gis præferũt cõtinentes. Crescat in nobis quotidie amor Xp̃i: crescat fides: quia magna nos ꝓ dei amore merces expectat: tm̃ ne ab eius cultura vel ope semel deuota mẽs se retrahat: ne ei dicatur Habeo aduersũ te pauca: q; charitatẽ priorẽ reliquisti. Vñ certũ est nõ homĩbus placeri sed Xp̃o Apo. 2.
nec humanã laudẽ quæri debere sed diuinã. Quid nobis ꝓdest: si illi nos laudẽt: quibus placere peccatũ est? Quidue obest si vituperẽt hi: quorũ nõ plus vituperatio ꝓdest: q̃ obest laudatio? Au diamus magis quid ille vas electionis: doctor gentiũ dicat: & quo nos ne homĩbus placere velle mus: hortetur exemplo. Si homĩbus inquit placere vellẽ: Xp̃i seruus nõ essem. Vnde nulli dubi Gal. 1.
ũm est eos Christo seruire nõ posse: qui homĩbus optãt potius q̃ Christo placere. Cõtẽti ergo in terim simus hoĩbus displicere tm̃: vt Xp̃o placeamus. Nec eoꝝ laudibus delectemur: qui nõ ali os q̃ sibi similes laudant. Nos potius laudent prophetæ & apostoli: laudet in euangelio suo Chri stus. Tunc erimus vere fœlices si a talibus laudari digni erimus. Omniũ enĩ horũ voce laudabi mur: si quæcunq; dñs per apostolos vel prophetas videt̃ præcepisse seruauerimus. Nos igit̃ de
F trahentibus cunctis & vituperantibus vniuersis simus sobrij: sancti: humiles & pudici: & deum semp fideli corde præcemur: vt ipse semp in nostra mente sit: & lex eius nostro semp in pectore ...
vt possimus ꝓphetica loqui voce: Pro eo vt me diligerẽt detrahebãt mihi: ego aũt orabã pro eis. p̃s. 108.
Et alibi: Humiliaui in ieiunio animã meã: & factũ est mihi in obprobriũ. Et posui vestimentum p̃s. 33.
meũ cilicium: & factus sum illis in parabolã. Et iterꝝ: Genua mea infirmata sunt ieiunio: & ifirma p̃s. 108
ta est caro mea propter oleũ. Et ego factus sum in obprobriũ illis: viderũt me & mouerunt capi ta sua. Adiuua me dñe deus meus. Vides ergo oẽs ꝓphetas & sanctos propter hoc semper hoĩm subsannatões pertulisse: qui deo vellẽt fideliter seruire. Hoc & apostolus ait Fidelis sermo: i hoc 1. Thi. 4.
enĩ laboramus & maledicimur: quia speramus in deũ viuũ: qui est saluator oĩm: maxime fideliũ Quid plura? nisi vt sæpe iã diximus. Cursum quẽ in timore dei cœpimus consũmemus Simus cæteris in amore dei formã custodientes: ne quis in nobis aliquid scurrilitatis reprehẽdat: aut va nitatis: sed magis quicquid est grauitatis & modestiæ: quia xp̃iani vita oĩbus in speculo posi ta ẽ. Qui etiã si quippiã titubauerit iã cecidisse iactaꝝ: & amplius etiã dicit̃ q̃ videtur. Simus ergo sapientes: graues: quieti: nunq̃ vanitatẽ: nunq̃ opera hoĩm lingua nostra loquat̃: sed sine inter missione legẽ dei vestri meditetur. Tũc si quis steterit suæ salutis inimicus: qui subsannet & de trahat & derideat: hæc nõ solũ non metuamus: sed potius gaudeamus. Et hinc nos aliquatenus consolemur: si mereamur odio magis sæculi viuere q̃ Xp̃i. Caueamus quoq; ambulare indecen ter & inquiete: sicut & sanctus apostolus monet dicẽs: Rogo autẽ vos vt subtrahatis vos ab om 2. Thi. 3.
ni fratre ambulante inordinate: & nõ scd̃m traditionẽ quã acceperunt a nobis: cum hæc a nobis omnia oĩno nostra virtute fuerint custodita: quicunq; putauerit derogandus nobis prophetí cæ simus sententiæ memores: per quã dñs sui nomĩs causa tribulantes hortaꝝ dicẽs: Et tu fili ho mĩs ne timueris eos: neq; paueas a facie eoꝝ: q̃m insanient & conueniẽt aduersus te. In gyro & i medio scorpionũ tu habitas: verba eorũ ne timueris: & a facie eoꝝ ne paueas. Et alibi dicit: Au dite me qui nostis iudiciũ populeus: in quorum corde lex mea est. Nolite timere obprobria Esa. 50.
hominũ: & blasphemias eoꝝ ne metuatis: quia sicut vestimentũ ita per tẽpus deficient: & vt la nã comedet eos tinea. Iustitia aũt mea in æternũ manet. Salutare vẽro meũ in sæculũ sæculi. Ser p̃s. 21
uandũ præ omnibus: ne alterius laudẽ velimus seruare q̃ Xp̃i: vt & nos cũ propheta possimus dicere: Apud te laus mihi in ecclesia magna. Et iterꝝ: Tanq̃ prodigiũ factus sũ multis: & tu adiu tor fortis. Et iterꝝ: Maledicẽt illi & tu benedices. Qui insurgũt in me confundant̃: seruus autẽ tu us letabit̃ in te. Hæc ad cõsolationẽ: i dei timore: deuotis mẽtibus: ꝓut ingenij tenuitas potuit, pse

cutus ſũ breuiter. Nũc ſupereſt vt aliquid amplius faciat mens deuota: q̃ noſtra paruitas ſufficit admonere. Salutate oẽs qui diligũt dñm noſtr̃ Ieſum xp̃m: cui cũ patre oipotẽte ſit laus: virtus & gloria cũ ſpũſancto: & nũc & ſemper & in oĩa ſæcula ſæculorũ Amen.

TRACTATVS. XIII. TERTIAE PARTIS PRINCIPALIS: IN QVO FVNEBRES EPISTOLAE ET EPITAPHIA DEFVNCTORVM INSERVNTVR: QVIBVS ET EORVM VITA LAVDATVR ET SVPERSTITES CONSOLANTVR.

Beati Hieronymi preſbyteri epitaphiũ Nepotiani ad Heliodorum epiſcopũ: in quo illius vita ante & poſt ſacerdotiũ religioq̃ deſcribitur. De viciſſitudine quoq̃ rerum humanarũ: de repentino & infœlici principum exitu: de calamitate temporũ: clade exercituũ romanorũ: & vaſtatione prouinciarũ: quaſi tragicus ſermo perſcribit. Et ad extremũ Heliodorus epiſcopus Nepotiani auunculus conſolatur.

EPISTOLA LXIIII.

Randes materias ingenia parua nõ ſufferũt: & in ipſo conatu vltra vires auſa ſuccumbũt: quantoq̃ magis fuerit quod dicendũ eſt: tãto magis obruit̃ qui magnitudinẽ rerũ nõ põt explicare. Nepotianus meus: tuus: nr̃: immo Xp̃i. Et quia Xp̃i: iccirco plus noſter: reliquit ſenes: & deſiderij ſui iaculo vulneratos ĩtolerabili dolore cõfecit: quẽ hæredẽ putauimũs: funus tenemus. Cui iã meũ ſudabit ingeniũ? Cui litterulæ placere geſtiẽt? Vbi ẽ Ille nr̃: & cigneo canore vox dulcior? Stupet animus: manus tremit: caligãt oculi: & lĩgua balbutit. Q uicqd dixero (quia ille nõ audit) mutũ videt̃. Stilus ipſe q̃ſi ſentiens: & cæra ſubtriſtior: vel rubigie vel ſitu obducit̃. Quotiẽſcũq̃ nitor ĩter verba, prũpe: & ſup tumulũ eius epitaphij huius flores ſpargere: totiẽs implent̃ oculi: & renouato dolore totus in funere ſũ. Moris quondã fuit: vt ſupra cadauera defũctorũ ĩ cõcione, p roſtris laudes libere dicerẽt & inſtar lugubriũ carminũ: ad fletus & gemitus audiẽtiũ pectora cõcitarent. En rex̃ ĩ nobis ordo mutatus ẽ: & ĩ calamitatẽ noſtrã perdidit ſua iura natura. Quod exhibere ſenibus iuuenis de
1. theſ. 4 buit: hoc iuueni exhibemus ſenes. Quid igit̃ faciã? iungã tecũ lachrymas? Sed apoſtolus prohi
Mat. 9. bet: chriſtianorũ mortuos dormientes vocans. Et dñs in euangelio: Nõ eſt inquit mortua puella
Ioh. 11. ſed dormit. Laçarus quoq̃ quia dormierat: ſuſcitatus ẽ. Leter & gaudeã: quia raptus eſt: ne malicia mentẽ eius mutaret: quia placuerat deo aĩa illius? Sed inuito & repugnãti per genas lachrymæ fluunt: & inter præcepta virtutũ reſurrectioniſq̃ ſpem credulã mentẽ deſiderij frangit affectus. O mors quæ fres diuidis: & amore ſociatos crudelis ac dura diſſocias. Adduxit vrentẽ ven tũ dñs de deſerto aſcendentẽ: qui ſiccauit venas tuas: & deſolauit fontẽ tuũ. Deuor aſti quidẽ lonã: ſed & ĩ vtero tuo viuus fuit. Portaſti quaſi mortuũ: vt tẽpeſtas mũdi cõquieſceret: & Niniue noſtra illius præconio ſaluaret̃. Ille te vicit: ille te iugulauit. Fugitiuus, ppheta qui reliquit domũ
Oſee. 13. ſuã: dimiſit hæreditatẽ ſuã: dedit dilectã aĩam ſuã ĩ manibus quærentiũ eũ. Q ui p Oſee quondã tibi rigidus minabat̃: Ero mors tua o mors: ero morſus tuus inferne. Illius morte tu mortua es: illius morte nos viuimus. Deuoraſti: & deuorata es. Dũq̃ aſſumpti corpis ſollicitaris illecebra & auidis faucibus prædã putas: interiora tua adunco dente cõfoſſa ſunt. Gr̃as tibi Xp̃e ſaluator tua agimus creatura: q̃ tã potentẽ aduerſariũ noſtrũ dũ occideris: occidiſti. Q uis añ te miſerior
Ro. 5. hoie: qui æternæ mortis terrore, pſtratus: viuẽdi ſenſum ad hoc tm̃ accepat: vt periret. Regnauit H enĩ mors ab Adã vſq̃ ad Moyſen etiã ſuper eos: qui nõ peccauerũt in ſimilitudinẽ p̃uaricatiõis Ade. Si Abraã: Iſaac & iacob ĩ inferno: quis in cœlorũ regno? Si amici tui ſub pœna offendentis Adã. Et qui nõ peccauerãt: alienis peccatis tenebant̃ obnoxij. Q uid de his credendũ ẽ qui dixerũt ĩ cordibus ſuis: nõ ẽ deus? Q ui corrupti & abominabiles facti ſunt ĩ volũtatibus ſuis. Q ui declinauerũt: ſimul inutiles facti ſunt: nõ eſt qui faciat bonũ: non eſt vſq̃ ad vnũ. Q̃ ſi Laçarus videt̃ ĩ ſinu Abrae loco q̃ refrigerij: quid ſimile infernus & regna cœlorũ? Ante Xp̃m Abraam apud inferos: poſt Xp̃m latro in paradiſo. Et iccirco in reſurrectione eius multa dormientiũ cor
Eph. 5. pora ſurrexerũt: viſaq̃ ſunt in cœleſti Hieruſalẽ. Tũcq̃ cõpletũ eſt illud elogiũ: Surge qui dor-
Mat. 3. mis & eleuare: & illuminabit te Xp̃s. Iohãnes baptiſta ĩ eremo p̃onat: Pœnitentiã agite: appropinquabit enĩ regnũ cœlorũ. A diebus Iohãnis baptiſtæ regnũ cœlorũ vim patit̃: & violẽti diripiũt illud. Flãmea illa romphea cuſtos paradiſi: & præſidẽtia foribus Cherubin: Xp̃i reſtincta & reſerata ſunt ſanguine. Nec mirũ hoc nobis in reſurrectõe promitti: cũ oẽs qui ĩ carne: nõ ſcd̃m carnem viuimus: municipatũ habeamus ĩ cœlo: & hic adhuc poſitis dicat̃ in terra: Regnum dei intra vos ẽ. Adde q̃ añ reſurrectionẽ Xp̃i notus tm̃ ĩ iudæa erat deus: ĩ iſrael magnũ nomẽ eius Et ipſi qui nouerant eũ: tn̄ ad inferos trahebant̃: vbi tũc totius orbis hoies ab India vſq̃ ad Britãniã: a rigida ſeptẽtrionis plaga: vſq̃ ad feruores Atlãtici oceani: tã innumerabiles populi & mul

tarꝝ gentiũ multitudines.
Quæ variæ linguis habitu tã veſtis & armis,
Piſcium ritu & locuſtarũ: & velut muſcæ & culices conterebantur. Abſcꝫ noticia enĩ ſui creatoris omnis homo pecus eſt. Nunc vero paſſionẽ Xp̃i & reſurrectionẽ eius cunctarũ gentium voces: & litteræ ſonant. Taceo de Hebræis: græcis & latinis: quas nationes fidei ſuæ ĩ crucis titulo dñs dedicauit. Immortalẽ aĩam: & poſt diſſolutionẽ corpis ſubſiſtentẽ & Pithagoras ſomniauit. Democritus nõ credidit: ĩ cõſolationẽ dãnationis ſuæ Socrates diſputauit ĩ carcere. Indus: Perſa Gotthus: Aegyptius philoſophanť. Beſſorꝝ feritas: & pellitorꝝ turba populorꝝ: quí mortuorum quondã inferis hoĩes immolabãt: ſtridorẽ ſuũ ĩ dulce crucis fregerũt melos: & totius mundí vna vox Xp̃s eſt. Quíd agímus aĩa? quo nos vertímus? quíd primũ aſſumímus? quíd taceamus? Excíderunt ne tíbí præcepta rhetorꝝ? & occupata luctu: oppꝫſſa lachryms: præpedita ſingultíbus: I dícendí ordínẽ nõ tenes? Vbí íllud ab ínfantía ſtudíũ litterarꝝ: & Anaxagore: ac Telamõis ſem per laudata ſententía? Sciebam me genuiſſe mortalem. Legímus Crantorem: cuíus volumen ad ſouendum dolorem ſuum ſecutus elt Cícero. Platonís: Díogenís: Clítomachí: Carneadís: Poſſídonꝫ ad ſedandos luctus opuſcula percurrímus: quí díuerſis ætatíbus díuerſorum lamẽta: vel líbrís: vel epíſtolís mínuere ſunt conatí: vt etíam ſí noſtrum areret ingenium: de íllorum poſſet fontíbus írrígarí. Proponunt innumerabíles víros: & maxime Periclen & Xenophontem Socraticum: quorum alter amíſſis duobus fílꝫs coronatus ín concíone díſſeruít. Alter cum ſacrífícans fílíum ín bello audíſſet occíſum: depoſuíſſe coronã dícítur: & eadem capití repoſuíſſe. Poſtꝫ fortíter ín acíe dímícantẽ repperít concídíſſe. Quíd memorẽ Romanos duces: quorum virtutíbus quaſí quíbuſdã ſtellís latínæ mícant híſtoríæ? Puluíllus capítolíum dedícans: mortuum vt nunciabatur fílíũ: ſubíto ſe íuſſit abſente ſepelírí. L. Paulus ſeptẽ díebus ínter duorum exequías fílíorum tríumphans: vrbẽ íngreſſus eſt. Prætermítto maxímos catones Caíos: Píſones: Brutos Scæuolas: Metellos: Scauros: Marios: Craſſos: Marcellos: atcꝫ Anfídos: quorũ non mínor ín luctu q̃ ín bellís vírtus fuít: & quorũ orbítates ín conſolatíonís líbro Tullíus explícauít: ne vídear potíus alíena q̃ noſtra quæſíſſe: quãdo & hæc ín ſígíllatíonẽ noſtrí breuíter dícta ſunt: ſí nõ põt fídes quod exhíbuít ínfídelítas. Igíť ad noſtra veníamus. Nõ plangã cũ Iacob & Dauíd fílíos ín lege morientes: ſed cum Xp̃o ín euangelío ſuſcípíã reſurgentes. Iudeorũ luctus chriſtianorꝝ gladíũ eſt. Ad veſperũ demorabíť fletus: & ad matutínũ lætícía. Nox præceſſit: díes aũt appropínquauít. Vñ & Moyſes moriens plangíť. Ieſus abſcꝫ funere & lachrymís ĩ nocte ſepelítur. Quíc quíd de ſcripturís ſup lamentatões dící poteſt: ín eo líbro quo Paulã Romæ cõſolatí ſumus: breuíter explícauímus. Nũc nobís per alíã ſemítã ad eundẽ locũ perueníendũ eſt: ne vídeamur præterita & abolíta quondã veſtígía calcare. Scímus quídẽ Nepotíanũ eſſe cũ xp̃o: & ſanctorũ míxtũ chorís: quod híc nobíſcũ emínus rímabať ín terrís: & æſtímatíone quærebat íbí vídentẽ cõmínus dícere: Sícut audíuímus: ſíc & vídímus: ín cíuítate dñí vírtutũ: ĩ cíuítate dei noſtí. Sed deſíderíũ abſentíæ eíus ferre nõ poſſumus: nõ íllíus: ſed noſtrã vícẽ dolentes: quãto ílle fœlícíor: tã
K to amplíus nos ín dolore ꝙ talí caremus bono. Flebant & ſorores Laçarũ: quẽ reſurrecturũ noIoh.xi. uerant. Et vt verus hominís exprimeť affectus: ípſe ſaluator plorauít quẽ ſuſcítaturus erat. Apo Phil.i. ſtolus quoꝫ eíus quí dixít: Cupío díſſolui & eſſe cũ xp̃o. Et alíbí: Mihí víuere xp̃us eſt: & morí Vbí ſup lucrum: gratías agít ꝙ Epaphras de morte ſibí vícína redditus ſít: ne haberet triſtítíã ſuper triſtítíã: nõ íncredulítatís motu: ſed deſíderío charítatís. Quãto magís tu & auũculus: & eps: hoc eſt & ín carne & ín ſpũ pť. doles abeſſe víſcéra tua: & quaſí a te díuíſa ſuſpíras? Sed obſecro vt modũ adhíbeas ín dolore: memor íllíus ſentẽtíæ: Ne quíd nímís: Obligatoꝫ parũper vulnere audí as laudes eíus: cuíus ſemper vírtute lætatus es. Nec doleas ꝙ talẽ amíſerís: ſed gaudeas ꝙ talem habuerís. Et ſícut hí quí ín breuí tabella terrarꝝ ſítus pingũt: íta ín paruo íſto volumíe cernas ad umbrata nõ expꝫſſa ſigna vírtutũ. Suſcípíaſcꝫ a nobís nõ víres ſed voluntatẽ. Præcepta ſunt rhetorũ: vt maíores eíus quí laudãdus eſt: & eorũ geſta altíus repetanť. Sícꝫ ad íp̃m per gradus ſermo peruenía: ꝙ vídelícet auítís paterníſcꝫ vírtutíbus íllúſtríor fíat: & aut non degeneraſſe a bonís: aut mediocres ípſe ornaſſe vídeať. Ergo carnís bona: quæ ſemp & ípſe contempſít: ĩ animæ laudíbus nõ requírã. Nec me iactabo de genere: & de alíenís bonís: cũ Abrã & Iſaac ſancti víri: íſmaelẽ & Eſau pctõres genuerínt. Et e regíone iepte in catalogo iuſtorũ apoſtolí voce numeratus: de meretríce ſít natus. Anima ínquít quæ peccauerít ípſa morieť. Ergo quæ nõ peccauerít: ípſa víuet. Nec vírtutes: nec vítía parentũ líberís ímputanť. Ab eo tpe cẽſemur ex quo ín xp̃o renaſcímur. Paulus perſecutor eccleſíæ: & mane lupus rapax Beníamín: ad veſperam díuídít eſcã Ananíe ouí ſubmíttens caput. Igítur & Nepotianus noſter quaſí ínfantulus vagiens: & rudis

puer: subito nobis de Iordane nascit. Alius forsitan scriberet: ꝙ ob salutem illius orientē eremū ꝙ dimiseris: & me charissimū sodalem tuū redeundi spe lactaueris: vt primū (si fieri posset) soro rem cū paruulo viduā: deinde si consiliū illa respuerit: saltem nepotem dulcissimū conseruares. Hic est enī ille de quo tibi quondā vaticinatus sum: Licet paruulus ex collo pēdeat nepos Refert inquā alius: ꝙ in palatij militia sub clamyde & candenti lino corpus eius cilicio tritū sit. Q̄s tās ante sæculi potestates: lurida ieiunijs ora portauerit: ꝙ adhuc sub alterius indumentis alteri mili tauerit. Et ad hoc habuerit cingulum: vt viduis: pupillis: oppressis: miseris subueniret. Mihi nō placent dilationes istæ imperfectæ seruitutis dei. Et centurionē Cornelīū (vt lego) iustū: statim L audio baptiçatū. Veruntamen velut incunabula quædā nascētis fidei comprobemus: vt qui sub alienis signis deuotus miles fuit: donādus laurea sit: postq̄ suo regi cœperit militare. Balteo posito habituꝙ mutato: quicquid castrensis peculij fuit: in pauperes erogauit. Legerat enim: Qui vult perfectus esse: vendat omnia quæ habet & det pauperibus: & sequat̄ me. Et iterꝝ: Non potestis duobus dnīs seruire: deo & māmonæ. Excepta vili tunica: & opimento pari: quo tecto tm̄ corpore frigus excluderet: nihil sibi amplius reseruauit. Cultus ipse prouinciæ morē sequēs nec mundicijs nec sordibus notabilis erat. Cūꝙ arderet quotidie: aut ad Aegypti monasteria pergere: aut Mesopotamiæ inuisere choros: vel insularū Dalmatiæ: quæ Altino tm̄ freto distant: solitudines occupare: auunculū pontificē deserere nō audebat: tota in illo cernens exempla virtutū: domiꝙ habens vnde disceret. In vno atꝙ eodē & imitabat̄ monachū: & ep̄m venerabat̄. Nō (vt plæriſꝙ accidere solet) assiduitas familiaritatē: familiaritas contemptū illius fecerat: sed ita eum colebat quasi parentē: ita admirabatur: quasi quotidie nouū cerneret. Quid multa? Fit clericus: & per solitos gradus presbyter ordinatur. Iesu bone qui gemitus? quiꝙ eiulatus? quæ sibi interdictio? quæ fuga oculorū oīm? Tū primū & solū auunculo iratus ē. Querebat̄ se ferre nō posse: & iuuenilē ætatem incongruā sacerdotio causabatur. Sed quanto plus repugnabat: tāto magis in se studia omniū concitabat: & merebatur negando quod esse nolebat: eoꝙ dignior erat q̄ se clamabat indignū. Vidimus Timotheū nostri temporis: & canos in sapientia: electūꝙ a Moyse presbyterū: quē ipse sciret esse presbyterꝝ. Igitur clericatū non honorē intelligēs: sed onus primā curam habuit: vt humilitate superaret inuidiā. Deinde vt nullā curā nobis obscenī in se rumoris fabulā daret: vt qui mordebant̄ ad ætatē eius: stuperent ad continentiā: subuenire paupibus: visitare languentes: prouocare hospitio: lenire blāditijs: gaudere cū gaudentibus: flere cū flentibus: cæcorū baculus: esurientiū cibus: spes miserorū: solamen lugentiū fuit. Ita in singulis virtutibus eminebat: quasi cæteras nō haberet. Inter p̄sbyteros & coæquales primus ī opere: extremus ī ordine. Quicquid boni fecerat ad auunculū referebat. Si quid forte aliter euenerat q̄ putarat: illū nescire se errasse dicebat. In publico venerabat̄ ep̄m: domi patrē nouerat: grauitatē morū hilaritate frontis temperabat: gaudiū ī risu nō cachinnū intelligeres. Virgines & viduas Christi honorare vt matres: hortari vt sorores: cū omni castitate. Iā vero postq̄ domū se cōtulerat: & relicto foris clerico durities se tradiderat monachorū: creber in orationibus: vigilans in prædicando. Lachrymas deo nō homibus offerebat. Ieiunia in aurigæ modū pro lassitudie & viribus corporis moderabatur. Mensæ auūculi intererat: & sic apposita quæꝙ libabat: vt & superstitionē fugeret: & continentiā reseruaret. Sermo eius & omne conuiuiū: de scripturis aliquid proponere: M libenter audire: respondere verecūde: recta suscipere: praua nō acriter confutare. Disputādū cō tra se magis docere q̄ vincere. Et ingenuo pudore qui ornabat ætatē quid cuius esset simpliciter cōfiteri: atꝙ ī hūc modū eruditōis gloriā declinādo eruditissimus habebat̄. Illud aiebat Tertulliani: istud Cypriani: hoc Lactantij: illud Hilarij est. Sic Minutius fœlix: ita Victorinus: ī hūc modū est locutus Arnobius. Me quoꝙ quia p̄ sodalitate auūculi diligebat: interdū proferebat in medīū. Lectioneꝙ assidua & meditatione diuturna: pectus suū bibliothecam fecerat Xp̄i. Quotiens ille transmarinis epistolis deprecatus est: vt aliquid ad se scriberē? Quotiens nocturnū de euangelio petitorē: & interpellatricē duri iudicis mihi viduā exhibuit? Cūꝙ ego silentio magis q̄ litteris denegarē: & pudore reticentis pudorē suffunderē postulantis: auunculū mihi opposuit precatorē: qui & liberius pro alio peteret: & pro reuerētia sacerdotij facilius impetraret. Feci ergo quod voluit: & breui libello amicitias nostras æternæ memoriæ cōsecraui. Quo suscepto Crœsi opes: & Darij diuitias se vicisse iactabat. Illū oculis: illū manibus: illū sinu: illum ore retinebat. Cūꝙ in stratu frequenter euolueret: sæpe super pectus soporati dulcis pagina decidebat Si vero peregrinorꝝ: si amicorꝝ quispiā venerat: lætabat̄ super se nostro testimonio. Et quicquid minus in opusculo erat distinctione moderata: & pronūciationis varietate pensabat: vt in recitādo illo ipse vel placere quotidie vel displicere videret̄. Vnde hic feruor nisi ex amore dei? Vñ le-

gis Xpi ideſeſſa meditatio: niſi ex deſiderio eius qui legẽ dedit? Alij nũmũ addant nũmo: & mar
ſupiũ ſuffocantes: matronarũq; opes venent exequijs: ſint ditiores monachi q̃ fuerant ſæculares:
Poſſideãt opes ſub Xpo paupe: quas ſub locuplete diabolo nõ habuerãt: & ſuſpiret eccleſia eos
diuites: quos tenuit mũdus añ mendicos. Nepotianus noſter aurũ calcans: ſchedulas conſectat.
Et ſicut ſui in carne cõtemptor eſt: & pauptate incedit ornatior: ita totũ aiæ iueſtigat ornatũ. Ad
cõgationẽ quidẽ ſupiorũ modica ſunt quæ dicturi ſumus: ſed in paruis idẽ animus oſtendit. Vt
eni creatorem nõ in cœlo tm̃ miramur & In terra: ſole: oceano: elephãtis: camelis: equis: bobus:
pardis: vrſis: leonibus. Sed & i mimis quoq; animalibus formica: culice: vermiculis: & iſtiuſmo
di genere: quorũ mabis ſcimus corpa q̃ nomia: eandẽq; in cũctis veneramur ſollertiam Ita mens
Xpo dedita: æque in maioribus & in minoribus intenta eſt: ſciens etiã p ocioſo verbo reddendã
eſſe rationẽ. Erat enĩ ſollicitus: ſi niteret altare: ſi parietes abſq; fuligine: ſi pauimẽta terſa: ſi ia
nitor creber in porta: vela ſemp in oſtijs: ſi ſacrariũ mundũ: ſi vaſa lucentia: & in oms cerimoni
as pia ſollicitudo diſpoſita: nõ minus: nõ maius negligebat officiũ: vbicũq; eũ in eccleſia quære
res inuenires. Nobilẽ virũ, Q. Fabiũ mirat antiquitas: qui etiã Romanæ ſcriptor hiſtoriæ ẽ: ſed
magis ex pictura q̃ ex litteris nomẽ inuenit: & Beſelehel noſtrũ plenũ ſapientia: & ſpũ dei ſcri
ptura teſtat. Hyrã quoq; filiũ mulieris Tyriæ: q alter tabernaculi: alter templi ſuppellectilẽ fa
bricati ſint. Quõ enĩ lætæ ſegetes & vberes agri interdũ culmis: ariſtiſq; luxuriant: ita præclara
ingenia & mens plena virtutibus in variarũ artiũ redundat elegãtiã. Vnde & apud græcos philo
ſophus ille laudat: qui omne quo vteret vſq; ad palliũ: & annulũ manu ſua factum gloriatus eſt
Hoc idẽ poſſumus & de iſto dicere: qui baſilicas eccleſiæ: & martyrũ cõciliabola: diuerſis flori
bus & arborũ comis: vitiũq; pãpinis adumbrarit: vt quicquid placebat in eccleſia: tã diſpoſitiõe
q̃ viſu laborẽ pſbyteri & ſtudiũ teſtaret: macte virtute: cuius talia principia erãt: qualis finis erit
O miſerabilis humana cõditio: & ſine Xpo vanũ omino omne quod viuimus. Quid te ſubtra
his: quid tergiuerſaris oratio? Quaſi enĩ mortẽ illius differre poſſimus: & vitã facere longiorẽ:
ſic timemus ad vltimũ peruenire. Oĩs caro fœnũ: & oĩs gloria eius quaſi flos fœni. Vbi nunc de
cora illa facies? vbi totius corporis dignitas? quo veluti pulchro indumẽto pulchritudo aiæ ve
ſtiebat. Marceſcebat prohdolor flante auſtro liliũ: & purpurea viola in pallorẽ ſenſim migrabat
Cũq; æſtuabat febribus: & venarũ fontes hauriret calor: laſſo anhelitu triſtẽ auunculũ conſola
bat. Lætus erat vultus: & vniuerſis circa plorantibus ſolus ipſe ridebat: proijcere palliũ: manus
extendere: videre quod alij nõ videbãt: & quaſi in occurſũ ſe erigens: ſalutare venientes. Intelli
geres illũ nõ emori: ſed migrare: & migrans amicos nõ relinquere. Voluunt per ora lachrymæ
& obfirmato aĩo nõ queo dolorẽ diſſimulare quẽ patior. Quis crederet in tali illũ tpe noſtræ ne
ceſſitudinis recordari: & luctante aĩa ſtudiorũ ſcire dulcedinẽ? Apphenſa auuũculi manu: hanc
R inquit tunicã quam vtebar i miniſterio Xpi: mitte dilectiſſimo mihi: ætati patri: fratri collegio.
Et quiſquis a te nepoti debebat affectus: in illũ tranſfer: quẽ mecũ pariter diligebas: atq; in talia
verba defecit: auũculũ manu: me recordatione contrectans. Scio q noluerĩs amorẽ in te ciuium
ſic probare: & affectũ patriæ magis quæſiſſe in proſperis. Sed huiuſcemodi officiũ i bonis iocũ
dius ẽ: in mal gratius. Tota hũc ciuitas: tota plãxit Italia. Corpus terra ſuſcepit: aĩa xpo reddita
ẽ: Tu nepotẽ quærebas: Eccleſia ſacerdotẽ. Præceſſit te ſucceſſor tuus Quod tu eras: ille poſt te
iudicio oĩm merebat. Atq; ita ex vna domo duplex põtificatus egreſſa eſt dignitas: dũ in altero
gratulatio ẽ quod tenuerit: i altero mœror quod raptus ſit ne teneret. Platonis ſententia eſt oẽm
ſapientiũ vitam meditationẽ eſſe mortis. Laudant hoc philoſophi: & in cœlũ ferunt. Sed multo
fortius apoſtolus: Quotidie inquit morior propter gloriã veſtrã. Aliud eſt enĩ conari: aliud age
re: aliud viuere moriturũ: aliud mori victurũ. Ille mortuus eſt ex gloria: iſte mortuus ſemper ad
gloriã. Debemus igitur & nos anĩo præmeditari: q aliquando futuri ſumus: & q velimus noli
mus abeſſe lõgius nõ põt. Nã ſi noningẽtos vitæ excederemus annos: vt añ diluuiũ viuebat hu
manũ genus: & Mathuſalẽ nobis tẽpora donarent: tn̄ nihil eſſe præterita lõgitudo: quæ eſſe de
ſiſſet. Etenĩ inter eũ qui decẽ vixit annos: & eũ qui mille: poſtq̃ idẽ finis vitæ aduenerit: & irrecu
ſabilis mortis neceſſitas: tranſactũ omne tantundẽ eſt: niſi q magis ſenex onuſtus peccatorum
faſce proficiſcitur.

Optima quæq; dies miſeris mortalibus æui.
Prima fugit: ſubeunt morbi: triſtiſq; ſenectus:
Et labor: & duræ rapit inclæmentia mortis.

S Neuius poeta pati inquit neceſſe eſt mortalẽ multa mala. Vñ & Niobã qa multũ fleuerit: in la
pidem & diuerſas beſtias cõmutatã finxit antiquitas. Et Heſiodus natales hominum plangens

gaudet ī funere: prudēterq; Ennius: Plebs ait ī hoc regi anteſtat loco. Licet lachrymare plæbi: regi hō eſte nō licet. Vt regi: ſic eṗo: īmo minus regi q̄ eṗo. Ille enī nolētibus præeſt: hic volētibus ille terrore ſubijcit: hic ſeruituti donaṫ, ille corpa cuſtodit ad mortē: hic anīas ſeruat ad vitā. in te oculi oīm dirigunṫ: domus tua & cōuerſatio q̄ſi ī ſpeculo conſtituta: mgr̄a ē publicæ diſciplinæ Quicqd feceris: id ſibi oēs faciēdū putāt. Caue ne cōmittas: quod aut qui rep̄hēdere nolūt digne laceraſſe videanṫ: aut q̄ imitari: coganṫ delinq̄re. Vince q̄ntū potes: īmo plus q̄ potes mollicīem animi tui: & vbertim affluētes lachrymas reprime: ne grādis pietas ī nepotē: apud īcredulas mētes deſperatio deputeṫ ī deū. Deſiderādus ē tibi quaſi abſens: nō quaſi mortuus: vt illū expectare: nō amiſiſſe videaris. Ver̄ quid ago? medēs dolori: quē iā reor & tp̄e & rōne ſedatū? ac nō potius replico tibi vicinas regū miſerias: & noſtri tēporis calamitates: vt nō tā plāgendus ſit: q̄ hac luce caruerit: q̄ cōgratulandū ei: qui de tātis malis euaſerit Cōſtantius Arrianæ fautor hæreſeos dū cōtra inimicos paraṫ: & cōcitus ferṫ ad pugnā ī Moyſi viculo moriēs magno dolore hoſti reliquit imperiū. Iulianus, pditor aīæ ſuæ: & xp̄iani iugulator exercitus: Xp̄m ſenſit ī Mœdia: quē primū ī Gallia denegarat. Dūq; Romanos, ppagare vult fines: perdidit, ppagatos. Iouinianus gu p ſtatis tm̄ regalibus bonis: fetore prunar̄ ſuffocatus interijt: oſtendēs oībus quid ſit humana potentia. Valentinianus guſtato genitali ſolo: & multa in patriā delinquēs: vomitu ſanguīs extinctus eſt. Huius germanus Valens gotthico bello victus in Thracia: eundē locū & mortis habuit & ſepulchri. Gratianus ab exercitu ſuo proditus: & ab obuijs vrbibus nō receptus: ludibrio hoſti fuit: cruētataq; manus veſtigia parietes tui Lugdune teſtanṫ. Adoleſcens Valentinianus & pene puer poſt fugā: poſt exilia: poſt recuperatū multo ſanguine imperiū: haud procul ab vrbe fraternæ mortis conſcia necatus eſt: & cadauer exanime ſuſpēdio infamatū. Quid loq̄r de Procopio: Maximo: Eugenio: qui vtiq; dū rerū potirenṫ: terrori gētibus erāt? Oēs capti ſteterunt ante ora victor̄: & quod potētiſſimis quōdā miſerrimū eſt: prius ignominia ſeruitutis: q̄ hoſtili mucrone cōfoſſi ſūt. Dicat aliq̄s: Regū talis cōditio ē: feriūtq; ſūmos fulgura mōtes. Ad priuatas veniā dignitates: nec de his loq̄r q̄ biēniū excedūt: atq; vt cæteros p̄termittā: ſufficit nobis trium nūp cōſulariū diuerſos exitus ſcribere. Abūdātius egēs pitimitæ exulat. Ruffini caput pilo Cōſtātinopolim geſtatū eſt: & abſciſſa manus dextera ad dedecus inſatiabilis auaritiæ: oſtiatim ſtipes mendicauit. Timaſius præcipitatus repente de altiſſimo dignitatis gradu euaſiſſe ſe putat q; aſſæ viuit inglorius. Nō calamitates miſerorū: ſed fragilē humanæ cōditiōis ſtatū narro: horret animus tēpor̄ noſtror̄ ruinas, pſequi. Viginti & eo amplius anni ſunt: q; iter Cōſtātinopoli & alpes Iulias: q̄tidie Romanus ſanguis effundiṫ: Scythiā: Thraciā: Macedoniā: Dardaniā: Daciā: Theſſalonicā: Achaiā: Epiros: Dalmatiā: cūctaſq; Pānonias: Gotthus: Sarmatha: Quadus: Alanus: Hunni: vuandali: Marcomāni vaſtant: trahūt: rapiūt. Quot matronæ: quot virgīes dei & ingenua nobiliaq; corpora his bellis fuere ludibrio? Capti ep̄i: interfecti p̄ſbyteri: & diuerſorū officia clericor̄ ſubuerſæ eccleſiæ ad altaria Xp̄i ſtabulati equi: martyr̄ effoſſæ reliq̄æ. Vbiq; luctus: vbiq; gemitus: & plurima mortis imago. Romanus orbis ruit: & tñ ceruix nr̄a erecta nō flectiṫ. Quid putas nūc animi hr̄e Corinthios: Athoniēſes: Lacedæmones: Arcadas: cūctamq; græciā: quibus īperāt barbari? Et certe paucas vrbes noīaui: ī q̄bus olī fuere regna non modica. Immunis ab his malī videbaṫ oriēs: & tm̄ nūcijs cōſternatus. Ecce tibi anno præterito ex vltimis Caucaſi rupibus īmiſſi ī nos nō iā Arabiæ: ſed ſeptētrionis lupi: tātas breui prouincias percurrerūt. Quot monaſteria captaṫ quātæ fluuior̄ aquæ humano cruore mutatæ ſunt? Obſeſſa Antiochia: & vrbes reliquæ: quas Halis: Cidnus: Orontes: Euphrateſq; præterfluūt: tracti reges captiuor̄: Arabia: Phœnix: Palæſtina: Aegyptus: timore captiuæ. Q

Non mihi ſi linguæ centum ſint oraq; centum, Ferrea vox,
Omnia pœnarum percurrere nomina poſſim,

Neq; enī hiſtoriam propoſui ſcribere: ſed noſtras breuiter flere miſerias. Alioquin ad hæc meritō explicanda: & Thucydides & Saluſtius muti ſunt. Fœlix Nepotianus qui hæc nō vidit: fœlix qui hæc nō audit. Nos miſeri: qui aut patimur: aut patientes fratres noſtros tanta perſpicimus: & tamē viuere volumus: eoſq; qui his carent: flēdos potius q̄ beatos putamus. Olim offenſū ſentimus: nec placamus deū. Noſtris peccatis Barbari fortes ſunt. Nr̄is vitijs Romanus ſupaṫ exercitus: & quaſi nō hæc ſufficerent cladibus: plus pene bella ciuilia q̄ hoſtilis mucro conſumpſit. Miſeri Iſraelitæ: ad quorū compationē Nabuchodonoſor ſeruus deſcribiṫ. Infœlices nos qui tā
4. Rz. 20 tū diſplicemus deo: vt per rabiem Barbarorū illius in nos ira deſæuiat. Ezechias agit pœnitētiā:
3. Rz. 22. & centū octoginta q̄q; milia Aſſyrior̄ ab vno angelo vna nocte deleta ſūt. Ioſaphat laudes dñi
Exo. 17. cōcinebat: & dn̄s p laudāte ſupabat. Moyſes cōtra Amalech: nō gladio: ſed oratione pugnauit.

Si erigí volumus: proſternamur. Proh pudor: & ſtolída vſq; ad íncredulítatẽ mens fugít romanus exercitus: victor orbís & dominus. Ab his vincít: hos pauet: horum terretur aſpectu: quí ingredí non valent. Quí ſi terrã tetigerint: ſe mortuos arbitrant: & nõ intellígimus ꝓphetarũ voces. Fugient mille vno perſequente. Nec amputamus cauſas morbí: vt morbus pariter auferat. Statimq; cernamus ſagíttas pílis: tyaras galeis: caballos equís cedere. Exceſſimus conſolãdí mortẽ. Et dũ vnius mortẽ flere ꝓhibemus: totius orbís mortuos planximus. Xerſes ílle rex potentíſſimus: quí ſubuertít montes: maría cõſtrauit: cũ de ſublími loco ínfinitã homínũ multítudínẽ & ínnumerabílẽ vidíſſet exercitũ: fleſſe dícit ꝙ poſt centũ annos nullus eorũ: quos tunc cernebat: ſuperfuturus eſſet. O ſi poſſemus ín talẽ aſcendere ſpeculã: de qua vníuerſam terrã ſub nrís pedíbus cerneremus: tã tibí oſtenderẽ totius orbís ruínas: gentes gentíbus: & regnís regna colliſa alíos torqueri: alíos necari: alíos abſorberí fluctíbus: alíos ad ſeruítutẽ trahí: hic nuptías: ibí plãctũ: íllos naſcí: íſtos morí: alíos affluere delitíjs: alíos mẽdícare. Et nõ Xerxís tm exercitũ: ſed totíus mundí hoíes quí nũc víuunt ín breuí ſpatío defuturos. Víncitur ſermo reí magnitudíne: & mínus ẽ om̃e quod dícimus. Redeamus ígitur ad nos: & quaſi e cœlo deſcendentes pauliſp noſtra videamus. Sentís ne obſecro te: qñ ínfans: quãdo puer: qñ íuuenís: qñ robuſtæ ætatís: qñ ſenex factus ſis? Quotídie morímur: quotídie cõmutamur: & tm̃ æternos nos eſſe credímus? Hoc ípſũ quod dícto: quod ſcríbí: quod relego: quod emẽdo de vita mea trahít. Quot pũcta notarí: tot meorũ damna ſunt tẽporũ. Scríbimus atq; reſcríbimus: tranſeũt maría epiſtolæ: & ſcíndente ſulcũ carína: p̃ ſíngulos fluctus ætatís noſtræ momẽta mínuũt. Solũ habemus lucrí: qd̃ Xp̃í nobís amore ſocíamus. Charítas patíens eſt: benígna ẽ: charítas nõ zelat: nõ agít perperã: nõ ínflatur: oía ſuſtínet: oía credít: oía ſperat: oía patít. Charítas nunq̃ excídit: hæc ſempvíuít ín pectore Ob hanc Nepotíanus noſter abſens præſens eſt: & per tanta terrarũ ſpatía díuíſos vtraq; cõplectímur manu Habemus mutuæ obſidẽ charítatís: iũgamur ſpũ: ſtrígamur affectu: & fortítudínẽ mentís quã beatus papa Chromatius oſtẽdít ĩ dormitíone germaní: nos ímítemur ĩ fílío. Illũ nostra pagella decantet: íllũ cunctæ lr̃æ ſonẽt. Quẽ corpore nõ valemus: recordatíone teneamus. Et cũ quo loquí nõ poſſumus, de eo loquí nunq̃ deſinamus.

Beatí Híeronymí preſbyterí ad Paulã conſolatoría ſuper dormitiõe Bleſíllæ fílíæ ſuæ: Exemplís & auctorítatíbus comprobans defunctos nõ eſſe lugendos: nec mouere quẽq̃ exempla debere eorũ quí ín veterí teſtamento ſuos planxere: quoniã ad ínferos nouerant ante Chriſtí aduẽtũ deſcenſuros. Paulã quoq; dolore nímío conſternatã arguít: & conſolat: filiã índucens loquẽtem: & matrẽ flere prohíbentẽ.

EPISTOLA LXV.

R q

Vís dabít capití meo aquã: & oculís meis fontẽ lachrymarũ? & plorabo: non vt Hieremías aít vulneratos populí ſuí: nec vt Ieſus míſerã Hieruſalem: ſed plorabo ſanctítatem: míſerícordíã: innocentíã: caſtítatẽ: plorabo om̃es pariter ín vnius morte deſecíſſe vírtutes. Nõ ꝙ lugenda ſít ílla quæ abíjt: ſed ꝙ nobís ímpatíentíus ſít dolendũ ꝙ talẽ vídere deſíuímus. Quís enĩ ſíccís oculís recordet. xx. annorũ adoleſcentulã tã ardentí fíde leuaſſe crucís vexíllũ: vt magís amíſſã vírgínítatẽ: q̃ marítí doleret ínteritũ? Quís ſíne ſíngultíbus tranſeat orandí ínſtantíã: nítorẽ línguæ: memoríæ tenacítatẽ: cacumen ingenij? Si græce audíſſes eã loquentẽ: latíne eã neſcíre putares. Sí in Romanũ ſonũ língua ſe verterat: nihíl oĩno peregrínus ſermo redolebat. Iã vero quod ĩ Orígene míror: quodq; ĩ íllo græcía tota mírat: ín paucís nõ dícã menſíbus: ſed díebus: íta hebreæ línguæ vícerat difficultates: vt ín díſcẽdís canendíſq; pſalmís cũ matre cõtenderet. Humílitas veſtíũ (nõ vt ín plæríſq; ſolet) tumẽtes anímos arguebat: ſed cũ ínteríorí ſe mente deíecerat. Inter ancíllaq; vírgínũ cultũ dominãq; níhíl medíũ: níſí ꝙ ín eo facílíus dígnoſcebat ꝙ negligentíus íncedebat. Vacíllabat ægrotatõne feſſa: & pallentẽ ac trementẽ facíe vix collũ tenue ſuſtínebat: & tamẽ aut ꝓphetã aut euangelíũ ſemp ín manibus tenebat. Lachrymís ora complent: ſíngultus occupat vocem: & hærentẽ línguã víſcera cõmota nõ laxant. Cũ ſanctũ corpuſculũ febríũ ardor excoqueret: & ſemíanímẽ ín lectulo vallaret círculus ꝓpínquorũ: hæc ín extrema verba mandabat: Orate dñm Ieſũ vt míhí ígnoſcat: quía ímplere nõ potuí quod volebã. Secura eſto o mí Bleſílla: cõfidímus probantes vera quæ dícimus. Nunq̃ eſt ſera conuerſío. Vox hæc prímũ dedícata eſt ín latrone: Amen díco tíbí: hodíe mecũ erís ín paradíſo. Poſtq̃ autẽ ſarcína carnís abiecta ad ſuũ aĩa reuolauít auctorẽ: & ín antíquã poſſeſſíonẽ díu peregrínata conſcendít: ex more parant exequíæ: & nobílíũ ordíne præeunte: aureũ fere S tro velamẽ obtendít. Videbant míhí tunc clamare de cœlo: Nõ agnoſco veſtes: amíctus íſte nõ meus: hic ornatus alíenus eſt. Sed quíd agímus? Matrís prohíbituri lachrymas ípſí plangímus.

Confiteor affectus meos: totus hic liber fletibus inscribitur. Fleuit & Iesus Laçarum: quia amabat illũ. Nõ est optimus consolator: quẽ proprij vincunt gemitus: cuius visceribus mollitis fracta in lachrymis verba desudant. Testor mi Paula Iesum: quẽ Blesilla nũc sequit̃: testor sanctos angelos: quorũ consortio fruit̃: eadẽ me dolorũ perpeti tormenta quæ pateris: patrẽ esse spũ: nutritiũ charitate: & interdũ dicere: Pereat dies illa in qua natus sum. Et heu mihi pater: vt quid genuisti me virũ: qui dicerer discrimẽ omni terræ. Et illud: Iustus es domine: verũtamen iudicia loquar ad te. Quid est q̃ viæ peccatorũ prosperant̃: & mei pene moti sunt pedes: pene effusi sunt gressus mei. Quia celaui in peccatoribus: pacẽ peccatorũ videns. Et dixi: Quõ cognouit deus & si est scientia in excelso. Ecce ipsi peccatores & abundãtes in sæculo: obtinuerũt diuitias. Sed rursus illud occurrit: Si narrauero sic: ecce grauationẽ filiorũ tuorũ p̃uaricatus sum. Nũquid & in meã mentẽ nõ hic sæpius fluctus illidit̃? quare senes impij sæculi diuitijs perfruunt̃? quare adolescentia rudis & sine peccato puerilia imaturo flore metitur? Quid cause est: vt sæpe bimuli trimulicq;: & vbera materna lactentes a dæmonio corripiant̃? repleant̃ lepra: morbo regio deuorẽtur: & econtrario impij: adulteri: homicidæ: sacrilegi: vegeti: atq; securi de sua sanitate in deũ blasphemẽt̃? præsertim cũ iniustitia patris nõ redundet ad filiũ: & anima quæ peccauerit ipsa morietur. Aut si manet vetus illa sñia: peccata patrũ in filios oportere restitui: iniquum sit longeui patris innumera delicta in innocente infantiã repensare. Et dixi: Ergo sine causa iustificaui cor meum: & laui inter innocẽtes manus meas: & factus sum flagellatus tota die. Sed cũ hæc cogitarem statim didici cũ ꝓpheta: Et suscepi vt cognoscerẽ: hic labor est in conspectu meo: donec ingrediar sanctuariũ dei: & intelligã in nouissima eorũ. Iudicia enĩ dñi abyssus multa. Et o profundũ diuitiarũ sapiẽtiæ & scĩæ dei: q̃ inscrutabilia sunt iudicia eius: & inuestigabiles viæ eius? Bonus ẽ deus: & oĩa quæ bonus facit bona sint necesse est. Mariti orbitas irrogat̃: plãgo quod accidit. Sed quia sic placet dño: æquo animo sustinebo Vnicus raptus est filius: durũ quidem: sed tolerabile: quia sustulit ille qui dederat. Si cæcus fuero: amici me lectio consolabit̃. Si auditũ quoq; surdæ aures negauerint: vacabo a vitijs: nihil aliud nisi dominũ cogitabo. Imminebit super hoc & dura pauperies: frigus: languor: & nuditas. Extremã expectabo mortẽ: & breue putabo malum. T

p̃s. us. q̃ filius melior subsequatur. Consideremus quid ethicus ille psalmus sonat: Iustus es domine & rectũ iudiciũ tuũ. Hoc nõ potest dicere nisi ille qui ad vniuersa quæ patitur: magnificat dominũ & suo merito imputans: in aduersis de eius clæmentia gloriat̃. Exultauerunt enĩ filiæ iudæ in omnibus iudicijs dñi. Si Iuda confessio interpretat̃: confitens aũt oĩs aĩa credentis est: necesse est: vt qui se credere dicit in Xp̃o: in omnibus Xp̃i iudicijs gaudeat. Sanus sum? gratias refero creatori. Langueo? & in hoc laudo dñi voluntatẽ. Quãdo enĩ infirmor tunc fortior sum: & virtus spũs in carnis infirmitate perficit̃. Patit̃ & apl's aliquid quod nõ vult: ꝓ quo ter dñm deprecat̃: sed dici

2. Cor. 12 tur ei: Sufficit tibi gratia mea: quia virtus in infirmitate perficitur Et ad reuelationũ humiliandã superbiã: monetur quidẽ humanæ imbecillitatis: & apponit̃ in similitudine triumphantiũ: quibus in curru retro comes adhærebat: per singulas acclamationes ciuiũ dicens: Hominẽ te eẽ me mẽto. Cur aũt durũ sit: q̃ qñq; patiẽdũ ẽ? & cur dolemus quẽq̃ mortuũ? Ad hoc enĩ nati sumus: vt maneamus æterni? Abraã: Moyses: Esaias: Petrus: Iacobus. iohãnes: Paulus electiõis vas: & super oĩa filius dei morit̃: & nos indignamur aliquẽ exire de corpore: qui ad hoc forsitan raptus est: ne malitia imutaret intellectũ eius. Placita enĩ erat deo aĩa eius. Propter hoc properauit educere eã de media iniquitate: ne longa vita in itinere deuijs obrueret anfractibus. Lugeat̃ mortuus: sed ille quẽ gehenna suscipit: quẽ tartarus deuorat: in cuius pœna æternus ignis æstuat Nos quorũ exitum angelorũ turba comitatur: quibus obuiam Christus occurrit: grauemur magis si diutius in tabernaculo isto mortis habitemus. Quia q̃diu hic moramur peregrinamur a domo Illa nos cupido teneat. Heu mihi quia peregrinatio mea, plongata est a me: habitaui cũ habitantibus Cedar: multũ peregrinata est anima mea. Si Cedar tenebræ sunt: & mundus ipsæ sunt tenebræ: quia lux lucet in tenebris: & tenebræ eã nõ comp̃hẽderunt: faueamus Blesillæ nostræ: quæ de tenebris migrãs ad lucẽ: inter fidei incipientis ardorẽ cõsũmati operis percepit coronã. Reuera si sæculare desideriũ: & (quod deus a suis auertat) delitias vitæ huius cogitantẽ mors imatura rapuisset: plangẽda erat: & oĩ lachryma ꝛ fonte plorãda. Nunc vero cũ ꝓpitio Christo ante q̃tuor ferme menses secũdo quodãmõ ꝓposito se baptismi lauerit: & ita deinceps vixerit: vt calcato mundo semp monasteriũ cogitarit: nõ vereris ne tibi saluator dicat: Irasceris Paula: quia tua filia mea facta est filia. Indignaris de iudicio meo: & rebellibus lachrymis facis inuidiã possidenti. Scis enĩ quid de te: quid de cæteris tuis cogitẽ. Cibũ tibi denegas: nõ ieiunior ꝛ studio: sed doloris: nõ amo frugalitatẽ istã. Ieiunia ista aduersarij mei sunt. Nullã animã recipio: quæ me nolẽ V

te ſeparaꝫ a corpore: tales ſtulta philoſophia habeat martyres: habeat Zenonem: Theombrotũ vel Cathonem. Super nullum requieſcit ſpiritus meus niſi ſuper humilẽ: & quietum: & tremẽtem verba mea. Hoc eſt quod mihi in monaſterio promittebas? q̃ habitu a matronis cæteris ſeparato: tibi quaſi religioſior videbaris? Mens iſta quæ plangit ſericarũ veſtiũ eſt. intercideris & emoreris: & quaſi nõ in meas manus ventura ſis: crudelẽ iudicem fugis. Fugerat quondam & Ionas animoſus propheta: ſed in profundo maris merſus fuit. Si viuentem crederes filiã: nũq̃ plangeres ad meliora migraſſe: Hoc eſt quod per apoſtolũ meum iuſſeram: ne pro dormientibus ĩ ſi militudinem gentiũ triſtaremini. Erubeſce Ethnice: compatione ſuperaris: melior diaboli ancilla q̃ mea eſt? Illa infidelem maritũ tranſlatum fingit in cœlũ: tu mecum tuã filiam cõmorãtẽ: aut non credis: aut non vis: ſed dicis: Quomodo lugere me prohibes: cũ & Iacob Ioſeph in ſacco fleuerit: congregatiſq; ad ſe, ppinquis noluit conſolari: dicens: Deſcendã ad filiũ meũ lugens in infernũ. Et Dauid Abſalon cooperto capite plaxerit: repetens: Filius meus Abſalon: quis dabit vt moriar pro te fili mi Abſalon? Moyſi quoq; & Aaron: cæteriſq; ſanctoꝝ ſolennis ſit luctus exhibitus. Perfacilis ad iſta reſponſio eſt. Luxiſſe Iacob filiũ quẽ putabat occiſum: ad quẽ & ipſe erat ad inferos deſcenſurus dicẽs: Deſcendã ad filiũ meũ lugens in infernũ. Quia necdũ padiſi ianuã Xp̃us effregerat. Necdũ flãmeã illã rompheã & vertiginẽ præſidentiũ Cherubin ſanguis eius extinxerat. Vñ & Abraã licet in loco refrigerij: tñ apud inferos cũ Laçaro ſcribit. Et Dauid iuſte fleuiſſe filiũ parricidã: qui aliũ paruulũ poſtq̃ vidit: quia vt viueret ĩpetrare nõ potuit: quia ſciebat nõ peccaſſe: nõ fleuit. De Moyſe vero & Aaron: q̃ eis ex veteri more ſit planctus exhibitus: nõ mirandũ ẽ: cũ & ĩ actibus apoſtoloꝝ iã euãgelio choruſcãte Stephano fecerint Hieroſolymæ fratres planctũ magnũ. Et vtiq; planctus magnus nõ ĩ plangẽtiũ examinatiõe: vt tu æſtimas: ſed in pompa funeris: & exequiarũ frequentia intelligendus ſit. Deniq; de Iacob ſcriptura ſic loquit: Et aſcẽdit Ioſeph ſepelire patrẽ ſuũ: & aſcenderũt cũ eo oẽs pueri Pharaonis: & ſenio res domus eius: & ſeniores oĩs terræ Aegypti: & oĩs domus Ioſeph & frẽs eius. Et poſt paulũ: Et aſcenderũt cũ eo quadrigæ & equites. Et facta ſunt caſtra grãdia nimis. Ac deinde. Et plãxerũt eũ planctu magno & forti nimis. Plãctus iſte ſolẽnis nõ longas ægyptijs imperat lachrymas: ſed funeris monſtrat ornatũ. Iuxta quẽ modũ Aaron quoq; & Moyſen fletos eſſe manifeſtum eſt. Nequeo ſatis ſcripturæ laudare myſteria & diuinũ ſenſum: in verbis licet ſimplicibus admirari: quid ſibi velit q̃ Moyſes plangitur: & Ieſus Naue vir ſanctus ſepultus refertur: & tamen fletus eſſe non ſcribitur. Neq; illud quod in Moyſe: id eſt. in lege veteri ſub peccato Adam omnes tenebantur elogio: & ad inferos deſcẽdentes cõſequẽter lachrymæ proſequebanꝫ ſcd'm apoſtolũ: qui ait: Et regnauit mors ab Adã vſq; ad Moyſen: etiã ſup eos qui nõ peccauerunt. In ieſu vero: id eſt. in euangelio: per quẽ paradiſus eſt apertus: mortẽ gaudia proſequunt: flentes q̃ hodie iudæi: & nudatis pedibus in cinere volutati: ſacco incubant. Ac ne quid deſit ſuperſtitioſi ex ritu vaniſſimo phariſæoꝝ: primũ cibũ lentis accipiũt: videlicet oſtendẽtes q̃ſi edulio primogenita perdiderint. Et merito: quia ĩ reſurrectionẽ dñi nõ credẽtes: antixp̃i præparanꝫ aduẽtui. Nos vero qui Xp̃m induimus: & facti ſumus (iuxta apoſtolũ) genus regiũ & ſacerdotale: nõ debemus ſuper mortuos cõtriſtari. Et dixit inqt Moyſes ad aarõ & Eleaçar & Ithamar filios eius: qui relicti erãt: Caput veſtrũ nõ denudabitis: & veſtimẽta vra nõ ſcindetis: ne moriamĩ: & ſup omnẽ ſynagogã veniat ira. Nolite inquit ſcindere veſtimẽta veſtra: & luctũ exhibere gentilem: ne moriamini. Mors veſtra peccatũ eſt. Et quod forſitan crudele alicui videatur: ſed fidei neceſſarium eſt. In eodem Leuitico ſcribitur: quomõ ſacerdos magnus ad patrẽ: matrẽ: fratrẽq; vel liberos mortuos prohibeatur accedere: ne videlicet ania dei ſacrificijs vacans: & tota in illius miniſterijs occupata aliquo impediatur affectu. Nonne alijs verbis idipſum in euangelio præcipitur: vt renunciet dñi diſcipulus? vt mortuo patri non exhibeat ſepulturam? Et de ſanctis inquit: Nõ exiet: & nõ contaminabit ſanctificatio dei eius: quia ſanctũ oleũ vnctionis a deo ſuper eum eſt. Certe poſtq̃ credimus in Chriſtũ: & oleo vnctionis eius accepto illũ portamns in nobis: nõ debemus exire de templo: id'eſt. de propoſito chriſtiano: nõ foras egredi: incredulitati videlicet gentilium cõmiſceri: ſed eſſe ſemper intrinſecus: id eſt. voluntati dñi miniſtrare. Hæc iccirco dicimus: ne ignorantia ſcripturarũ auctoritatẽ tibi præberet in luctu: & videreris rationabiliter errare. Et adhuc ſic locutus ſum quaſi vnã de turbis conuenerim chriſtianã. Cũ vero ſciã toto terre nunciaſſe mundo: & abiectis calcatiſq; delitijs ſæculi: orationi: ieiunijs: lectioni vacare quotidie cũ ad exemplũ Abraam cupias exire de terra tua & de cognatione tua: vt & Chaldeis & Meſopotamia derelicti s: terrã repromiſſionis introeas: cũ omnẽ ſubſtantiolã aut pauperibus dei largita ſis; aut filiã ante matrẽ mundo mortuã dederis; miror te ea facere: quæ ſi fecerint cæteræ: re-

1. Theſ. 4.

Geñ. 37.

2. Reg. 18.

Act. 7.

Geñ. 50.

Ro. 5.

1. Pe. 2.

Leuit. 10

Ma. 8.

prehenſione dignæ viderent. Redit tibi in memoriã confabulatio eius: blanditiæ: ſermo: cõſortium: & ꝙ his careas pati non potes. Ignoſcimus matris lachrymis: ſed modũ quærimus in dolore. Si parentẽ cogito: non reprehendo quod plangis. Si chriſtianã & monachã ab his nominibus mater excluditur. Recens vulnus eſt: & tactus iſte quo blandior: non tam curat q̃ exaſperat. Attamen quod tempore mitigandũ eſt: cur ratione nõ vincitur? Nam & Noemi famẽ fugiens i terrã Moab: & maritũ perdit & filios. Et cum ſuorum auxilio eſſet deſtituta Ruth alienigena ab eius latere nõ recedit. Vide quanti meriti ſit deſertæ præſtitiſſe ſolatiũ. Ex eius ſemine Chriſtus oritur. Reſpice Iob quanta ſuſtinuit: & videbis te nimiũ delicatã. Illum erectis in cœlũ oculis inter ruinã domus pœnas: innumeras orbitates: & ad extremũ vxoris inſidias: inuictã tenuiſſe patientiam. Scio ꝙ reſponſura ſis: hoc illi quaſi iuſto ad probationem veniſſe. Et tu e duobus elige quod velis: aut ſancta es & probaris: aut peccatrix: & iniuſte quereris: minora ſuſtinens ꝙ̃ mereris. Quid vetera replicem? præſentia exempla ſectare. Sancta Melania noſtri temporis inter xp̃ianos vera nobilitas: cũ qua tibi dñs: mihiq̃ cõcedat in die ſua habere partẽ. Hæc calente adhuc mariti corpuſculo: & necdũ humato: duos ſimul pdidit filios. Rẽ ſum dicturus incredibilẽ: ſed teſte Xp̃o nõ falſam. Quis illã nõ putaret more lymphatico ſparſis crinibus: veſte cõſciſſa: laceroq̃ pectus inuadere? Lachrymæ gutta nõ fluxit: ſtetit imobilis: & ad pedes aduoluta Xp̃i: q̃ſi ip̃m teneret: arriſit. Expeditius inquit tibi ſeruitura ſũ dñe: quia tanto me onere liberaſti. Sed forſitan ſuperat in cæteris. Quinimo qua illos mente contẽpſerit: in vnico poſtea filio pbat: cui omni quã habebat cõceſſa poſſeſſio: ingruẽte iã hyeme Hieroſolymã nauigauit. Parce quæſo tibi: parce filiæ cũ Xp̃o iã regnanti: parce ſaltẽ Euſtochio tuæ: cuius parua adhuc ætas: & rudis pene infantia te magiſtrante dirigitur. Sæuit nũc diabolus. Et quia vnã cernit de tuis liberis triumphantẽ: obrutũ ſe eſſe condolens: quærit in remanente victoriã: quã i præeunte iã pdidit. Grandis in ſuos pietas: impietas in deũ eſt. Abraã vnicũ filiũ lætus interfecit: & tu vnã de pluribus q̃reris coronatã. Nõ poſſum ſine gemitu eloqui quod dicturus ſum. Cũ de media pompa funeris te exanimẽ referrẽt: hoc inter ſe populus muſſitabat. Nõne illud ſẽ quod ſæpius dicebamus: Dolet filiã ieiunijs interfectã: ꝙ nõ vel de ſecundo eius matrimonio tenuerit nepotes? Quouſq̃ genus deteſtabile monachorũ nõ vrbe pellit? nõ lapidibus obruit? non præcipatatur in fluctibus? Matronã miſerabilẽ ſeduxerunt. Quæ quia monacha eſſe noluerit: hinc probatur ꝙ nulla gentiliũ ita ſuos vnq̃ fleuerit filios. Qualem putas ad iſtas voces Chriſtũ habuiſſe triſticiã? quomodo exultaſſe Sathanã? qui nunc tuam animã eripere feſtinans: & pie tibi proponens doloris illecebrã: dũ ante oculos tuos filiæ ſemp imago verſat: cupit matrẽ ſimul necare victricis: & ſolitudinẽ ororis inuadere derelictã. Non vt terreã loquar: ſed vt mihi teſtis eſt dñs: quaſi ante tribunal eius aſſiſtens: in hæc te verba conuenio. Deteſtãdæ ſunt iſtæ lachrymæ plenæ ſacrilegio crudeli: quæ non habent modũ: quæ vſq̃ ad viciniã mortis accedunt. Vlulas & exclamitas: & quaſi quibuſdã facibus accenſa: quãtũ in te eſt: tui ſemp homicida es. Sed ad talẽ clæmẽs ingredit Ieſus: & dicit: Quid ploras? Nõ eſt mortua puella: ſed dormit. Irrideant circũſtantes. Iſta infœlicitas iudeorũ eſt. Te quoq̃ ſi ad ſepulchra filiæ volueris volitare: angelus increpabit: Quid quæris viuentẽ cum mortuis? Quod quia Maria fecerat Magdalenæ: poſtq̃ vocem dñi ſe clamantis agnouit: ad eius prouoluta pedes audit: Ne tetigeris me: nedum enĩ aſcendi ad patrẽ meũ: id eſt. non mereris tangere reſurgẽtẽ: quem mortuũ æſtimas in ſepulchro. Quas nunc eſtimas Bleſillã noſtram pati cruces? quæq̃ ferre tormenta: ꝙ tibi Chriſtum videat ſubiratũ? Clamat nũc illa voce lugenti: Si vnq̃ me amaſti mater: ſi tua vbera ſuxi: ſi tuis inſtituta ſũ monitis: ne inuideas gloriæ meæ. Nec hoc agas vt a nobis in perpetuum ſeparemur. Putas eſſe me ſolam? Habeo pro te Mariam matrem domini. Multas hic video quas antea neſciebam. O ꝙ melior eſt iſte comitatus. Habeo Annam quondam in euangelio prophetantẽ: & quo magis gaudeas: tantorũ annorum laborem ego in tribus menſibus conſecuta ſum. Vnã palmã caſtitatis accepimus. Miſereris mei quia & mundũ reliqui. At ego veſtri ſortem doleo: quos adhuc ſæculi carcer includit: q̃s quotidie in acie præliantes: nunc ira: nunc auaritia: nũc libido: nunc variorũ incentiua vitiorum pertrahunt ad ruinam. Si vis vt mater mea ſis: cur placere Chriſto non vis? Non agnoſco matrẽ meo domino diſplicentẽ. Loquitur illa & alia multa quæ taceo: & pro te dominũ rogat: mihiq̃ vt de eius mente ſecurus ſum: veniã impetrat peccatorũ: quod monui: quod hortatus ſum: quod inuidiã propinquorũ vt ſalua eſſet excepi. Itaq̃ dũ ſpiritus hos artus regit: dum vitæ huius fruimur cõnexu: ſpondeo: promitto: polliceor: illã mea lingua reſonabit: illi mei dedicabuntur labores: illi ſudabit ingeniũ. Nulla erit pagina quæ non Bleſillam ſonet. Quocunq̃ ſermonis noſtri monumenta peruenerint: illa cum meis opuſculis peregrinabitur: hanc mea mente defixam

Ioh. 20

legent virgines: viduæ: monachi: sacerdotes. Breuis vitæ spatiũ æterna memoria compensabit Quæ cũ Christo viuit in cœlis: in hominũ quoq; ore victura est. Transeat & præsens ætas: sequentur sæcula post futura: quæ sine amore: sine inuidia iudicabunt. Inter Paulæ Eustochij q; nomen media ponetur. Nunq̃ in meis morítura est libris. Audiet me semper loquentẽ cum sorore: cũ matre Amen.

Beati Hieronymi p̃sbyteri ad Tyrasiũ de obitu filiæ cõsolatoria: vbi docet gratulandũ: q; dñs depositũ reposcere dignatus est suũ: q; mundi periculis casibusq; subtraxerit: q; ex labore ad requiẽ: ex erumna ad conseruationẽ gaudiorũ adduxerit. Vbi docet dñm Laçarꝝ plãxisse nõ mortuũ: sed ad vitæ huius miseriã suscitandũ. Ostendit quoq; hoies nõ tãp orbitate & solitudine: q; iudicio diffidentiæ lugere defunctos.

EPI. LXVI.

Enedicto & dilectissimo parenti Tyrasio Hieronymus. Charitatis tuæ scripta perce
b pi: in quibus animũ tuũ dolore cõmotũ de filiæ dormitione cognoui. Non aliud prin
A cipaliter admiratus sum: q̃ christiani pectoris in te ablatã virtutẽ fuisse: vt animũ fle
cteres ad dolorem: Stupeo murũ fidei penetratum vulneribus orbitatis: quem fepire debuerat spes resurrectionis & regni cœlestis. Nunq̃ spes cum dolore concordat: nec fides aliquando sentit quãcunq; iacturã. Resurgere credimus nostros & plangimus. Quid faceremus si mori tantũmodo præciperet deus? Voluntas eius sola sufficeret ad solatiũ: cui nullũ præponere iubemur affectũ. Quod dederat: abstulit qui creauerat. Quis est alius qui plãgat quod ad tẽpus acceperat? Cõmodauerat: vt haberes quãtocunq; tempore voluisset: & cũ vellet rursũ auferret. Nihil abstulit tuũ: qui dignatus est recipere, ppriũ. Creditũ suũ recipere decuit creditorem: & nihil aliud decet: q̃ creditori suo gratias agere mutuantẽ. Sic Iob legimus: quã sequamur deuotissimã vocẽ dicentis: Dominus dedit: dñs abstulit: sicut domino placuit ita factum est: sit nomẽ Iob. 1.
dñi benedictũ. Parũ ergo non erat hæc consolatio contra luctũ: q; nemo lugere debeat: cum aliquid reddiderit alienũ: quia fas non erat apud aliũ retineri: quod domino suo fuerat necessariũ. Additur consolationis alia ꝓuidentia: quæ iaculis orbitatis occurrat. Plangere debuimus de sæculo recedentes: si sæculi inimicicias contra nos minime sentiremus. Et plangimus dñi beneficia: qui nouit infirmitati nostræ quid præstet. Periclitari volebat adhuc qui dolet aliquẽ dormientẽ: & inter fluctus vitæ præsentis videre cupiebat miserũ laborare talibus ac tantis tempestatibus vitæ: tot impugnationes diaboli: tot corporis bella: tot sæculi clades euasit. Et lachrymas fũdis: quasi nescias quid in teipso quotidie patiaris. Propter quod admonet dominus apostolos suos dicens: Si diligeretis me: gauderetis: quia vado ad patrẽ. Plane Laçarũ fleuit mortuũ: sed non Ioh. 14
tuas lachrymas fudit. Resurrectionis promissor dolorẽ docere non poterat: ne fidẽ perfidiam faceret quã docebat. Doluit Laçarũ non dormientẽ: sed potius resurgentẽ: & flebat. Quẽ cogebatur propter saluandos alios sæculo reuocare. Hanc vitã dans dñs ingemiscebat: quam tu doles esse sublatã. Contra lachrymas eius pugnant lachrymæ tuæ: & amor tuus amori eius nõ conue
B nit. Hic fletus nõ habet pietatẽ. Ille nolebat reddere laboribus quem dilexerat: & tu amare credebas te: cui laborũ volebas adhuc præstare tormenta. Cæterũ si putas eum Laçarũ doluisse: ante non permisisset exire: qui repellere potuit mortẽ. Aut certe non fleret: qui mortuũ suscitare post modũ habuerat potestatẽ. Vnde apparet sola eum causa fuisse cõmotũ: q; ad hostilem vitã charissimũ reuocare denuo: & propter credulos aliquos: & confundendos incredulos vrgebat. Denicq; sic subsecutus est dicens: Ergo pater vt credant quia tu me misisti: ait clara voce: Laçare pro Ioh. 11
di foras. Et factũ est. Gaude ergo vnde ille conatus est flere: ne tu saltem videaris dormientis fœlicitatibus inuidere. Ab aliena mundi prouincia transiuit ad dominũ: & de hostili patria migrauit ad cœlũ. Contra sic apostolus cõmemorat dicẽs: Q̃diu sumus in hoc sæculo: peregrinamur a domino. Non ergo nobis luctũ debet incutere quisq̃: cum a peregrinatione redire meruerit ad propriam regionem: maxime cũ non inanis & vacuus redire noscatur: qui christianitatis mercatus est lucrũ. Propter quod descendit ad mundi cõmerciũ. Et ego inquies nulla promissionũ cœlestiũ dubitatione conturbor: sed sola sepatione dormientis æstuans desolatus solatio pñ pignoris iactor. Excusatio est hæc Benedicte sine dubio fragilitatis humanæ: quæ patrocinari nõ potest diffidentiæ. Si enĩ desolationes homines ferre nõ valerent: nunq̃ prorsus parẽtes a se sua pignora dimisissent. Destitutos se a morientibus conquerunt: & viuos filios aut propter honores aut propter negocia peregrinis regionibus credunt: & gaudent tota vita sine affectibus cõmorari: dũmodo capiant quod cupiũt de suis pignoribus adipisci: & vt ad palatia pergãt peregrinant. Ad studia dignitatis nauigãt acquirẽda: vel ad causas patrimonij aliquas explicandas cũ labore & periculo: proficiscentes oẽs impellũt: nec secũ vacare quos diligunt patiunt. Et vt ad palatia

cœli: ad ſtudia Chriſti: ad honorẽ vitæ: & patrimoniũ poſſeſſionis æternæ cum ſecuritate valeant peruenire: nemo filios ſuos a ſe libenter gratulatur abſcedere. Ad comparanda peccata gaudent tam parentes a filijs: q̃ filij a parentibus: prouocante diabolo ſeparari. Ad indulgentiã percipiendam nolunt ab inuicem deo vocante diſcerni: vt appareat non pro noſtra ratione nos dolere quẽcunq; videmur amittere: ſed indiciũ magis oſtendere diffidentie. Mihi crede: ſola in omnibus incredulitas mœret. Et ſicut nõ poteſt fides noſſe quod doleat: ſic diffidentia ſola doloribus inuenitur ancilla. Nam ſi dormientes dicimus: dormiẽtes vtiq; credere debemus: & nõ mor-
Ioh. 11. tuos: ſed requieſcentes ſcd'm vocẽ dñi. Omnis inquit qui credit in me: licet moriat: viuet. Si tibi medicus hoc promitteret quiſq̃: nullã ſine dubio promiſſioni eius negare poteras oĩno licentiã: Nũc quia Chriſtus fabricator & reſuſcitator promittit: nõ timeas eam plangere: vt fideliorẽ Xp̃o pariter: & potentiorem medicũ videaris in promiſſione iudicare. Sed deſtitutam dicis doleo ſenectutem meam: qui debuerã liberos meos potius antecedere: ne in laboribus remanerem Quando de ſpiritalibus bonis quodcunq; tractatur: nihil eſt oĩno de carnalibus ante oculos proponendũ. Ego tibi melius profiteor eueniſſe: qui non carnalẽ: ſed ſpiritalẽ circa te conſidero fœlicitatẽ. Tu dicis de pignoris tui obitu in ſenectute confectũ: ego econtra probo ſubleuatum. Senectuti tuæ amputauit dñs magis ſollicitudinẽ: quæ torquebat de viua filia ne periret. Melius vtiq; nunc mortuã ſæculo credis eſſe apud deum viuam: q̃ hic viuam mortuã. Gaude tibi q̃ filiam chriſtianã mereberis ſequi: quam ſecutus in cœlo gaudeas. Non te deſerũit: ſed præceſſit. Miſiſti nutrimenta tua Chriſto. Si luctum horrueris: & te obtuliſſe pignus deo deputari poteris Secundũ votum tuum habe poſt Abraam: ſi non potes primũ: Vt quod ille non dubitabat offerre: tu forte videaris de ſublato gaudere. Ab illo dñs poſtulauit: a te tulit. Ille iuſſioni paruit: tu voluntati conſentias. Illum per illicitam legem naturæ probauit ſibi deuotum: te ſaltẽ per licitã cõditionem mortalitatis annotet religioſum. In qua parte chriſtianũ te poteris approbare. Erubeſcat incredulitas noſtra: quæ nec cum gentilibus deo vult eſſe ſubiecta. Cõmunis eſt nobis cum illis exitus mortis: & dolores illorũ ſuperamus doloribus noſtris. Quid ageremus ſi peculiare aliquid exigeretur a nobis? Quod ad dedecus noſtrũ pertinet: gentiles dolores ſæpe contemnũt cũ nõ ad ꝓmiſſa cœleſtia: ſed ad pœnas tartari rapiant: & nos plangimus euntes ad cœlũ. Conſidera chriſtianus talis quid merebit deinceps: qui nec imitari contendit exempla ſanctorũ nec contemptũ habere gentiliũ? Illi luctus deſperando deſpiciunt: nos & ſperando deſpicere non conamur. Illi ſeruire intrepidanter filios ſuos mortalibus tradunt: & nos deo noſtro ſimul: & ſuos liberos: & noſtros liberandos dimittere ſacrilega mente cũctamur: quaſi tutius apud hoĩes iudicemus magis q̃ penes deũ cõdemnari. Aliquẽ filiorũ chriſtiani nolũt vel gratulatiõe ſũa deducere ad bona: gentiles tradere nõ cunctant ad mala. Poſtremo vel cũ ipſa fœlicitate noſtrorũ morientiũ cogamur animũ flectere: ne deſideriis eorũ deſideria noſtra incipiant reluctari. Eſto religioſus: vel voto eius qui euaſit. Si non potes exulta: quia placuiſſe cognoſcis: tui participium ſanguinis Chriſto: maxime quod de occaſione debeas tolerare: cui non potes contradicere. Et cum ſit omnibus cõmunis hic caſus: vanus dolor ẽ: qui nec primus videtur eſſe: nec ſolus. Poſtremo vide ſi aliquid debeat dolori concedi: vbi ſine aliquo remedio poteſt animus fatigari. Sapienter debet dolere qui dolet: ne perdat ſine cauſa quod dolet. Nũc autẽ contra luctum ſumenda ſũt arma: vt ſpes noſtra poſſit habere victoriã: principaliter quod voluit deus ſuſcipere gratulemur. Deinde quia hoc nobis in mundo cõmune eſt: addit̃ nobis peculiare noſtrũ: q̃ ad requiẽ deducamur. Sequitur conſummatio omniũ gaudiorũ: q̃ in reſurrectione inuicẽ nobis dño reformante reddemur: quod apoſtolus pollicetur: Nolo vos ignorare fratres de dormientibus: vt nõ contriſtemini: ſicut & cæteri qui ſpem nõ habent. Si enĩ credimus q̃ Ieſus mortuus eſt & reſurrexit: ita & deus eos qui dormierunt in Xp̃o: adducet cũ illo. Hæc tibi Benedicte ꝑ charitate cõmuni trãſmiſi. Cæterũ ſcio te valere alios cõſolari. Tũc te orbitas nõ inueniet penetrabilẽ: ſi alios contra illã nõ ceſſes amare.

Beati Hieronymi p̃ſbyteri ad Iulianũ cõſolatoria de filijs & vxore defũctis: dicens illũ ĩ cõpatione Iob vmbrã quandã & ludũ ſuſtinuiſſe certaminis: quẽ etiã euãgelicis ſermonibus & apoſtolum exemplo ad contemptũ ſæculi & Xp̃i militiã exhortat.

EPISTOLA LXVII.

f Ilius mens frater tuus Auſonius in ipſo iam profectionis articulo: cum mihi præſentiam ſuam tarde dediſſet: & cito abſtuliſſet: atq; in puncto temporis ſalue pariter valeq; dixiſſet: vacuum ſe redire arbitratus eſt: niſi mearũ aliquid ad te nugarũ tumultuario ſermone portaret: iam dimiſſo ſynthemate equus publicus ſternebatur: & nobilẽ

iuuenem punicea indutũ tunica balteus ambiebat: & tamen ille appoſito notario cogebat loqui quæ velociter edita: velox conſequeretur manus: & linguæ celeritatem frenderent ſigna verbo rum. Itaq; non ſcribentis diligentia: ſed dictantis temeritate: longũ ad te ſilentiũ rumpo: offerẽs tibi nudam officij voluntatem. Extemporalis eſt epiſtola: abſq; ordine ſenſuũ: ſine lenocinio & compoſitione ſermonũ: vt totũ in illa amicũ: nihil de oratore reperias. In procinctu effuſam pu tes: & abire cupienti ingeſtũ viaticum. Diuina ſcriptura loquitur: Muſica in luctu intempeſtiua narratio. Vnde & nos leporem artis rhetoricæ contemnentes: & puerilis atq; plauſibilis eloquij venuſtatem: ad ſanctarum ſcripturarum grauitatem confugimus: vbi vera vulnerũ medicina ẽ: vbi dolorum certa remedia. In quibus recipit vnicum filium mater in feretro: vbi turbæ dicitur circumſtanti: Non eſt mortua puella: ſed dormit. Ibi & quatriduanus mortuus ad vocem incla mantis domini ligatus egreditur. Audio te in breui tempore duas virgunculas filias iunctis pe ne extuliſſe funeribus: & pudiciſſimã ac fidiſſimam coniugem tuam Fauſtinã: immo fidei calo re germanã: in qua ſola poſt amiſſos liberos acquieſcebas: ſubita tibi dormitione ſubtractã: qua ſi ſi naufragus in litore latrones reperiat: & iuxta eloquia prophetarum fugiens vrſum: incidat in leonẽ. Extendenſq; manũ ad parietẽ: a colubro mordeatur. Conſecuta rei familiaris damna: vaſtationem totius barbaro hoſte prouinciæ: & in cõmuni depopulatione priuatas poſſeſſionũ tuarum ruinas: abactos armentorũ & pecorum greges: vinctos occiſoſq; ſeruulos: & in vnica fi lia quam tibi crebræ orbitates fecerant chariorẽ: electum nobiliſſimũ generũ. Ex quo (vt omnia taceã) plus mœroris q̃ gaudij ſuſcepiſti. Hic eſt catalogus tentationũ tuarũ: hæc cum Iuliano ty runculo Chriſti pugna hoſtis antiqui. Quæ ſi ad te reſpicias: gaudia ſunt. Si ad bellatorẽ fortiſ ſimũ: ludus & vmbræ certaminis. Beato Iob poſt malorũ examina vxor peſſima reſeruata eſt: vt per eam diſceret blaſphemare. Tibi ſublata eſt optima: vt miſeriarũ ſolatium perderes. Aliud eſt ſuſtinere quam nolis: aliud deſiderare quam diligis. Ille in tot mortibus filiorum domus ſuæ rui nam vnũ habuit ſepulchrũ: & ſciſſis veſtibus (vt parentis monſtraret affectũ) procidens in ter ram adorauit: & dixit: Nudus exiui de vtero matris meæ: nudus & redeã. Dominus dedit: dñs ab ſtulit: ſicut domino placuit: ita factũ eſt: ſit nomen domini benedictũ. Tu (vt parciſſime dicam) inter multorũ officia propinquorũ: & conſolantes amicos: tuorũ exequias proſecutus es. Perdi dit ille ſimul omnes diuitias: & ſuccedentibus ſibi malorũ nuncijs ad ſingulas plagas feriebatur immobilis: complens in ſe illud de ſapiente præconiũ. Si fractus illabatur orbis: Impauidũ feri ent ruinæ. Tibi maior pars derelicta ſubſtantiæ: & tantũ tentaris quantũ ferre potes. Necdũ enĩ ad eum perueniſti gradũ: vt totis aduerſum te cuneis dimicetur. Diues quondã dñs: & ditior pa tre: ſubito orbus & nudus eſt. Cũq; in omnibus his quæ contigerant ei: nõ peccaſſet corã domi no: nec quicq̃ locutus eſt inſipiens: exultans deus in victoriã famuli ſui: & illius patientiã ſuum ducens triumphũ: dixit ad diabolũ: Animaduertiſti famulũ meũ Iob: quia nõ eſt quiſq̃ ei ſimilis ſuper terrã: homo innocẽs: verax: dei cultor: abſtinẽs ſe ab oĩ malo: & adhuc pſeuerans in in nocentia. Pulchre addidit: Et adhuc perſeuerans in innocẽtia: quia difficile eſt preſſam malis in nocentiã nõ dolere. Et ĩ hoc ipſa fide periclitari: q̃ ſe videat iniuſte ſuſtinere quod patit. Ad quæ rñdẽs diabolus dño ait: Coriũ p corio & oĩa quæ habuerit dabit p aĩa ſua. Sed extẽde manũ tuã & tãge oſſa & carnes eius: niſi in faciẽ bñdixerit tibi. Callidiſſimus aduerſarius & ĩueteratus di erũ malorũ: nouit alia eſſe quæ extrinſeca ſint: & a philoſophis quoq; mũdi a diaphora: hoc eſt ĩ differentia nominent: in eorũq; amiſſione atq; contemptu perfectã nõ eſſe virtutẽ: alia quæ in trinſecus & deſiderata cogant dolere perdentẽ. Vnde audacter dei renuit prædicationẽ: & dicit nequaq̃ eũ debere laudari: qui nihil de ſe: ſed totũ extra ſe dederit: qui pro corio ſuo coria obtu lerit filiorũ: & depoſuerit marſupiũ: & fruat corpis ſanitate. Vnde intelligat prudentia tua vſq; ad hunc terminũ q̃ueniſſe tentatões tuas: & dediſſe te coriũ p corio: pellẽ p pelle: oĩa quæq; ha bes: parũ eſſe dare p anima tua. Necdũ autẽ extentã in te manũ dei: nec tactas carnes: nec oſſa cõ fracta. Ad quorũ dolorẽ difficile eſt nõ ingemiſcere: & in faciẽ dei benedicere p eo quod ẽ male dicere. Vnde & Nabutha in regũ libris dicit benedixiſſe deũ & regẽ: & iccirco lapidat a popu lo. Sciens autẽ dñs athletã ſuũ: imo virũ fortiſſimũ: etiã in iſto extremo perfectoq; certamie poſ ſe ſuperare: Ecce in quit trado illũ tibi: tm animã illius cuſtodi. Caro viri ſancti dat in diaboli po teſtatẽ: & aĩæ ſanitas reſeruat: ne ſi illud percuſſiſſet: in quo ſenſus ẽ mẽtiſq; iudiciũ: nõ eẽt cul pa peccantis: ſed eius qui ſtatũ mentis euerterat. Laudent te alij: & tuas cõtra diabolũ victorias panegyricis proſequantur laudibus: q̃ læto vultu mortes tuleris filiarũ: q̃ in quadrageſimo die dormitionis earũ lugubrẽ veſtẽ mutaueris: & dedicatio oſſiũ martyris candida tibi veſtimenta reddiderit: vt nõ ſentires dolorẽ orbitatis tuæ: quem ciuitas vniuerſa ſentiret: ſed ad triumphũ

Ecc̃s. 22.

Mat. 9.

Am. 5.

Boe. de cõ. phi.

Iob. 1.

E

martyris exultares: q̄ ſanctiſſimā coniugē tuā nō quaſi mortuā: ſed quaſi proficiſcentē deduxe
ris. Ego te nequaq̄ adulatione decipiā: ne lubrica laude ſupplantē. Loquarq̄ illud potius quod
Eccī. 2. tibi audire condecet. Fili accedens ad ſeruitutē dei: præpara animā tuā ad tentationē: & cū oīa
feceris: dicito: Seruus inutilis ſum: nō feci quod facere debui. Tuliſti liberos quos ipſe dederas.
Recepiſti ancillā quā mihi ob breue ſolatiū commodaueras. Non contriſtor q̄ accepiſti: ſed ago
Mat. 19. gratias q̄ dediſti. Quod quondā diues adoleſcens omnia quæ in lege præcepta ſunt: ſe impleſſe
iactabat. Ad quē dñs in euangelio: Vnū inquit tibi deeſt. Si vis perfectus eſſe: vade vende oīa
quæ habes: & da pauperibus: & veni ſequere me. Qui oīa ſe feciſſe dicebat: in primo certami
ne diuitias vincere nō poteſt. Vnde & difficile intrāt diuites in regna cœlorū. quæ expeditos: &
alarū leuitate ſubnixos habitatores deſiderāt. Vade inquit & vende: nō partē ſubſtātiæ: ſed vni
uerſa quæ poſſides: & da: nō amicis: nō cōſanguineis: nō ꝓpinquis: nō vxori: nō liberis. Plus ali
quid addā: Nihil tibi ex oīmibus metu inopiæ reſeruabis: ne cum Anania damneris & Saphyra: F
ſed da cūcta pauperibus: & fac tibi amicos de iniquo māmona: qui te recipiant in æterna taber-
ps. 77. nacula: vt me ſequaris vt dñm. Mundi poſſeſſionē non habeas: vt poſſis canere cū ꝓpheta: Pars
mea dñs. Et vt verus leuita nihil de terræ hæreditate poſſideas. Et hoc hortor: Si vis eſſe ꝓfectus
ſi apoſtolicæ dignitatis culmē cupis: ſi ſublata cruce Xp̄m ſequi: ſi apprehenſo aratro nō reſpi-
cere poſt tergū: ſi in ſublimiſſimo tecto poſitus priſtina veſtimēta contēnis: & vt euadas Aegy-
ptiā dominā: ſæculi pallium derelinquis. Vnde & Helias ad cœlorū regna feſtinās: nō poteſt ire
cū pallio: ſed mundo immūdo veſtimenta dimittit. Sed hoc ais apoſtolicæ dignitatis eſt: & eius
qui velit eſſe perfectus. Cur autē & tu nolis eſſe perfectus? Cur qui in ſæculo primus es: non in
Chriſti familia primus ſis? an quia vxorē habueris? habuit & Petrus: & tamen cū rheti eā & na-
uicula dereliquit. Prouidentiſſimus dñs: & omniū ſalutē deſiderans: malenſq̄ pœnitentiā pec-
catoris q̄ mortē: abſtulit tibi hanc excuſationē: vt nō illa te retrahat ad terras: ſed tu eam ſequa-
ris ad paradiſi regna tendentē. Bona liberis paras: quæ te ad dominū præceſſerunt: vt partes ea
rum non in diuitias ſororis proficiant: ſed in redemptionē animæ tuæ: atq̄ alimenta miſerorum
Hæc monilia filiæ tuæ a te expetunt: his gemmis ornari capita ſua volunt. Quod periturū erat i
ſerico: in vilibus pauperū tunicis reſeruetur. Repetunt a te partes ſuas. Iunctæ ſponſo volunt vi
deri pauperes & ignobiles: propria ornamenta deſiderant. Nec eſt q̄ te excuſes nobilitate & di-
uitiarū pondere. Reſpice ſanctū virū Pāmachiū: & feruentiſſimæ fidei Paulinū preſbyterū: qui
non ſolum diuitias: ſed ſeipſos domino obtulerunt. Qui contra diaboli tergiuerſationē: nequa
q̄ pellem pro pelle: ſed carnes & oſſa & animas ſuas domino conſecrarunt. Qui te & exemplo
& eloquio: id eſt. & opere & lingua poſſunt ad maiora perducere. Nobilis es? & illi: ſed in illis
Chriſto nobiliores. Diues & honoratus? & illi: īmo ex diuitibus pauperes & inglorij: & iccirco
ditiores & magis inclyti: quia pro Chriſto pauperes & inhonorati. Et tu quidē bene facis: q̄ ſan
ctorū diceris viſibus miniſtrare: fouere monachos: eccleſijs offerre q̄plurima. Sed hæc rudimen-
ta ſunt militiæ tuæ. Contēnis aurū: contempſerunt & multi philoſophi. E quibus vnus (vt cæte
ros ſileā) multarū poſſeſſionū præciū proiecit in pelagus: abite dicens in profundū malæ cupidi
tates: ego vos mergā: ne ipſe mergar a vobis. Philoſophus gloriæ animal & popularis auræ vi-
le mancipium: totam ſimul ſarcinam depoſuit: & tu te putas in virtutum culmine conſtitutum:
ſi partē ex toto offeras. Teipſū vult dñs hoſtiā viuā placentē deo. Te inquā: nō tua. Et ideo va-
Heb. 12 rijs tentationibus cōmonet: quia multis plagis & doloribus eripitur Iſrael. Et quem dilīgit dñs
corripit. Flagellat autē omnē filiū quem recipit. Paupercula vidua duo æra minuta miſit in gaço
philatiū. Et quia totum obtulit quod habebat: omnes dicitur in oblatione munerū dei ſuperaſſe
locupletes: quæ non pondere ſui: ſed offerentium voluntate penſatur. Cum multis erogauerim G
cenſum tuum: & quidā tua gaudeant liberalitate: tamen multo plures ſunt quibus nihil dediſti.
Necq̄ enī Darij opes: & Crœſi diuitiæ valent explere pauperes mundi. Q̄ ſi teipſum domīo de
deris: & apoſtolica virtute perfectus: ſequi cœperis ſaluatorē: tunc intelliges vbi fueris: & in ex-
ercitu Xp̄i quē extremū tenueris locū. Nō planxiſti filias mortuas: & paternæ in genis lachry-
mæ Chriſti timore ſiccatæ ſunt. Quanto maior Abraam qui vnicū filium voluntate iugulauit:
& quē hæredē mundi futurū audierat: nō deſperat etiā poſt mortē eſſe victurū. Iepte obtulit vir
ginem: & iccirco in enumeratione ſanctorū ab apoſtolo ponitur. Nolo tm̄ ea offeras domino:
quæ poteſt fur rapere: hoſtis inuadere: ꝓſcriptio tollere: quæ & accedere poſſunt & recedere: &
inſtar vndarū & fluctuū a ſuccedentibus ſibi dñis occupantur. Atq̄ vt vno cuncta ſermōe com
prehendā: quæ velis nolis in morte dimiſſurus es. Illud offer quod tibi nullus hoſtis poſſit au-
ferre: nullus eripere tyrannus: quod tecū ꝑgat ad inferos: īmo ad regna cœlorū: & ad paradiſi de-

litias. Extruis monasteria: multus a te per insulas Dalmatiæ sanctorũ numerus sustentatur. Sed melius faceres: si & ipse sanctus inter sanctos viueres. Sancti estote: qm̃ ego sanctus sũ: dicit dominus. Apostoli gloriant̃ q̃ oĩa dimiserint: & secuti sint saluatorẽ: & certe præter rhetia & nauẽ nihil legimus eos dimisisse: & tamẽ testimonio futuri iudicis coronant̃. Quia se offerentes: totũ dimiserant quod habebãt. Hæc loquor nõ in sugillationẽ operũ tuorũ: vel q̃ extenuẽ liberalitatẽ & elemosynas tuas: sed quo te nolim inter sæculares esse monachũ: & inter monachos sæcularẽ Totũq̃ a te expetã: cuius audio mentẽ diuino cultui deditã. Si huic consilio nostro vel amicus: vel assecla vel propinquus renititur: & te ad delitias splendentis mensæ reuocat: intelligito eum non de tua aĩa: sed de suo vẽtre excogitare: & oẽs opes lautaq̃ cõuiuia subita morte finiri. Octo & sex annorũ intra. xx. dies duas filias amisisti: & arbitraris senẽ diu viuere. Cuius vt ætas longa tendat̃: audi & Dauid: Dies vitæ nostræ. lxx. anni. Si autẽ amplius. lxxx. & quicquid supest labor & dolor ẽ. Fœlix & oĩ digno beatitudine: quẽ senectus Xp̃o occupat seruientẽ: quẽ extrema dies saluatori inuenerit militantẽ: qui nõ cõfundet̃ cũ loquet̃ inimicis suis ĩ porta: cui ĩ introitu paradisi dicet̃: Recepisti mala ĩ vita tua: nũc aũt hic lætare. Nec enĩ vlciscet̃ bis dñs ĩ eadẽ re. Diuitẽ purpuratũ gehennæ flãma suscepit. Laçarus pauper & vlceribus plenus: cuius carnes putridas lambebãt canes: & vix de micis mẽsæ locupletis miserã sustẽtabat animã: ĩ sinu Abrae recipit̃: & tãto patriarcha parẽte lætat̃. Difficile: imo ipossibile est: vt & præsentibus quis & futuris fruat̃ bonis: vt & hic ventrẽ: & ibi mentẽ impleat: vt de delitijs trãseat ad delitias: vt in vtro q̃ sæculo primus sit: vt in cœlo & ĩ terra appareat gloriosus. Q̃ si tibi tacita cogitatio scrupulũ mouerit: cur monitor ipse non talis sim: qualem te esse desidero? Et nonnullos videris in medio itinere corruisse? Illud breuiter respondebo: non mea esse quæ dico: sed domini saluatoris. Nõ monere quid ipse possim: sed quid debeat facere: qui seruus futurus est Christi: & athletæ suis incitatoribus fortiores sunt: & tamen monet debilior: vt pugnet ille qui fortior est. Noli respicere ludam negantẽ: sed Paulum respice confitentẽ. Iacob ditissimi patris filius: solus & nudus in baculo pergit Mesopotamiam: iacet lassus in itinere. Et qui delicatissime a Rebecca matre fuerat educatus: lapide ad caput pro puluillo vtitur. Vidit schalam de terra vsq̃ ad cœlum: & ascendẽtes per eam angelos & descendentes: & desuper innitentẽ dominũ: vt lassis manum porrigeret: vt ascendentes suo ad laborem prouocaret aspectu. Vnde & vocatur locus ipse Bethel: id est. domus dei: in qua quotidiẽ ascenditur & descenditur. Et sancti enĩ corruunt si fuerint negligentes & peccatores pristinũ recipiunt gradũ: si sordes fletibus lauerint. Hoc ideo dixi: vt non terreant descendentes: sed prouocent ascendentes. Nunq̃ exemplũ a malis sumitur: etiam ĩ sæculi rebus semper a meliori parte incitamẽta virtutũ sunt. Oblitus, ppositi: & epistolaris breuitatis plura dictare cupiebã. Ad materiæ quippe dignitatẽ: & ad meritũ personæ tuæ parũ est omne quod dicitur. Et ecce tibi noster Ausonius cœpit schedulas flagitare: vrgere notarios: & hinnitu feruentis equi ingenioli mei festinus arguere tarditatẽ. Memento igitur nostri: & cura vt in Christo valeas. Atq̃ vt cætera taceã: domestica sanctæ veræ exempla sectare: quæ vere secuta Christũ: peregrinationis molestiã sustinet: & sit tibi tanti dux fœmina facti. Tribuat tibi Christus vt audias vt taceas: vt intelligas: & sic loquaris.

Leuit. 5

ps. 89.

Luc. 16.

Gen. 28.

Beati Hieronymi presbyteri ad Pãmachiũ consolatoria de dormitione Paulinæ vxoris: vbi eius conuersationẽ monachalẽ: erogationẽ elemosynarũ: generis dignitatẽ: & Paulæ ac Eustochij affinitatẽ præcipuis effert præconijs.

EPISTOLA LXVIII.

Fanato vulneri & in cicatricem superductæ cuti: si medicina colorem reddere voluerit: dum pulchritudinem corporis quærit: plagam doloris instaurat. Ita & ego serus consolator qui importune per biennĩ tacui: vereor ne nunc importunus loquar: & attrectans vulnus pectoris tui: quod tempore & ratione curatum est: cõmemoratione exulcerem. Quæ enim aures tam duræ: quæ de silice excisa præcordia: & hyrcanarum tigrium lacte nutrita: possunt sine lachrymis Paulinæ tuæ audire nomen? Quis parturientẽ rosam: & papillarum corymbũ: anteq̃ in calathũ fundatur orbis: & tota rubentium foliorum pandatur ambitione: immature demessum: æquis oculis marcescere videat? Fractũ est præciosissimũ margaritũ. Virens smaragdi gẽma contrita est. Quid boni habeat sanitas: languor ostẽdit. Plus sentimus quod habuimus: postq̃ habere desiuimus. In agro terræ bonæ tres fructus legimus. Cẽtesimũ: sexagesimũ & triceſimũ. In tribus mulieribus & sanguine & virtute cõiũctis: tria Xp̃i præmia recognosco. Eustochiũ virgitatis flores metit. Paula laboriosa, viduitatis areã terit. Paulina castũ matrimonij cubile conseruat. Tali filiarum mater fulta comitatu: totum sibi in terris ven-

dicat: quod Christus promisit in cœlo. Et vt quadrigam domus vna emitteret sanctitatis: & fœminarum virtutibus responderent viri: additur comes Pammachius. Verum Eçechielis Cherubin: frater: cognatus: gener: maritus: immo frater amantissimus: quia sancta consortia spiritus: vocabula non tenent nuptiarum. Huic quadrigæ Iesus præsidet. De his equis & Abacuch canit
Abac. 3. Ascende super equos tuos: & equitatio tua salus. Impari curru: pari animo ad palmam tenditur. Discolores equi: sed voluntate concordes vnũ aurigæ iugum trahunt: non expectantes flagelli verbera: sed ad vocis hortamenta feruentes: dicamus aliquid de philosophis. Quattuor virtutes describunt Stoici: ita sibi inuicẽ nexas: & mutuo cohærentes: vt qui vnã non habuerit omnibus careat: prudentiã: iusticiã: fortitudinẽ: temperantiã. Has omnes sic habetis singuli: vt tamẽ emineatis in singulis. Prudentia in te: in matre iusticia: in virgine fortitudo: in nupta temperantia prædicat. Quid enĩ eo sapientius: qui contempta mundi stulticia Xp̃m secutus est: dei virtutẽ & dei sapientiã? Quid matre iustius? quæ inter liberos opibus distributis docuit diuitias contemnẽdo: quid filij amare deberẽt? Quid Eustochio fortius? quæ nobilitatis portas: & arrogãtiã generis consularis virginali ꝓposito fregerit: & in vrbe prima primũ genus subiugauerit pu
Heb. 13. dicitiæ? Quid Paulina tempantius? quæ legẽs illud apostoli: Honorabiles nuptiæ & cubile immaculatũ: nec sororis fœlicitatẽ: nec matris cõtinentiã ausa appetere: maluit in humilioribus tuta pergere: q̃ penduli gradu in sublimioribus fluctuare: q̃q̃ illa semel inito mr̃imonio: nihil aliud diebus ac noctibus cogitauerit: nisi vt reddito fructu nuptiarũ: secundũ castimoniæ gradũ arriperet: & tanti dux fœmina facti: virum proposito suo iungeret: nõ relinquens saluti suæ comitẽ sed expectans? Dũq; crebrius abortiuis: & experta fœcunditate conceptuum non desperat liberos: & socrus auiditatẽ: matriq; tristiciã præponit imbecillitati suæ: passa est aliquid de Rachelis exemplo: ac pro filio doloris: ac dexteræ: virũ desiderij sui peperit hæredẽ. Certisq; auctoribus didici illã: nõ primæ sententiæ dei: Crescite & multiplicamĩ: & replete terrã. Nec officio cõiugali seruire voluisse: sed ad hoc optasse filios: vt Xp̃o virgines pareret. Legimus & vxorẽ sa-
Gen. 3. cerdotis Phinees audita captiuitate arcæ dñi subito vteri dolore correptam edidisse filiũ Hicha- K
1. Reg. 4. bob: & inter manus & officia fœminæ aĩam emisisse cũ prole. De prima proles Beniamin: hoc est filius virtutis ac dexteræ. De secũda inclytus sacerdos dei ex arcæ cognomine nascit. Nobis post dormitionẽ somnũq; Paulinæ: Pãmachiũ monachũ ecclesia peperit posthumũ: & patris & coniugis nobilitate patritiũ: elemosynis diuitẽ: humilitate sublimẽ. Apostolus scribit ad Corin-
1. Cor. 1. thios: Videte fratres vocationẽ vestrã: quia nõ multi sapientes: nõ multi nobiles. Hoc nascentis ecclesiæ rudimenta poscebãt: vt granũ sinapis paulatim in arborẽ cresceret: vt sensim euangelij fermentũ totam ecclesiæ massam altiuseleuaret. Nostris temporibus Roma possidet: quod mũdus ante nesciuit. Tunc rari sapientes: potentes: nobiles: christiani. Nunc multi monachi: sapientes: potentes: nobiles. Quibus cunctis Pãmachius sapientior: potentior: nobilior: magnus in magnis: primus in primis: ἀρκιόστρατηγος monachorũ. Tales Paulina morte sua nobis liberos dedit: quos viuens concupiuerat possidere. Lætare sterilis quæ non paris: erumpe & clama quæ non parturis. Quoniã quot Romæ sunt pauperes: tot filios repente genuisti. Arden tes gẽmæ: quibus antea collum & facies ornabantur: egentiũ vẽtres saturant. Vestes sericæ & aurum in fila lentescens in mollia lanarum vestimenta mutata sunt: quibus repellatur frigus: nõ quibus nudetur ambitio. Delitiarum quondam suppellectilem virtus insumit. Ille cæcus extendens manum: & sæpe vbi nemo est: clamans: Hæres Paulinæ cohæres Pammachij est. Illũ truncum pedibus: & toto corpore se trahentẽ teneræ puellæ sustentat manus. Fores quæ prius salutantiũ turbas vomebant: nunc a miseris obsidentur. Alius tumenti aqualiculo mortem parturit: alius elinguis & mutus. Et ne hoc quidem habens vnde roget: magis rogat dum rogare non potest. Hic debilitatus a paruo: non sibi mendicat stirpẽ. Ille putrefactus morbo regio: superuiuit cadaueri suo.

Non mihi si linguæ centũ sint oraq; centũ:
Omnia pœnarũ percurrere noia possim.

Hoc exercitu comitatus incedit: in his Xp̃m cõfouet: horũ sordibus dealbatur. Munerarius pauperũ & egentiũ candidatus sic festinat ad cœlũ. Cæteri mariti super tumulos coniugũ spargunt violas: rosas: lilia: floresq; purpureos: & dolorẽ pectoris his officijs consolantur. Pãmachius no
Ecc. 3. ster sanctã Fauillã ossaq; veneranda elemosynæ balsamis rigat. His pigmentis atq; odoribus fouet cineres quiescentes: sciens scriptũ: Sicut aqua extinguit ignẽ: ita elemosyna peccatũ. Quan- L
tas vires habeat misericordia: & quibus donãda sit præmijs: beatus Cyprianus grandi volumine executus: & Danielis consiliũ ꝓbat: qui regẽ impijssimũ si se audire voluisset: scit pauperẽ su-

ſtentatione ſaluandum. Gaudet huiuſcemodi filia & mater hærede. Non dolet opes ad aliũ peruenisse: quas cernit ijſdẽ quibus ipſa voluerat erogari. Quin potius gratulatur abſq; labore ſuo ſua vota compleri. Non enim ſubſtantiæ diminutio: ſed operarij cõmutatio eſt. Quis enim hoc crederet: vt conſulum pronepos: & Furiani germinis decus: inter purpuras ſenatorum fuſca tunica pullatus incederet: & non erubeſceret oculos ſodalium: vt deridentes ſe ipſe derideret? Eſt confuſio quæ ducit ad mortem: & eſt confuſio quæ ducit ad vitam. Prima virtus eſt monachi cõtemnere hominum iudicia: & ſemper apoſtoli recordari: dicentis: Si adhuc hominibus placere vellem: Chriſti ſeruus non eſſem. Tale quid & dominus loquitur ad prophetas: q; poſuerit faciem eorum quaſi vrbem æneam: & lapidem adamantinũ: & columnã ferreã: ne pauerent ad iniurias populi: ſed imprudentiã ſubſannantium frontis rigore contererent Ingenia liberaliter educata facilius verecundia q̃ metus ſuperat. Et quos tormenta non vincunt: interdum vincit pudor Non eſt parum virum nobilem: virum diſertum: virumq; locupletẽ: potentium in plateis vitare comitatũ: miſcere ſe turbis: adhærere pauperibus: ruſticis copulari: de principe vulgum fieri Sed quanto humilior: tanto ſublimior. Lucet margaritũ in ſordibus: & fulgor gẽmæ puriſſimæ etiã in luto radiat. Hoc eſt quod dominus repromiſit: Glorificantes me glorificabo. Alij hoc intelligant de futuro: quando mœror vertetur in gaudium: & tranſeunte mundo ſanctorũ corona nõ trãſijt. Ego & in præſentiarũ video ſanctorũ ꝓmiſſa cõpleri. Anteq̃ Xpo tota mente ſeruiret: notus erat in ſenatu: ſed multi alij habebant inſulas proconſulares. Totus orbis huiuſcemodi honoribus plenus eſt. Primus erat inter primos. Præcedebat alios dignitate: ſed & alios ſequebat̃: q̃uis clarus honor vileſcit in turba: & apud viros bonos indignior fit ipſa dignitas: qua multi indigni poſſident. Vnde egregie de cæſare Tullius cum quoſdã ait ornare voluit: non illos honeſtauit: ſed ornamenta ipſa turbauit. At nũc omnes Chriſti eccleſiæ Pãmachium loquuntur. Mirantur vrbes pauperem: quẽ hucuſq; diuitẽ neſciebant. Quid conſulatu illuſtrius? Annuus honor eſt: & poſtq̃ alius ſucceſſerit: prior deſinit. Latent in multitudie laureæ: & triumphi interdũ triumphantiũ ſordibus polluuntur. Quod ante per manus patritias tradebat̃: & ſola nobilitas poſſidebat: quo cõſul Marius victor Numidiæ: & Teutonũ: atq; Cymbrorũ: ob ignobilitatẽ fa
M miliæ putabatur indignus. Quod Scipio vltra annos pro virtute meruit: nunc ſola militia poſſidet: & agreſtia dudũ corpora: fulgens palma circundat. Plus ergo accepimus q̃ dedimus. Parua dimiſimus: & grandia poſſidemus. Centuplicato fœnore Chriſti promiſſa redduntur. In tali agro & Iſaac quondam ſererat: qui paratus ad mortem ante euangeliũ: euangelicam portauit crucem. Si vis inquit perfectus eſſe: vade & vende oĩa quæ habes: & da paupibus: & ſequere me Mat. 17.
Si vis perfectus eſſe: Semper grandia in audientiũ ponunt̃ arbitrio. Et ideo virginitatem apoſtolus nõ imperat: quia dñs diſputãs de eunuchis: qui ſe caſtraſſent ꝓpter regna cœlorũ: ad extremũ Mar. 19.
intulit: Qui põt capere capiat. Nõ eſt enĩ volẽtis neq; currentis: ſed miſerẽtis dei. Si vis ꝓfectus eſſe: Nõ tibi imponitur neceſſitas: vt voluntas præmiũ conſequat̃. Si vis ergo eſſe ꝓfectus: & deſideras eſſe quod ꝓphetæ: quod apoſtoli: quod Xps eſt. Vende nõ partẽ ſubſtantiæ: ne timor pecuniæ infidelitatis occaſio ſit. Et cũ Anania & Saphyra pereas: ſed vniuerſa quæ poſſides Cũq; vẽdideris: da pauperibus: nõ locupletibus: nõ ſupbis. Da quo neceſſitas ſuſtentet̃: & nõ quo augeant̃ opes. Cũq; legeris illud apoſtoli: Boui trituranti os nõ alligabis: & dignus eſt operarius 1. Cor. 9.
mercede ſua. Et qui altario miniſtrant: de altario participant̃. Memento quoq; huius ſententiæ: Vbi ſup̃
Habentes victũ & veſtitũ his contenti ſimus: vbi videris fumare patinas: & Phaſides aues lẽtis 1. Thi. 6.
vaporibus diſcoqui: vbi argenti põdus: feruẽtes buricos: mãmos: comatulos pueros: præcioſas veſtes: picta tapetia: vbi ditior eſt largitore cui largiendũ eſt: pars ſacrilegij eſt: rem pauperũ dare nõ pauperibus: & tamẽ nõ eſt ſatis perfecto & conſũmato viro: opes cõtemnere: pecuniã diſſipare: & proijcere quod ĩ momẽto: & perdi & inueniri põt. Fecit hoc Crates thebanus: fecit Anthiſthenes: fecerunt plurimi: quos vitioſiſſimos legimus. Plus debet Xpi diſcipulus præſtare: q; mundi philoſophus: gloriæ animal: & popularis auræ: atq; rumorũ venale mancipiũ. Tibi non ſufficit opes cõtemnere: niſi Xpm ſequaris. Xpm aũt ſequit̃: qui peccata dimittit: & virtutũ comes eſt: Xpm ſcimus ſapientiã. Hic theſaurus in agro ſcripturarũ noſcit̃: hæc gẽma multis emitur margaritis. Sin autẽ adamaueris captiuã mulierẽ: id eſt, ſapientiã ſæcularẽ: & eius pulchritudine captus fueris: decalua eam: & illecebras criniũ atq; ornamẽta verborũ: cum emortuis vngui
bus ſeca. Laua eam prophetali nitro: & tunc requieſcens cum illa dicito: Siniſtra eius ſub capite Cañ. 2.
N meo: & dextera illius amplexabit̃ me. Et multos tibi fœtus captiua dabit: ac de Moabitide efficietur Iſraelites. Xps ſanctificatio ẽ: ſine qua nemo videbit faciẽ dei. Xps redẽptio. i. redẽptor & præciũ. Xps oĩa: vt qui oĩa ꝓpter Xpm dimiſerit: vnũ inueniat ꝓ omnibus: & poſſit libere ꝓcla-

ps.15. mare: Pars mea dñs. Sētio te diuis ardere doctrinis: nec temeritate quorūdā docere qđ nescias: sed ante discere quod docturus sis. Simplices epistolæ tuæ olent prophetas: apostolos sapiunt. Nō coturnatā affectas eloquentiā: nec more puerorū argutas sentētiolas in clausulis struis. Cito turgens spuma dilabit: & q̄uis grandis tumor contrarius sanitati est. Scitū est illud quoq; Catonis: Sat cito: si sat bene. Quod nos quondā adolescētuli cū a perfecto oratore in præfatiuncula diceret risimus. Meminisse te puto erroris mutui: qñ oīe Atheneū scholasticorꝝ vocibus cōsonabat: Sat cito: si sat bñ. Fœlices (inquit Fabius) essent artes: si de illis soli artifices iudicarēt. Poetā nō potest nosse nisi qui versum pōt cōstruere. Philosophos nō intelligit: nisi q̄ scit dogmatū varietates. Manufacta & oculis patētia magis probāt artifices. Nra q̄ dura sit necessitas: hinc potes aīaduertere: q; vulgi standū est iudicio. Et ille in turba metuēdus: quē cū videris solus despicias. Hoc præteriēs tetigi: vt eruditis contentus auribus: nō magnopere cures: quid imperitorū de ingenio tuo rumusculi iactitent: sed pphetarꝝ quotidie medullas bibas: Xpi mystes: pīarcharū symmystes: siue legas: siue scribas: siue vigiles: siue dormias. Amos tibi semper buccina ī auribus sonet: hic lituus excitet animā tuam: hoc amore furibundus: quære in lectulo tuo quem de
Cañ.5. siderat anima tua: & loquere confidenter: Ego dormio: & cor meum vigilat. Cūq; inueneris eū: & tenueris: non dimittas. Et si pauxillum dormitanti elapsus fuerit e manibus: noli protinus desperare. Egredere in plateas: adiura filias Hierusalē: reperies eum cubantem in meridie: lassum: ebrium: noctis rore madefactum: inter greges sodalium: in aromatū varietatibus: inter poma paradisi. Ibi ei da māmillas tuas: fugat de erudito pectore: requiescat inter medios cleros pennæ columbæ deargentatæ: & interiora eius in fulgore auri. Paruulus iste & puer: qui butiro & melle saginatur: qui inter caseatos nutritus est montes: cito crescit in iuuenē: velociter in te hostes spoliat: mature prædatur Damascū: & regem vincit Assyriū. Audio te Xenodotiū in portu fecisse Romano: & virgā de arbore Abraā in ausonio plantasse litore: quasi Aeneas noua castra metaris: & super vndā Tyberis: vbi ille cogente quondā penuria crustis fatalibus & quadris patulis non pepercit: tu viculū nostrū: id est. domū panis ædificas: & diuturnam famē repentina satu O
ritate compensas. Euge noster initia transgrederis: statum summū tenens: de radice peruenis ad cacumen: primus inter monachos: in prima vrbe primus sequeris patriarchā Loth: quod interpretatur declinans: campestria eligat: & iuxta Pythagore litterā. Y. facilia magis ac sinistra ac peritura sectet. Tu in arduis & saxosis cū Sara tibi monumentū para: vt iuxta sit ciuitas litterarū. Deletisq; gigantibus filijs Enachim: hæreditatē tuam gaudiū & risus excipiat. Diues erat Abraam auro: argento: pecore: possessione: vestibus. Tantāq; habebat familiā: vt ad subitos nuncios iuuenibus electis armare posset exercitū. Et quattuor reges: quos quinq; reges fugerant: in Dan consecutos occideret: & tamē post tā crebra hospitalitatis officia: dū nō refutat hoīes: suscipere meruit deū. Nō seruis & ancillulis imperabat vt mīstrarent hospitibus. Nec bonū quod exercebat: p alios nō minuit: sed quasi reperta præda cū Sara sua hūanitati solus incubuit. Ipse pedes lauit: ipse pinguē vitulū portauit humeris de armēto. Stetit vt seruus peregrinis prādētibus: & Saræ manibus coctos cibos ieiunaturus apposuit. Hæc moneo frater charissime pietate qua te dilego: vt nō solū pecuniā: sed teipm Xpo offeras hostiā viuā: sanctā: placentē deo: ratōnabile obsequiū tuū: & imiteris filiū hoīs: qui nō venit mīstrari: sed mīstrare. Et quod pīarcha alienis: hoc discipulis & seruis magister exhibuit & dñs. Coriū p corio & oīa quæ hō possidet: dare potest p anima sua. Sed tange (inquit diabolus) carnes eius: nisi in faciē benedixerit tibi. Scit hostis antiquus maius continentiæ q̄ nūmorꝝ esse certamen. Facile abijcit quod hæret extrinsecus. Intestinū bellū piculosius ē. Cōiuncta disglutinamus: vnita dissuimus. Zacheus diues erat: apli pauperes. Reddidit ille quadruplū quod rapuerat: diuisitq; pauperibus medietatē substantiæ suæ: quæ remanserat. Suscepit Christū hospitem: salus facta est domui eius. Et tamen quia paruulus erat: & apostolicæ proceritati se nō potuerat coextendere: nō fuit in. xij. nūero apostolorꝝ. Apostoli aūt q̄tū ad diuitias nihil: q̄tū ad voluntatē totū mundū pariter reliquerūt. Si offeramus xpo opes cū anima nostra: libēter suscipiet. Si autē quæ foris sūt deo: quæ intus sunt diabolo demus: nō est æqua partitio: & dicitur nobis: Nōne si recte offeras: & recte nō diuidas peccasti. Quod patritij generis primus inter primos monachos esse cœpisti: non tibi sit tumoris: sed humilitatis occasio: scienti filiū dei factū filiū homis. Quantūcumq; te deieceris: humilior Xpo nō eris. Esto incedas nudis pedibus: fusca tunica vestiaris: æqueris pauperibus: inopū cellulas dignāter ītroeas: cæcorꝝ oculus sis: manus debiliū: pes claudorū: ipse aquā portes: ligna cōcidas: focū extruas vbi vincula sūt: vbi alapæ: vbi sputa: vbi flagella: vbi patibulū: vbi mors: Et cū oīa quæ dixi feceris: ab Eustochio tua Paulaq; vinceris: si nō ope at certe sexu. Ego quidē Romæ non eram: &

tunc me tenebat eremus. Atq; vtinam pertenuisset: quando socero tuo viuente Toxotio sæculo seruiebã. Sed tamẽ audio quæ immũdicias platearũ ferre nõ poterãt: quæ eunuchorꝝ manibus portabant: & inæquale solũ molestius transcendebãt: quibus serica vestis oneri erat: & solis calor incendiũ: nũc sordidatæ & lugubres: & sui cõpatione formiculæ: vel lucernas cõcinnũt: vel succendũt focũ: pauimẽta vertũt: mundãt legumina: holerꝝ fasciculos in feruentẽ ollã deijciunt apponũt mẽsas: calices porrigũt: effundũt cibos: huc illucq; discurrũt. Et certe magnus virginũ chorus cũ illis habitat. Nũ huiuscemodi ministeria alijs imperare nõ poterant? Sed nolunt vinci ab his labore corporꝝ: quas ipsæ superant virtute animi. Hæc dico: nõ quo de ardore mẽtis tuæ quicq̃ dubitẽ: sed q; currentẽ impellã: & acriter dimicãti feruorẽ ferũore augeã. Nos in ista prouincia ædificato monasterio: & diuersorio, pterea extructo: ne forte & modo Ioseph cũ Maria in Bethleem veniens: nõ inueniat hospitiũ: tantis de toto orbe confluentibus turbis obruimur monachorum: vt nec cœptum opus deserere: nec supra vires ferre valeamus. Vnde quia pene nobis illud de euangelio contigit: vt futuræ turris nõ ante computaremus expensas: compulsi sumus fratrẽ Paulinianum ad patriam mittere: vt semirutas villulas: quæ barbarorũ effugerunt manus: & parentũ cõmuniũ habent cineres: venderet: ne cœptũ sanctorꝝ mysteriũ deserentes: risum maledicis & æmulis præbeamus. In calce epistolæ recordatus sum quadrigæ vr̃æ: & pposito quintã deesse Blesillã pene oblitus de ea loqui: quæ prima de vobis præcesserit ad dñm. Vere nũc quincq; in tres: ac duas videmus esse diuisas. Illa cũ sorore Paulina dulci somno fruit: tu duarũ medius ad Xp̃m leuius subuolabis. Luc. 14.

Epitaphiũ Fabiolæ ad Oceanũ: vbi de diuortio & repudio prioris viri: & secũdo matrimonio illo superstite purgat: ac narrat q̃li & quãta pœnitẽtia crimen diluerit. Eius deinde cõuersio: eorogatio totius patrimonij. Miseratio in pauperes: studiũ scripturarũ: peregrinatio Hierosolymæ: & in patriã, pter irruptionẽ Hũnorꝝ in orientẽ coacta cõuersio. Et ad extremũ fœlix exitus celebri exequiarꝝ excursu illustratis: miris laudibus prædicat.

EPISTOLA LXIX.

Q Vlures anni sunt: q; sup dormitiõe Blesillæ Paulã venerabilem fœminã recenti adhuc
p vulnere consolatus sum. Quartæ æstatis circulus voluitur: exquo ad Heliodorꝝ epm Nepotiani scribens epitaphiũ: quicquid habere potui viriũ: i illo tũc dolore consumpsi. Ante hoc ferme bienniũ Pãmachio meo, p subita peregrinatõe Paulinæ breuẽ epistolã dedi: erubescẽs ad disertissimũ virũ plura loqui: & ei sua ingerere: ne nõ tã cõsolari amicũ viderer: q̃ stulta iactãtia docere pfectũ. Nunc mihi fili, Oceane volenti: & vltro appetenti debitũ munus imponis: quod, p nouitate virtutũ veterẽ materiã nouã faciã. In illis enĩ vel parentũ affectus: vel mœror auũculi: vel desideriũ mariti temperandũ fuit: &, p diuersitate personarꝝ: diuersa de scripturis adhibere medicamina. In præsentiarꝝ tradis mihi Fabiolã: laudẽ xp̃ianorꝝ: miraculũ gentiliũ: luctũ pauperꝝ: solatiũ monachorũ. Quicquid primũ arripuero: sequẽtiũ cõpatõe vilescit. Ieiuniũ prædicẽ: sed præualescũt elemosynæ. Humilitatẽ laudẽ: sed maior ẽ fidei ardor. Dicã appetitas sordes: & in cõdemnationẽ vestiũ sericarũ plebeiũ cultũ: & seruilia indumenta quæsita? plus est animũ deposuisse q̃ cultum. Difficilius arrogantia q̃ auro caremus & gemmis. His enĩ abiectis: interdũ glorioſis tumemus sordibus: & vendibilẽ paupertatẽ populari aure oferimus. Cælata virtus: & cõscientiæ fota secreto: deũ solum iudicẽ respicit. Vnde nouis mihi ẽ efferenda præconijs: & ordine rhetorũ prætermisso: tota de cõuersatõis ac pœnitẽtiæ incunabulis assumenda. Alius forsitan scholæ memor. Qu. M.

Vnum qui nobis cunctando restituit rem.

Et totã Fabiorũ gentẽ, pferret in mediũ: diceret pugnas: describeret prælia: & per tantæ nobilitatis gradus Fabiolã venisse iactaret: vt quod i virga nõ poterat: in radicibus demonstraret. Ego diuersorij Bethleemitici: & præsepis dñi amator: in quo virgo puerpera deũ fudit infantẽ ancillã Xp̃i: nõ de nobilitate veteris historiæ: sed de ecclesiæ humilitate producã. Et quia statĩ in principio q̃si scopulus quidã: &, pcella mihi obtrectatorꝝ eius opponit: q; secundũ sortita mrimoniũ prius reliq̃rit: nõ laudabo cõuersã: nisi prius reã absoluero: tãta prior maritus vitia habuisse narrat: vt ne scortũ quidẽ & vile mancipiũ ea sustinere posset. Quæ si voluero dicere: perdã virtutẽ fœminæ: quæ maluit culpã subire dissidij: q̃ corpis sui infamare partẽ: & maculas eius detegere. Hoc solũ, pferã: q; verecundæ matronæ & xp̃ianæ satis est. Præcepit dñs vxorẽ nõ debere dimitti: excepta causa fornicatõis: Et si dimissa fuerit: manere innuptam. Quicquid viris iubetur: hoc consequenter redundat in fœminas. Necꝝ enĩ adultera vxor dimittẽda est: & vir mœchus tenendus. Si quis meretrici iungit vnũ corpus facit. Ergo & quæ scortatori impuroq; sociatur:

vnũ cum eo corpus efficitur. Aliæ ſunt leges cæſaris: aliæ Chriſti: aliud Papinianus: aliud Paulus noſter præcipit. Apud illos in viris pudicitiæ frena laxant: & ſolo ſtupro atq; adulterio condemnato: paſſim per lupanaria & ancillulas libido permittitur: quaſi culpam dignitas faciat: nõ voluntas. Apud nos: quod nõ licet fœminis: æque nõ licet viris: & eadem ſeruitus pari cõditiõe cenſet. Dimiſit ergo (vt aiunt) vitioſũ: dimiſit illius & illius crimis noxiũ: dimiſit pene dixi qd' clamãte vicinia vxor ſola nõ prodidit. Sin autẽ redarguit: quare repudiato marito non innupta R
1. Cor. 6. permanſerit: facile culpã fatebor: dũ tamẽ referã neceſſitatẽ. Melius eſt (inquit apoſtolus) nubere q̃ vri. Adoleſcentula erat: viduitatẽ ſuã ſeruare nõ poterat. Vidébat aliam legẽ in mẽbris ſuis repugnantẽ legi mentis ſuæ: & ſe victam & captiuã ad coitũ trahi. Melius arbitrata eſt confiteri imbecillitatẽ ſuã: & vmbrã quandã miſerabilis ſubire coniugij: q̃ ſub gloria vnius viri opa ex-
1. Thi. 5. ercere meretricũ. Idem apoſtolus vult viduas adoleſcentulas nubere: filios procreare: nullam dare occaſionem aduerſario maledicti gratia. Et protinus cur hoc velit exponit. Iam enĩ quædam abierunt retro poſt ſathanam. Igitur & Fabiola: quia perſuaſerat ſibi: & putabat a ſe virũ iure dimiſſum: nec euangelij vigorem nouerat: in quo nubendi vniuerſa cauſatio viuentibus viris fœminis amputat: dũ multa diaboli vitat vulnera: vnũ incauta vulnus accepit. Sed quid ego ĩ abolitis & antiquis moror: quærẽs excuſare culpã: cuius pœnitẽtiã ipſa cõfeſſa ẽ? Quis hoc crederet: vt poſt mortẽ ſecũdi viri ĩ ſemetipſã reuerſa: quo tpe ſolẽt viduæ negligẽtes: iugo ſeruitutis excuſſo: agere ſe liberius: adire balneas: volitare p plateas vultus circũferre meretriceoſ: ſaccum ĩduceret: vt errorẽ publice fateret: & tota vrbe ſpectãte Romana: añ diẽ Paſchæ ĩ baſilica quõdã Laterani: qui cæſariano trũcatus ẽ gladio: ſtaret ĩ ordine pœnitẽtiũ: epõ: p̃ſbyteris: & oñi populo collachrymantibus: ſparſo crine: ora lurida: & ſqualidas manus: ſordida colla ſubmitteret? Quæ peccata fletus iſte nõ purget? Quas ĩueteratas maculas hæc lamenta nõ abluant? Petrus
Exo. 32. trinam negationẽ trina confeſſione deleuit. Aaron ſacrilegiũ & conflatum ex auro vituli caput:
2. Reg. 12. fraternæ correxere præces. Dauid ſancti & manſuetiſſimi viri homicidiũ pariter & adulterium: ſeptem dierũ emendabat fames: iacebat in terra: volutabatur in cinere: & oblitus regiæ poteſtatis lumen quærebat in tenebris. Illũq; tm̃ reſpiciens quẽ offenderat: lachrymabili voce dicebat:
p̃s. 50. Tibi ſoli peccaui: & malũ corã te feci. Et redde mihi leticiã ſalutaris tui: & ſpũ principali confirma me. Atq; ita factũ eſt: vt qui me prius docuerat virtutibus ſuis quõ ſtans nõ caderẽ: doceret p pœnitentiã quõ cadens reſurgerẽ. Quid tã impiũ legimus inter reges q̃ Achab: de quo ſcriptu-
3. Reg. 21. ra dicit: Nõ fuit alius talis vt Achab qui venũdatus ẽ vt faceret malũ ĩ cõſpectu dñi? Hic cũ propter ſanguinẽ Nabuthe correptus fuiſſet ab Helia: & audiſſet irã dñi p. pphetã: Occidiſti: & inſuper poſſediſti: & ecce ego inducã ſuper te malũ: & demetã poſteriora tua: & reliq̃. Scidit veſtimẽta ſua: & operuit cilicio carnẽ ſuã: ieiunabatq; in ſacco: & ambulabat demiſſo capite. Tunc factus eſt ſermo dei ad Heliam Theſbytẽ dicẽs: Nonne vidiſti Achab humiliatũ corã me? Quia ergo humiliatus eſt timoris mei cauſa: nõ inducã malũ in diebus eius. O fœlix pœnitentia quæ ad ſe dei trahit oculos: quæ furentẽ ſententiã dei couerſo errore mutauit. Hoc idẽ & Manaſſen S
Ioñ. 1. in Paralipomenon: & Niniuẽ feciſſe legimus in propheta. Publicanũ quoq; in euangelio. Equi
Luce. 18. bus primus nõ ſolũ indulgentiã: ſed & regnũ recipere meruit. Alius impendentẽ dei fregit irã. Tercius pectus verberãs pugnis: oculos nõ leuabat ad cœlũ. Et multo iuſtificatior receſſit publicanus humili cõfeſſione vitiorũ: q̃ phariſæus ſuperba iactatõe virtutũ. Nõ eſt loci huius vt pœnitentiã prædicẽ: & quaſi contra montanũ Nouatũq; ſcribẽs: dicã illã hoſtiã dño eſſe placabilẽ:
Eçe. 18. Et ſacrificiũ deo ſpm̃ contribulatũ: Et malo pœnitẽtiã pctõris q̃ mortẽ. Et exurge exurge Hieruſalẽ: & multa alia: quæ pphetæ clangunt tubæ. Hoc vnũ loquar: quod & legentibus vtile ſit: & præſenti cauſæ conueniat. Nõ eſt confuſa dominũ in terris: & ille eã nõ confundet ĩ cœlo. Aperuit cunctis vulnus ſuũ: & decolorem in corpore cicatricẽ flens Roma conſpexit. Diſſuta habuit latera: nudum caput: clauſum os. Non eſt ingreſſa eccleſiam dñi: ſed extra caſtra cũ Maria ſorore Moyſi ſeparata conſedit: vt quã ſacerdos eiecerat: ipſe reuocaret. Deſcendit de ſolio delitiarũ ſuarũ: accepit molã: fecit farinam: & diſcalciatis pedibus tranſiuit fluenta lachrymarũ. Sedit ſuper carbones ignis. Hi ei fuere in adiutorium. Faciem per quam ſecundo viro placuerat: verberabat: oderat gẽmas: lintheamina videre non poterat: ornamenta fugiebat. Sic dolebat quaſi adulteriũ cõmiſiſſet: & multis impendijs medicaminũ vnũ vulnus ſanare cupiebat. Diu morati ſumus in pœnitentia: in qua velut in vadoſis locis reſedimus: vt maior nobis & abſq; vllo impedimẽto ſe laudũ eius campus aperiret. Recepta ſub oculis oĩs eccleſiæ cõmuniõe: quid fecit? ſcilicet in die bona: malorũ non oblita eſt. Et poſt naufragiũ rurſum tentare noluit pericula nauigãdi: quin potius poſt oẽm cẽſũ quẽ habere poterat (erat aũt ampliſſimus: & rñdẽs generi eius)

dilapidauit: ac vendidit: & in pecuniã cõgregatũ vsibus pauperũ præparauit: & primo omniũ id est languentiũ villam instituit. In quo ægrotantes colligeret de plateis: & cõsumpta languoribus: atq; inedia miserorũ mẽbra refoueret. Describã ego nunc diuersas miserorum hominũ calamitates: truncas nares: effosos oculos: semiustos pedes: luridas manus: tumẽtes aluos: exile fœmur: crura turgentia: & de exesis ac putridis carnibus vermiculos bullientes.

T Quotiens morbo regio & fetore cõfectos humeris suis ipsa portauit? Quotiens lauit purulentam vulnerũ saniem: quã alius aspicere nõ audebat? præbebat cibos ꝓpria manu: & spirans cadauer sorbitiunculis irrigabat. Scio multos diuites & religiosos ob stomachi angustiã exercere huiuscemodi misericordiã: per aliena ministeria: & clæmẽtes esse pecunia: nõ manu: quos equidem nõ reprobo: & tenuitudinẽ animi nequaq̃ interpretor infidelitatẽ: Sed sicut imbecillitati stomachi veniã tribuo: sic perfectæ mẽtis ardorem: in cœlũ laudibus fero. Magna fides ista nõ contẽnit. Scit quid in Laçaro diues purpuratus aliquãdo nõ fecerit: quali superba mens retributione dãnata sit. Ille quem despicimus: quem videre nõ possumus: ad cuius intuitũ nobis vomitus erũpit: nostri similis est. De eodem nobiscũ formatus est luto: ijsdem cõpactus est elementis. Quicquid patit̃: & nos pati possumus. Vulnera eius æstimemus ꝓpria: & omnis animi in alterum duritia clæmenti in nosmetipos cogitatõe frangeret̃.

Non mihi si linguæ centum sint: oraq; centum: Ferrea vox:
Omnia morborũ percurrere nomina possum.

Quæ Fabiola in tanta miserorũ refrigeria cõmutauit: vt multi pauperũ sani languẽtibus inuidèrent: q̃q̃ illa simili liberalitate erga clericos & monachos ac virgines fuerit. Quod monasteriũ nõ illius opibus sustentatũ est? Quem nudum & paralyticũ: & clunicũ nõ Fabiolæ vestimẽta texerũt? In quo se indigentiũ nõ effudit præceps & festina largitio? Angusta misericordiæ eius Roma fuit. Peragrabat ergo insulas: & totũ Ethruscũ mare: Volscorũq; ꝓuinciam: & recõditos curuorũ literum sinus: in quibus monachorũ cõsistunt chori: vel ꝓprio corpore: vel transmissa pecunia: viros sanctos ac fideles munificentia circuibat. Vnde repente & cõtra opinionẽ omniũ Hierosolymã nauigauit: vbi multorũ excepta cõcursu nostro parũper vsa est hospitio: cuius societatis recordans videor mihi adhuc viuere quam vidi. Iesu bone: quo illa feruore: quo studio intenta erat diuinis voluminibus? & veluti quandã famem satiare desiderans: Per ꝓphetas: euangelia: psalmosq; currebat: quæstiones ꝓponens: & solutas recõdens in scriniolo pectoris sui. Nec vero satiebat̃ audiendi cupidine: sed addens scientiã: addebat dolorẽ: & quasi oleum flãmæ adijci ens maioris ardoris fomẽta capiebat. Quadã die cum in manibus Moysi Numeros teneremus & me verecũdæ rogaret: quid sibi vellet nominũ tanta congeries: cur singulæ tribus in alijs atq; alijs locis varie iungerent̃: quomodo Balaã ariolus sic futura Christi mysteria ꝓphetarit: vt nullus ꝓpemodũ ꝓphetarũ tam aperte de eo vaticinatus sit: Respondi vt potui: & visus sum interrogationi eius satisfacere. Euoluens ergo librum peruenit ad eum locum vbi cathalogus describitur omniũ mansionũ: per quas de ægypto egrediens populus ꝓuenit vsq; ad fluenta iordanis. Cunq; causas quæreret & rationes singulorũ in quibusdã hæsitaui: In alijs inoffenso cucurri pede: in plærisq; simpliciter ignorantiã cõfessus sum. Tunc vero magis cœpit vrgere: & quasi non

V mihi liceret nescire qd̃ nescio postulare: ac se indignã tantis mysterijs dicere. Quid plura? Extorsit mihi negandi verecundiã: vt ꝓprium ei opus huiuscemodi disputatiũculæ pollicerer: qd̃ vsq; in præsens tempus & nunc intelligo dñi volũtate dilatum: reddet̃ memoriæ illius: vt sacerdotalibus prioris ad se voluminis induta vestibus: per mundi huius solitudinẽ gaudeat se ad terrã repromissionis aliquando venisse. Verum qd̃ cœpimus ꝓsequamur. Quærentibus nobis dignũ tantæ fœminæ habitaculũ: cum illa ita solitudinẽ cuperet: vt diuersorio Mariæ carere nollet: Ecce subito discurrẽtibus nuncijs: oriens totus intremuit: ab vltima Meotide: inter glatialem Tanain: & Massagetarũ imanes populos: vbi Caucasi rupibus feras gentes Alexãdri claustra cohibent: erupisse nũmorũ examina: quæ pernicibus equis: huc illucq; volitãtia cædis pariter ac terroris cuncta cõplerent. Aberat tunc romanus exercitus: & bellis ciuilibus in Italia tenebat̃. Hãc gentem Herodotus refert: sub Dario rege Mædorũ viginti annis orientẽ tenuisse captiuũ: & ab ægyptijs atq; æthiopibus annuum exegisse vectigal. Auertat Iesus ab orbe Romano tales vltra bestias. Insperati vbiq; aderant: & famam celeritate vincentes: Non religioni: nõ dignitatibus: nõ ætati: nõ vagientis miserebant̃ infantiæ. Cogebant̃ mori: qui viuere nõdum cœperant: Et ne scientes malũ suũ: inter hostiũ manus ac tela ridebãt. Consonus inter oẽs rumor petere eos Hierosolymã: & ob nimiã auri cupiditatẽ ad hanc vrbem currere: neglecta pacis incuria satiebat̃ antiochia, Tyrus se volens a terra abrũpere: insulã quærebat antiquã, Tunc & nos cõpulsi sumus

parare naues: esse in litore: Aduentũ hostiũ præcauere: & seuientibus ventis magis barbaros metuere q naufragiũ: nõ tam ꝓpriæ saluti q̃ virginũ castimoniæ ꝓuidentes. Erat in illo tpe quædã inter nos dissensio: & barbarorũ pugnã domestica bella superabãt. Nos in oriente iam tenuit fixa fides: & inueteratũ locorũ sanctorũ desideriũ. Illa quæ tota in sarcinis erat: & in oĩ vrbe pegrina: reuersa est ad patriam: vt ibi pauper viueret: vbi diues fuerat: Manẽs in alieno: quæ multos prius hospites habuit. Et ne sermonẽ longius traham: in cõspectu Romanæ vrbis paupibus erogaret: qd' illa teste vẽdiderat. Nos hoc tm̃ dolemus: q̃ præcio sissimũ in sanctis locis monile perdidimus. Recepit Roma qd' amiserat: ac ꝓcax & maledica lingua gẽtiliũ oculorũ testimonio cõfutata est. Laudent cæteri misericordiã eius: humilitatẽ: fidem: ego ardorẽ plus animi laudabo. Librũ q̃ Heliodorũ quõdã iuuenẽ ad eremũ cohortatus sum: tenebat memoriter: & Romana cernens mœnia: inclusam se esse plangebat. Oblita sui sexus: fragilitatis immemor: ac solitudinis tm̃ cupida: ibi erat: vbi animo morabat. Non poterat teneri consilijs amicorũ: ita ex vrbe quasi de vinculis gestiebat erũpere. Dispensationẽ pecuniæ & cautã distributionẽ: genus infidelitatis vocabat. Nam alijs distributionẽ elemosynarũ tribuere: & suis pariter effusis ipsa ꝓ Christo stipes optabat accipere. Sic festinabat: sic impatiẽs erat morarũ: vt illam crederes ꝓfecturã. Itaq̃ dum semper parat: mors eam inuenire nõ potuit imparatã. Inter laudes fœmiæ subito mihi Pãmachius meus exorit. Paulina dormit vt ista vigilet: Præcedit maritum: vt Christo famulũ dereliquat: Hic hæres vxoris: & hæreditatis alij possessores. Certabant vir & fœmina quis i portu Abrae tabernaculũ figeret. Et erat hæc inter vtrũq̃ contentio: quis humanitate superaret. Vicit vterq̃: & vterq̃ superatus est. Ambo se victos & victores fatent': dum qd' alter cupiebat: vterq̃ ꝓfecit. Iungunt opes: sociant volũtates: vt qd' æmulatio dissipatura erat: cõcordia crescceret. Nec dum dictũ: iam factũ. Emit hospitiũ: & ad hospitiũ turba cõcurrit. Nõ est enĩ labor in Iacob: nec dolor in Israel. Adducũt maria: quos in gremio suo terra suscipiat. Mittit Roma nauigantes: q̃s nauigaturos litus molle cõfoueat. Qd' Publius semel fecit in insula Mileta erga vnũ apostolũ. Et ne cõtradictõi locũ tribuã: in vna naui: hæc isti & frequenter faciũt: & in plures: nec hoc solũ inopũ necessitas sustentat': sed ꝓna in oĩbus munificẽtia aliquid & habentibus ꝓuidet. Xenodotium in portu Romano situm totus pariter mũdus audiuit. Sub vna ætate didicit Britãnia: qd' ægyptus & Parthus nouerãt vere. Qd' scriptũ est: Timentibus dm̃ omnia cooperant' in bonũ in obitu tantæ fœminæ vidimus cõprobatũ Quodã præsagio futurorũ ad multos scripserat monachos: vt venirent: & se graui onere laborantẽ absolueret: faceretq̃ sibi de iniq̃ mãmona amicos: qui eam reciperent in æterna tabernacula. Venerũt: amici facti sunt: dormiuit illa: quod voluit: & deposita tandem sarcina leuior volauit ad cœlum. Quantũ haberet viuentis Fabiolæ Roma miraculũ: in mortua demõstrauit. Necdum spiritum exhalauerat: necdum debitam Christo reddiderat animam.

Et iam fama volans tanti prænuncia luctus.

Totius vrbis ppl'm ad exequias cõgregabat. Sonabãt psalmi: & aurata tecta templorũ reboans in sublime quatiebat alleluia: Hic iuuenũ chorus: illic senum: qui carmine laudes fœminas & facta ferant. Non sic Fuluius de Gallis: nõ Papyrius de Sãnitibus: nõ Scipio de Numãtia: nõ Põpeius de Ponti gentibus triũphauit. Illi corpora vicerãt: hæc spiritales nequitias subiugauit. Audio ꝓcedentiũ turmas: & cateruatim in exequijs eius multitudinẽ fluctuantẽ. Non plateæ: non porticus: nõ iminentia desup tecta capere poterãt ꝓspectãtes. Tunc suos in vnum populos Roma cõspexit. Fauebãt sibi omnes in gloria pœnitentis. Nec mirum si de eius salute hoies exultarent: de cuius conuersione angeli lætabant' in cœlo. Hoc tibi Fabiola ingenij mei senile munus: has officiorũ inferias dedi. Laudauimus sæpe virgines: viduas: ac maridatas: quarũ supfuere cãdida vestimẽta: quæ sequunt' agnũ quocũq̃ vadit. Fœlix præconiũ: qd' nulla totius vitæ sorde maculat'. Procul liuor facessat inuidia. Si paterfamilias bonus est: quare oculus noster malus est Quæ inciderat in latrones: Christi humeris reportata est. Multæ mansiones sunt apud patrem: Vbi abũdauit pctm̃: superabũdauit gratia. Cui plus dimittit': plus amat.

Beati Hieronymi presbyteri ad Marcellã de exitu Leæ: cuius sanctã cõuersationẽ describit: & ipius transitũ purpurati cõsulis ꝓxime ante defuncti funeri præfert. EPI. .LXX.

Vm hora ferme tertia hodiernæ diei. lxxij. psalmũ: id est tertij libri principiũ legere cœpissemus: & docere cogeremur: tituli ipius partem ad finem secũdi libri: partem ad principiũ tertij libri ptinere: q̃scilicet & defecerũt hymni Dauid: filij Iesse: finis esset prioris. Psalmus vero Asaph principiũ sequẽtis: & vsq̃ ad eum locum pueniss̃emus: in quo iustus loquit'. Dicebã: Si narrabo sic: ecce generationẽ filiorũ tuorũ præuaricatus sũ

quod in latinis codicibus nō ita habemus expressum: repente nobis nunciatū est: sanctissimam Leam exisse de corpore. Ibiq; ita te palluisse cōspexi: vt fere aut pauca: aut nulla sit anima: quæ fracto vase testaceo nō tristis erūpat. Et tu quidē nō q̄ futuri incerta esses dolebas: sed q̄ triste fu neri obsequiū nō dedisses. Denicq; in medijs fabulis rursum didicimus reliquias eius iam: Ostiā fuisse delatas. Quæras quo ptineat illa replicatio: respondebo tibi verbis ap̄li: multū per omnē modū. Primū q̄ vniuersoꝝ gaudijs ꝑsequenda sit: quæ calcato diabolo: coronā iam securitatis accepit. Secūdo vt eius vita breuiter explicet. Tertio vt designatū cōsulem de suis sæculis detra hentem: esse doceamus in tartaro. Et quidē cōuersationē Leæ nostræ: quis possit digno eleuare præconio: ita eam totam ad dñm fuisse cōuersam: vt monasterijs princeps: mater virginū fieret Post mollicie vestiū sacco mēbra triuisse. Insōnes orōnibus duxisse noctes: & comites suas plus exemplo docuisse q̄ verbis. Humilitatis fuit tantæ: tanq; subiectæ: vt quondā dña plurimoꝝ: an cilla omniū putaret: nisi q̄ eo Christi magis esset ancilla: dum dña hominū non putatur. Inculta vestis: vilis cibus: neglectū caput: ita tñ: vt cum oīa faceret: ostentationē fugeret singuloꝝ: ne reciperet in p̄nti sæculo mercedē suā. Nunc igit̄ ꝑ breui labore æterna beatitudine fruit̄: excipi tur angeloꝝ choris: Abrae sinibus cōfouet̄: & cum paupere quondā Laçaro diuitē purpuratū: & nō palmatū cōsulem: sed aratri stiuā digiti minoris cernit̄ inquirere. O rerum q̄ta mutatio: Il le quem ante paucos dies dignitatū omniū culmina præcinebāt: qui quasi de subiectis hostibus triūpharet: capitolinas ascēdit arces: quē plausu quodā & tripudio pp̄lus Romanus excepit: ad cuius interitū vrbs vniuersa cōmota est: nunc desolatus est nudus: non in lacteo cœli palatio: vt ipius vxor cōmentat̄ infœlix: sed in sordentibus tenebris cōtinet̄. Hæc vero quā vnius cubiculi secreta vallabāt: quæ pauper videbat̄ & tenuis: cuius vita putabat̄ amentia: Christū sequit̄ & di cit: Quæcūq; audiuimus: ita & vidimus: in ciuitate dei nostri: & reliqua. Quapropter moneo: & ps. 47.
flens gemensq; cōtestor: vt dum huius mundi viam currimus: nō duabus tunicis: id est duplici uestiamur fide. Non calciamentoꝝ pellibus: mortuis videlicet operibus prægrauemur: Non di uitiaꝝ nostraꝝ onera ad terrā præmant: Non virgæ: id est potentiæ sæcularis quærat̄ auxiliū: nō pariter & Christū velimus habere & sæculū: sed ꝑ breuibus & caducis æterna succedant: & cum quotidie (sc̄d'm corpus loquor) præmoriamur: in cæteris nō nos perpetuos æstimemus: vt possimus esse perpetui.

Beati Hieronymi presbyteri ad Theodorā viduā Hispanā de morte Lucinij: quem ex mun di erūpna gloriat̄ ad pacem: requiemq; transisse: cuius fidem in detestanda Basilidis hæresi lau dat: eius hæreseos describens originē sc̄d'm Herenæū Lugdunēsem ep̄m: dicens in Gallia exor tam: & a fœminis fotam ad hispanias vsq; serpsisse. Studiū quoq; ip̄ius in suis libris transcribē dis enarrat: ꝑ quibus sex notarios illum Hierosolymā emisisse. EPI. .LXXI.

Z 1 Vgubri nūcio cōsternatus super sancti & venerabilis mihi dormitōe Lucinij: vix bre uem epistolā dictare potui. Non quo eius vicem doleā: quē scio ad meliora transisse: dicente Moyse: Transiens videbo visionē hanc magnā: sed quo torquear desiderio: nō meruisse me eius viri videre faciem: quē in breui tpe huc esse venturū credebā. Ve rum est illud super necessitate mortis ꝑphetale vaticiniū: q̄ fratres diuidat & charissima inter se noia crudelis & dura dissociet: Sed habemus cōsolationē: quia dñi voce iugulat̄: per quē ad eā dicit̄: Ero mors tua o mors: ero morsus tuus inferne. Et in cōsequentibus: Adducet vrentēven tum dñs de deserto ascendentē: qui siccabit omnes venas eius: & desolabit fontem illius. Exiuit eni virga de radice iesse: & flos de virginali fruticæ pullulauit. Qui loquer̄ in cātico canticoꝝ: Ego flos campi: & liliū cōualliū. Flos noster, mortis inceritus: ideoq; & mortuus est: vt mors illi us morte morer̄. Q d' aūt de deserto dicit̄ adducendus: virginalis vterus demonstrat̄: q̄ absq; coitu & semine viri deū nobis fudit infantē: Qui calorē spūs sancti exiccaret fontes libidinū. Et caneret in psalmo: In terra deserta & inuia & inaquosa: sic in sancto apparui tibi. Aduersū mor tis ergo duritiā & crudelissimā necessitatē hoc solatio erigimur: q̄ reuisuri sumus eos quos dole mus absentes. Neq; eni mors: sed dormitio & somnus appellat̄. Vnde & beatus ap̄lus Paulus, vetat de dormiētibus cōtristari: vt quos dormire nouimus: suscitari posse credamus: & post di gestū soporē vigilare cū sanctis: & cum angelis dicere: Gloria in excelsis deo: & in terra pax ho minibus bone volūtatis: In cœlo vbi nō est pctm: gloria est: & ꝑpetua laus: & indefessa præco nia. In terra aūt vbi sedition & bella atq; discordiæ pax imprecāda est: & pax nō in oībus: sed in A his qui bonæ volūtatis sunt: & salutationē audiūt apostolicā. Gratia vobis & pax a deo patre & dño Iesu christo multiplicet̄: vt in pace sit locus eius: & habitatio eius in syon: id est in spelunca in sublimitate dogmatū atq; virtutū: in anima credentis: cuius quotidie angelus videt faciē dei.

Exo. 3.
Osee. 13.
Can. 2.
ps. 62.
1. Thes. 4
Ro. 1.

& reuelato vultu gloriã dei cõtemplat. Vnde obsecro te: quã currentẽ (vt aiunt) impello: vt Lucinium tuum desideres quidẽ vt fratrẽ: sed gaudeas regnare cum Christo: quia raptus est: ne malitia imutaret mentẽ eius: Placita enĩ erat deo anima illius: & in breui spatio tpa multa cõpleuit. Nos dolendi magis sumus: qui quotidie stamus in prœlio: & vitijs pctõrũ sordidamur. Accipimus vulnera: & de ocioso verbo reddituri sumus rõnem. Ille iam securus & victor te cõspicit de excelso: & fauet laboranti: & iuxta se locũ præparat eodẽ amore & eadẽ charitate: q̃ officij oblitus cõiugalis: in terra quoq; sororẽ, te habere cœperat: ĩmo fratrẽ: quia casta cõiunctio sexũ nõ habet nuptialẽ. Et si adhuc in carne positi & renati in Christo: non sumus græcus & barbarus: seruus & liber: masculus & fœmina: sed omnes in eo vnum sumus: q̃ tomagis cum corruptiuũ
Mat. 22. hoc induerit incorruptionẽ: & mortale hoc induerit ĩmortalitatẽ. Nõ nubent: neq; nubent: sed erunt sicut angeli in cœlis: Q̃n dicit nõ nubent: neq; nubent: sed erunt sicut angeli in cœlis: Nõ natura & substantia corporũ tollit: sed gloriæ magnitudo monstrat. Neq; enĩ scriptũ est: Erunt angeli: sed sicut angeli. Vbi similitudo ꝓmittit: veritas non denegat. Erunt inquit sicut angeli: id est similes angelorũ. Ergo hoies esse nõ desinent. Inclyti quidẽ & angelico splendore decorati: Sed tñ hoies: vt & apostolus aplus sit: & Maria Maria. Et cõfundant hæreses: quæ ideo ĩcerta & magna ꝓmittunt: vt quæ certa & moderata sunt: auferãt. Et quia hæreseos semel fecimus mẽtionẽ: q̃ Lucinius noster digna tuba eloq̃ntiæ prædicari põt: qui spurcissima per Hispanias Basilidis hæresi sæuiente: & instar pestis & morbi totas inter Pyrenæũ & Oceanũ vastante ꝓuincias fidei ecclesiasticæ tenuit puritatẽ: nequa q̃ suscipiẽs Armaçel: Barbelon: Abraxã: Balsamon: & ridiculũ Leuseborã: cæteraq; magis portenta q̃ noĩa: quæ ad imperitorũ & mulierculariũ animos cõcitãdos: quasi de hebraicis fontibus hauriunt: Barbaro simplices quousq; terentes sono:
Herenæus vt quẽ nõ intelligũt plus mirent. Refert Herenæus vir apostolicorũ temporũ: & Papiæ auditoris euangelistæ Ioãnis discipulus: episcopusq; ecclesiæ Lugdunẽsis: Q; Marcus quidã de Basilidis Gnostici stirpe descẽdens primũ ad Gallias venerit: & eas partes per quas Rhodanus & Carõna fluunt: sua doctrina maculauerit: maximeq; nobiles fœminas: quædã in occulto mysteria repromittẽs: hocerrore seduxerit magicis artibus & secreta corporũ voluptate amorẽ sui cõcili B ans. Inde Pyrenæũ transiens Hispanias occuparit: & hoc studiũ habuerit: vt diuitũ domus: & in ipsis fœminas maxime sibi appeteret: quæ ducunt variijs desiderijs: semper discẽtes: & nunq; ad scientiã veritatis pueniẽtes. Hoc ille scripsit ante annos circiter trecentos: Et scripsit in his libris quos aduersus omnes hæreses doctissimo & eloquẽtissimo sermone cõposuit. Ex quo ꝑpendat prudentia tua: q̃ Lucinius nr laude sit dignus. Qui clausit aurem: ne audiret iudiciũ sanguinis: & omnẽ substantiã suã dispersit: & dedit paupibus: vt iustitia eius maneret in æternũ. Nec patriæ suæ largitate cõtentus: misit Hierosolymã & Alexãdriã tantũ auri: q̃tum multorũ posset inopiæ subuenire. Q; d' cum multi mirent: & prædicẽt: ego in illo magis laudabo feruorẽ & studium scripturarũ: quo ille desiderio opuscula nostra flagitauit: & missis sex notarijs (quia in hac ꝓuincia latini sermonis scriptorũq; penuria est) describi fecit quæcũq; ab adolescẽtia vsq; in præsens tps dictauimus. Nõ nos honorãt: qui paruuli & minimi christianorũ hominũ sumus: & ob conscientiã pctõrũ Bethleemitici ruris saxa incolimus: sed Christũ qui honorat in seruis suis: &
Mat. 10. aplis repromittit: dicens: Qui vos recipiũt: me recipiũt: Et qui me recipiũt: recipiũt eum: qui misit me. Itaq; charissima filia hanc epistolã amoris mei in illũ habeto epitaphiũ: & quicquid posse
Esa. 49. me scieris in opere spirituali: audacter impera: vt sciant sæcula post futura eum, qui dicit in Esaia: Posuit me vt sagittã electã: in pharetra sua abscondit me: Duos viros tantis maris atq; terrarũ inter se spatijs seperatos suo a crimine vulnerasse: & cum mutuo in carne se nesciant: amore spiritus copulent. Subscriptio: Sãctã te corpore & spiritu seruet ille Samaritanus: id est Saluator &
ps. 120. custos. De quo in psalmo scribit: Non dormitabit: neq; dormiet qui custodit israel: Vt israel qui
Cañ. 5. interpretat vigil: qui descẽdit ad Daniel: ad te quoq; veniat. Et possis dicere: Ego dormio: & cor meum vigilat.

Beati Hieronymi presbyteri in vitã: obitũ: acres: gestas Paulæ sanctæ: ac admirabilis fœminæ: cuius generis dignitatem: Et post viri obitũ: monasticã cõuersationẽ: desertionẽ patriæ: perfectionẽ Hierosolymæ magnis effert præconijs: cũctã eius pegrinationẽ ꝑ loca sãcta describẽs. Deinde ipius humilitatẽ: cõtinentiã: clæmentiã: pfusam: in pauperes beneficentiã: patientiã: icredibilẽ institutionẽ: & ordinẽ monasterij: hospitalitatẽ: fidẽ: & cõstantiã aduersus hæreticos: ad extremũ fœlicẽ exitũ eius: & in exequijs sctorũ: cõcursum atq; frequentiã narrat. Et Eustochiũ filiã: ac virtutis heredẽ consolat.

f Iuncta mei corporis mẽbra verterent in linguas: & oẽs artus humana voce resona- C

rent: nihil dignũ ſanctæ ac venerabilis Paulæ virtutibus dicerẽ. Nobilis genere; ſed multo nobilior ſanctitate: potens quondã diuitijs: ſed nunc Chriſti pauptate inſignior: græcorũ ſtirps: ſo bonles Scipionũ: Paulí hæres: cuius vocabulũ trahit: Martiæ papyriæ matris Africani: vera & germana ꝓgenies. Romæ prætulit Bethleẽ: & auro tecta fulgentia; informis luti vilitate mutauit: Non mœremus ꝙ talẽ amiſimus: ſed gratias agimus: qđ habuimus: ĩmo habemus. Deo enĩ uiuunt omnia: & quicquid reuertit ad dñm in familiæ numero cõputat: q̃q̃ amiſſio illius cœleſtis domus habitatio ſit: quæ q̃diu in corpore fuit: pegrinata eſt a dño: & voce ſemper flebili quærebat: dicens: Heu mihi: quia ꝓgrinatio mea ꝓlongata eſt: habitaui cum habitãtibus cedar: multum ꝓgrinata eſt anima mea. Nec mirũ ſi planxerit ſe verſari in tenebris (hoc enĩ Cedar interp̃tat) cum mũdus in maligno poſitus ſit: & ſicut tenebræ illius: ita & lumen eius. Luxq; ĩ tenebris luceat: & tenebræ eam nõ cõprehenderũt. Vnde & illud crebrius inferebat. Aduena ſum & pegrinus ſicut omnes patres mei. Et iterũ: Cupio diſſoluí & eſſe cum Chriſto. Quotiẽs aũt infirmitate corpuſculi (qđ incredibili abſtinẽtia: & duplicatis cõtraxerat ieiunijs) vexabat: hoc in ore voluebat. Subijcio corpus meũ & in ſeruitutẽ redigo: ne alijs prædicans: ipſa reproba inueniar. Et bonũ eſt vinũ nõ bibere: & carnem nõ manducare: Et humiliaui in ieiunio animã meã: & totum lectum verſaſti in infirmitate mea: & verſata ſum in miſeria: dum mihi configit ſpina. Atq; inter doloris aculeos: quos mira patientia ſuſtinebat: q̃ſi apertos ſibi cœlos aſpiceret loquebat: Quis dabit mihi pennas ſicut colũbæ: & volabo & requieſcã. Teſtor Ieſum & ſanctos angelos eius: ipmq; ꝓpriũ angelũ: qui cuſtos fuit & comes admirabilis fœminæ: me nihil in gratiã: nihil more blandiẽtiũ loqui. Sed quicquid dicturus ſum ꝓ teſtimonio dicere: & minus eius eſſe meritis: quã totus orbis canit. Sacerdotes mirant: virginũ chori deſiderãt: monachorũ & pauperũ turbæ deplangũt. Vult lector eius breuiter ſcire virtutes? Omnes ſuos paupes paupior ipa dimiſit Nec mirũ de ꝓximis & familiola. quã in vtroq; ſexu de ſeruis & ancillis in fratres ſororeſq; mutauerat iſta ꝓferre: cum Euſtochiũ virginẽ: & deuotã Chriſto filiã: in cuius cõſolatione libellus hic cudit. ꝓcul a nobili genere: ſola fide & gratia diuitẽ dereliquerit. Carpamus igit narrãdi ordinem. Alij altius repetãt: & a cunabulis eius: ipſiſq; (vt ita dicam) crepũdijs matrẽ Bleſillã: & rogatũ ꝓferant pr̃em: quorũ altera Scipionũ: Gracchorũq; ꝓgenies eſt: Alter per oms fere græcias
D vſq; hodie Stẽmatibus: & diuitijs: ac nobilitate Agamenonis fert ſanguinẽ trahere: qui decẽnali Troiam obſidiõe deleuit. Nos nihil laudabimus: niſi qđ ꝓpriũ eſt: & de puriſſimo ſanctæ mẽtis fonte ꝓfert. Quanq̃ dñs atq; Saluator in euãgelio doceat apl̃os ſciſcitates quid ſibi reddendũ ſit. qm̃ ſua ꝓ noie eius dimiſerunt: centuplũ impræſentiarũ recepturos: & in futuro vitã æternã. Mat. 19
Ex quo intelligimus nõ laudis eſſe polliderе diuitias: ſed ꝓ Chriſto eas contenere. Non tumere ad honores: ſed ꝓ Chriſto eos paruipẽdere. Vere qđ pollicitus eſt ſeruis ſuis & ancillis: ſaluator reddit in pñti. Nam quæ vnius vrbis cõtempſit gloriã: totius orbis opinione celebrat. Quam Romæ habitantẽ nullus extra Romã nouerat. Latentẽ in Bethleẽ & barbara: romana terra mirat. Cuius enĩ gentis hoies ad ſancta loca nõ veniũt? Quis autẽ in ſanctis locis præter Paulã qđ plus inter hoies miraret: inuenit? Hæc ſicut inter multas gẽmas præcioſiſſima gẽma micat: & iubar ſolis paruos igniculos ſtellarũ obruit. & obſcurat: ita cũctorũ virtutes & potẽtias ſua humilitate ſuperauit. Minimaq; fuit inter oẽs: vt omniũ maior eſſet: Et q̃toplus deſciabat: tantomagis a Chriſto ſubleuabat. Latebat: & nõ latebat: Fugiendo gloriã: gloriã merebat: quæ virtutes quaſi vmbra ſequit: & appetitores ſui deſerens: appetit cõtemptores. Sed quid ago narrandi ordinem prætermittẽs? dum in ſingulis teneor: nõ ſeruo præcepta dicendi. Tali igit ſtirpe genera ta iuncta eſt viro Toxotio: qui Aeneæ & Iulíorũ altiſſimũ ſanguinẽ trahit. Vnde etiam filia eius Chriſti virgo Euſtochiũ Iulia nuncupat: & ipſe.
Iulíus a magna dimiſſum nomen Iulo.
Et hæc dicimus: nõ quo habentibus grãdia ſint: ſed quo cõtẽnentibus mirabilia: ſæculi hoies ſuſcipiũt eos: qui his pollent priuilegijs. Nos laudamus: qui ꝓ ſaluatore iſta deſpexerint: & mirũ imodũ quos habentes paruipẽdimus: ſi habere noluerint: prædicamus. His inq̃ orta maioribus & fœcũditate ac pudicitia ꝓbata: Primũ viro: deinde ꝓpinquis: & totius vrbis teſtimonio: cum quinq; liberos edidiſſet. Bleſillã ſup cuius morte eã Romæ cõſolatus ſum. Paulinã: quæ ſanctũ & admirabilẽ virũ: & ꝓpoſiti: & ſuarũ rerum Pãmachiũ reliquid hæredẽ: Ad quẽ ſup obitu eius paruulũ libellũ edidimus. Euſtochiũ: quæ nunc in ſanctis locis virginitatis: & eccleſieæ monile præcioſum eſt. Ruffinã: quæ imaturo funere pium matris animũ cõſternauit: Et Toxotiũ: poſt quẽ parere deſiuit: vt intelligeres eam nõ diu ſeruire voluiſſe officio cõiugali: Sed mariti deſiderio: qui mares optabat liberos edidiſſe. Poſtq̃ vir mortuus eſt: ita eum planxit: vt ꝓpe ipa mor-

retur: Ita se cõuertit ad dñi seruitutẽ: vt eius mortem videret optasse. Quid ergo referã? amplæ nobilitatis domus: & quondã opulentissimæ: oẽs pene diuitias in pauperes erogatas? Quid in cunctos clementissimũ animũ: & bonitatẽ etiã in eos, quos nunq̃ viderat euagantẽ? Quis inopum moriens nõ illius vestimẽtis obuolutus est? Quis cunicorũ nõ eius facultatibus sustentatus est? quos curiosissime tota vrbe ꝓquirens dãnum putabat: si quisq̃ debilis & esuriẽs cibo sustentaret alterius. Expoliabat filios: & inter obiurgantes, ꝓpinquos: maiorem se eis hæreditatẽ: Christi misericordiã: dimittere loquebat. Nec diu potuit excelsi apud sæculũ generis & nobilissimæ familiæ visitatões & frequentiã sustinere. Mœrebat honore suo: & ora laudantiũ declinare ac fugere festinabat. Cunq; orientis & occidentis ep̃os ob quasdã ecclesiarũ dissensiones Romam imperiales littere cõtraxissent: vidit admirabiles viros: Christiq; pontifices Paulinũ antiochenæ vrbis ep̃m: & Epiphaniũ Salamine Cypri: quæ nunc Constãtia dicit̃ Quorũ Epiphaniũ etiã hospitẽ habuit: Paulinũ in alia manentẽ domo quasi ꝓpriũ humanitate possedit. Quorũ accensa virtutibus: per momẽta patriã deserere cogitabat. Nõ domus: nõ liberorũ: nõ familiæ: nõ possessionẽ: nõ alicuius rei: quæ ad sæculũ ptinet: memor. Sola si dici põt: & incomitata aderemum Antoniorũ atq; Paulorũ pergere gestiebat. Tandẽq; exacta hyeme: apto mari: redeũtibus ad ecclesias suas ep̃is: & ipsa voto cum eis & desiderio nauigauit. Quid vltra differo? Descẽdit ad portũ: fratre: cognatis: affinibus: & quod his maius est: liberis ꝓsequẽtibus: & clemẽtissimã matrẽ pietate vincere cupiẽtibus. Iam carbasa tendebant̃: & remorũ ductu nauis in altum ꝓtrahebat̃. Paruus Toxotius supplices manus tendebat in litore. Ruffina iam nubilis: vt suas expectaret nuptias: tacens fletibus obsecrabat. Et tñ illa siccos tendebat ad cœlũ oculos: impietatem in filios pietate in deum superans. Nesciebat se matrẽ: vt Christi ꝓbaret ancillã: Torquebant̃ viscera: & quasi a suis mẽbris distraherent̃: cum dolore ꝓgnabat. In eo cunctis admirabilior: q; magnã vinceret pietatẽ. Inter hostiũ manus & captiuitatis durã necessitatẽ: nihil crudelius est: q̃ parentes a liberis separari. Hoc cõtra iura naturæ plena fides patiebat̃. Immo gaudẽs animus appetebat: & amorẽ filiorũ maiore in deũ amore contẽnens: In sola Eustochio: quæ & ꝓpositi & nauigatõis eius comes erat: quiescebat. Sulcabat interim nauis mare: & cũctis qui cum ea vehebant̃ litora respiciẽtibus: illa auersos tenebat oculos: ne videret qd̃ sine tormento videre nõ poterat. Fateor nulla sic amauit filios: quibus anteq̃ ꝓficiscerẽt cuncta largita est: exhæredãs se in terra: vt hæreditatẽ inueniret in cœlo. Delata ad insulas Pontias: quas clarissimæ quondã fœminarũ sub Domitiano principe: ꝓ cõfessione noĩs Christi Flauiæ Domicillæ nobilitauit exilium Videnscq; cellulas: in quibus illa longũ martyrũ duxerat sumptis alijs Hierosolymã: & sancta loca videre cupiebat. Tardi erant venti: & omnis pigra velocitas. Inter Scyllam & Carybdim hadriatico se credens pelago: quasi per stagnum venit Metonem. Ibiq; refocillato paululum corpusculo.

Et sale tabentes artus in litore ponens,
Per Maleas: & Cytheram: sperfasq; per æquor
Cycladas: & crebris freta cõcita terris.

Post Rhodũ & Lyciã: tandẽ vidit Cyprũ: Vbi sancti & venerabilis Epiphanij pedibus ꝓuoluta decem ab eo diebus retenta est: nõ in refectionẽ: vt ille arbitrabat̃: sed in opus dei: vt rebus ꝓbatum est. Nam omnia illius regionis lustrãs monasteria: put potuit refrigeria sumptuũ fratribus dereliquit: quos amor sancti viri de toto illuc orbe cõduxerat. Inde breui cursu transtretauit Seleuciã: De qua ascẽdẽs Antiochiã: sancti cõfessoris Paulini modicũ charitate detenta media hyeme: calente ardore fidei: fœmina nobilis: quæ prius eunuchorũ manibus portabat̃ asello sedens ꝓfecta est. Omitto Syriæ Coeles & phœnicis iter. Neq; enĩ adephoricũ eius dispositi scribere: ea tm̃ loca noĩabo: quæ sacris voluminibus cõtinent̃ Beryto: Romana: Colonia: & antiqua vrbe Sidone derelicta: & Sareptæ litore: Heliæ est ingressa turriculã: in qua adorato dño Saluatore: per arenas Tyri: in quibus genua Paulus fixit: puenit ad Coth: quæ nunc Ptolemais dicit̃: & per cãpos Magedo Iosiæ necis cõscios: intrauit terrã philistijm. Mirata ruinas Dor vrbis quondam potentissimæ: & versa vice Stratonis turrem ab Herode rege iudææ: in honorẽ Cæsaris augusti cæsareã nũcupatẽ: in qua Cornelij domũ Christi vidit ecclesiã: & Philippi ædiculas: & cubicula quattuor virginũ ꝓphetarũ. Deinde Antipatrida semirutũ oppidũ: qd̃ de patris noĩe Herodes vocauerat: & Lydam versam in dispolin Dorcadis: atq; æneæ resurrectõe ac sanitate in clytam: haud ꝓcul ab ea Arimathiã viculũ Ioseph: qui dñm sepeliuit: & Nobe vrbem quondã sacerdotũ: nũc tumulũ occisorũ: Ioppen fugientis portũ Ionæ. Et (vt aliquid perstringã de fabulis poetarũ) religatæ ad saxũ Andromedũ despectatricẽ. Repetitoq; itinere Nicopolim: quæ prius

Emaus vocabaſ: apud quã in fractione panis cognitus dñs Cleophiæ domum in eccleſiã dedica Mar.16.
uit. Atq; inde ꝓficiſcens aſcendit Bethoron inferiorẽ & ſuperiorẽ: vrbes a Salomone cõditas: & Ioſ.10.
varia poſtea tempeſtate deletas: ad dexterã aſpiciens Haylon & Gabaon: vbi Ieſus filius Naue
cõtra quinq; reges dimicans: ſoli imperauit & lunæ: & Gabaonitas ob ꝺolos & inſidias fœderis
impetrati: in aquarios lignarioſq; dãnauit. In Gabaa vrbe vſq; ad ſolum diruta paululũ ſubſtitit
recordata peccati eius: & cõcubinæ in fruſtra diuiſæ: & tribus Beniamin in trecentos viros pro-
G pter Paulũ apoſtolũ reſeruatos. Quid diu moror? Ad leuam Mauſoleo Helenæ derelicto: quæ
Adiabenor̃ regina in fame populũ frumento iuuerat: Ingreſſa eſt Hieroſolymã vrbem trinomi
am: Iebus: Salem: Hieruſalem: quæ ab Helio: poſtea Hadriano de ruinis & cineribus ciuitatis
in Heliam ſuſcitata eſt. Cunq; ꝓconſul palæſtinæ: qui familiam eius optime nouerat: præmiſſis
apparitoribus iuſſiſſet parari prætoriũ: Elegit humilem cellulam: & cũcta loca ardore ac ſtudio
circuiuit: vt niſi ad reliqua feſtinaret: a primis non poſſet abduci. Et cum peruenisſet Hieroſoly
mam: ꝓſtrataq; ante crucem quaſi pendentẽ dominũ cerneret: adorabat. Ingreſſa ſepulchrũ re-
ſurrectionis: oſculabaſ lapidem: quem ab oſtio monumenti amouerat angelus. Et ipm corpo- Eſa.29.
ris locum: in quo dñs iacuerat: quaſi ſitiens deſideratas aquas: fideli ore lambebat. Quid ibi la- ꝑs.86.
chrymar̃: q̃tum gemitũ: quid doloris effuderit: teſtis eſt cuncta Hieroſolyma: teſtis eſt ipe dñs
quem rogabat. Vnde egrediens aſcendit Syon: quæ in arcem vel ſpelũcam vertiſ. Hanc vrbem
quondam expugnauit & ædificauit Dauid. Vnde de expugnata ſcribitur. Ve tibi ciuitas Ariel:
id eſt leo dei: & quondam firmiſſima: quam expugnauit Dauid. De eaq; dictũ eſt. Fundamenta
eius in montibus ſanctis Dilígit dñs portas Syon: ſuper omnia tabernacula Iacob. Non eas por
tas quas hodie cernimus in fauillam & cinerem diſſolutas: ſed portas quibus nõ præualet infer-
nus: & per quas credentiũ ad Chriſtũ ingrediſ multitudo. Oſtendebaſ illic colũna eccleſiæ por
ticum ſuſtinens: infecta cruore domini: ad quam vinctus duciſ & flagellatus. Monſtrabaſ locus
vbi ſuper centum vigínti credentiũ animas ſpirituſſanctus deſcendiſſet: vt Iohelis vaticiniũ cõ-
pleretſ. Deinde ꝓ facultatula ſua pauperibus atq; cõſeruis pecunia diſtributa: prexit ad Bethle-
em: & in dextera parte itineris ſtetit ad ſepulchr̃ Rachel: in quo Beniamin non vt mater voca-
uerat moriens: Benoni hoc eſt filius doloris mei: ſed vt pater ꝓphetauit: in ſpiritu filium dexte-
ræ ꝓcreauit. Atq; inde in ſpecum Saluatoris ingrediens: Poſtq̃ vidit ſacrum virginis diuerſori-
um & ſtabulum: in quo agnouit bos poſſeſſorẽ ſuum: & aſinus præſepe domini ſui: vt illud im-
pleretur: quod in eodem ꝓpheta ſcriptum eſt: Beatus qui ſeminat ſuper aquas: vbi bos & aſinus Eſa.32.
calcant: Me audiente iurabat cernere ſe oculis fidei infantem pãnis inuolutũ: vagientẽ in præſe-
pe dñm: magos adorãtes: ſtellam fulgentẽ deſuper: matrẽ virginẽ: nutritiũ ſedulũ: paſtores no-
cte venientes: vt viderent verbum qđ factum erat. Et iam tunc euangeliſtæ Ioãnis dedicarent:
In principio erat verbum: & verbum caro factum eſt: Paruulos interfectos: Hærodẽ ſæuientẽ: Ioh.1.
Ioſeph & Maria fugientes in ægyptũ: Mixtiſq; gaudio lachrymis loquebaſ. Salue Bethleem: do
mus panis: in qua natus eſt ille panis: qui de cœlo deſcendit. Salue Effrata regio vberrima: atq;
cuius fertilitas deus eſt. De te quõdam Michæas vaticinatus eſt. Et tu Be- Mich.5.
H thleem domus Effrata: non minima es in milibus iuda: Ex te mihi egrediẽ: qui ſit princeps in
iſrael: Et egreſſus eius ab initio a diebus æternitatis. Propterea dabis eos vſq; ad tempus parien
tis. Pariet: & reliquiæ fratrum eius conuertenſ ad filios iſrael. In tẽ enim natus eſt princeps: qui
ante luciferum genitus eſt: cuius de patre natiuitas omnem excedit ætatem. Et tam diu in te Da-
uitici generis origo permanſit: donec virgo pareret: & reliquiæ populi credentis in Chriſtũ con
uerterenſ ad filios iſrael: & libere prædicarent. Vobis oportebat primũ loqui verbum dei: Sed Act.13.
quoniã repuliſti illud: & indignos vos iudicaſtis æternæ vitæ: ecce cõuertimur ad gentes. Dixe
rat enim deus: Non veni niſi ad oues perditas domus iſrael. Et eo tempore Iacob ſuper eo verba Mat.15.
completa ſunt. Non deficiet princeps ex iuda: & dux de fœmoribus eius: donec veniat cui repo
ſitum eſt: & ipſe erit expectatio gentium. Bene Dauid iurabat: bene vota faciebat: dicens: Si in- ꝑs.131.
troiero in tabernaculũ domus meæ: ſi aſcendero in lectum ſtrati mei: ſi dedero ſomnum oculis
meis: & palpebris meis dormitationẽ: & requiẽ temporibus meis: donec inueniã locum dño: ta
bernaculũ deo Iacob. Et ſtatim quid deſideraret expoſuit: Atq; oculis ꝓphetalibus: quem nos
veniſſe iam credimus: ille venturũ eſſe cernebat. Et audiuimus eum in Effrata: inuenimus eum Vbi ſup̃
in campis ſiluæ. Zob quippe ſermo hebraicus: vt te docente didici: Non Mariã matrem domini
hoc eſt Aſtin: ſed ipm: id eſt Aſton ſignificat. Vnde loquitur cõfidenter: Introibimus in taberna
culum eius: adorabimus in loco: vbi ſteterunt pedes eius. Et ego vero miſera: atq; peccatrix di-
gna ſum iudicata depoſtulare præſepe: in quo dominus paruulus vagiſt? Orare in ſpelunca:

in qua virgo puerpera dñm fudit infantẽ: Hæc requies mea: quia dñi mei patria est. Hic habitabo: qm̃ Saluator elegit eam. Parauí lucernã Christo meo. Anima mea illi viuet: & semen meum seruiet ipsi. Haut pcul inde descẽdit ad turrem Ader: id est gregis: iuxta quã Iacob pauit greges suos: & pastores nocte vigilantes audire meruerũt: Gloria in excelsis deo: & super terrã pax hominibus bonæ volũtatis. Dũcq; seruant oues: inuenerũt agnũ dei puro & mũdissimo vellere: qđ in ariditate totius terræ cœlesti rore cõpletũ est: & cuius sanguis tollit pctã mũdi: & exterminatorẽ ægypti litus fugauit ĩ postibus. Statimq; cõcito gradu cœpit per viã veterẽ pgere: quæ ducit Gaçam ad potentias vel ad diuitias dei: & tacita secum voluere: quõ eunuchus æthiops gentium pplos præfigurãs mutauerit pellem suã: & dum vetus relegeret instrumentũ: fontẽ reppererit euãgelij: Atq; inde ad dexterã transit. A bethsur venit Estol: quæ in botrũ vertit Vnde in testi
Esa. 63. moniũ terræ fertilissimæ: & in typũ eius qui dicit: Torcular calcaui solus: & de gentibus nõ fuit vir mecũ: exploratores botrũ miræ magnitudinis portauerũt. Nec post longũ spatiũ intrauit Saræ cellulas: vidẽs incunabula Isaac: & vestigia quercus Abraã: sub qua vidit diem Christi: & lætatus est. Atq; inde cõsurgens ascendit Hebron: hoc est cariatharbæ: id est oppidũ viroq; quattuor: Abraã: Isaac: Iacob: & Adam magni: quẽ ibi cõditũ iuxta librũ Iesu Naue hebræi autumant licet plæriq; Caleph quartũ putent: cuius ex latere memoria demonstrat. Noluit pgere ad Cariathsephor: id est vinculũ litterarũ: quia contẽnens occidentẽ litterã: reppererat spm̃ viuificantẽ. Magisq; mirat supiores & inferiores aquas: quas Othonihel filius Ieptoneceneçe, p australi terra: & arida possessiõe susceperat. Et quarũ ductu siccos prioris instrumẽti agros faciebat irriguos vt redemptionẽ veterũ pctorũ in aquis baptismi reperirẽt. Altera die orto iam sole stetit in supercilio Caphar baruchæ: id est villæ benedictõis: quẽ ad locũ Abraã dñm ,psecutus est. Vnde latam despiciẽs solitudinẽ: at terrã quondã Sodomæ: & Gomorræ: Adamæ: & Soboim: cõtẽplata est balsami vineas: In Engaddi: & Segor vitulã cõsternantẽ: quæ prius Bale vocabat. Et in Zoarã id est paruulã: Syro sermone translata est. Recordabat spelũcæ Loth: & versa in lachrymas: virgines socias admonebat: cauendũ esse vinũ: in quo est luxuria. Cuius opus Moabitæ sũt & Ammonitæ. Diu hæreo in meridie: vbi sponsa cubãtẽ repperit spõsum: & Ioseph inebriatus est cũ fratribus suis. Reuertar in Hierosolymã: & per Theucã: atq; Amos: vt rutilantẽ montis oliueti lucem aspiciã: De quo Saluator ascẽdit ad pr̃em. In quo per annos singulos vacca ruffa in holocaustũ dño cremebat: & cuius cinis expiabat ppl'm Israel: in quo iuxta Eçechielẽ cherubin de tẽplo trasmigrãtes: ecclesiã dñi fundauerũt. Ingressa sepulchrũ Laçari: Mariæ & Marthæ vidit hospitiũ: & Bethfage villã sacerdotaliũ: & maxillarũ: & locũ in quo pullus lasciuiẽs gentiũ: dei frena suscepit: apl'orũq; stratus vestibus mollia terga præbuit ad sedendũ. Rectoq; itinere descẽdebat Hierico: Cogitãs illum de euãgelio vulneratũ: ac sacerdotibus & leuitis mentis feritate præterẽũtibus clæmentiã samaritæ: id est custodis: qui semiuiuũ suo iumento impositũ: ad stabulũ ecclesiæ reportauit. Et locũ Adomin qđ interpretat sanguinũ: quia multus ĩ eo sanguis: crebris latronũ fundebat incursibus. Et arbor est sycomorus Zachæi: id est bona pœnitentiæ opa: quibus cruenta dudũ: & noxia rapinis pctã calcabat. Excelsumq; dñm de excelso virtutũ intuebat. Et iuxta viam cæcorũ loca: qui receptis luminibus vtriusq; ppli credẽtis in dñm sacramẽta præmiserãt. Ingressa Hierico vidit vrbem: quã fundauit Haçel in Abiran primogenito suo: & cuius portas posuit ĩ Segub nouissimo filiorũ. Intuita est castra Galgalæ: & aceruũ præputiorũ: & secũdæ circũcisionis mysteriũ: & duodecim lapides: qui de iordanis illuc translati alueo duodecim apl'orũ fundamẽta firmauerãt: & fontẽ quondã legis amarissimũ: & sterilẽ: quẽ verus Helisæus sua erudiuit sapientia: & in dulcorẽ vbertatẽq; cõuertit. Vix nox transierat: feruentissimo æstu K
venit ad iordanem: stetit in ripa fluminis: & orto sole: solis iusticiæ recordata est: quõ in medio iordanis alueo sicca sacerdotes posuerint vestigia. Et ad Heliæ & Helisæi imperiũ: stantibus ex vtraq; parte aquis: iter vnda præbuerit: polluta sq; diluuio aquas: & totius humani generis iter fectiõe maculatas: suo dñs mandauerit baptismate. Longũ est si velim de valle achor dicere: id est tumultus atq; turbarũ: in qua furtũ & auaritia condẽnata est: & de Bethel domo dei: in qua su
Zach. 3. per nudam humum: nudus & pauper dormiuit Iacob: & posito sub caput lapide: Qui in Zacha
Esa. 28. ria septem oculos habere describit. Et in Esaia: lapis dicit angularis. Vidit schalã vsq; ad cœlum tendentẽ: in qua dñs desuper innitebat ascẽdentibus porrigens manũ: & neglígẽtes de sublimi præcipitãs. Sepulchra quoq; in monte Effraim Iesu filij Naue: & Heleaçari filij Aaron sacerdotis: e regione venerata est: quorũ alter cõditus est in Tãnathsare: a septẽtrionali parte montis Gaas: alter in Gabaa filij sui Phinees: satisq; mirata est: q; distributor possessionũ sibi montana & aspera delegisset. Quid narrem Silo: in quo altare diruptum: hodieq; monstratur: & raptum

Sabinarꝝ a Romulo: tribus Beniamitica præcucurrit: Transiuit Sychem: nō vt plærīq; errantes
legunt Sichar: quæ nunc Neapolis appellat̄: & ex latere montis Gaçarim structam circa puteū
Iacob intrauit ecclesiā: super quo residens dñs: sitiensq; & esuriens Samaritanæ fide satiatus est
quæ quinq; Mosaicorꝝ voluminū visis: sextoq; quem se habere iactabat: Errore Dosithei dere-
licto: verum Messiam: & verum repperit Saluatorē. Atq; inde reuertens vidit duodecim patri-
archarꝝ sepulchra: & Sebasten: id est Samariam: quæ in honorem augusti ab Herode græco ser-
mone Augusta est noīata. Ibi siti sunt Helisæus: & Abdias ꝓphetæ. Et quo maior iter natos mu-
lierū nō fuit Ioānes baptista: vbi multis intremuit mirabilibus. Nanq; cernebat varijs dæmōes
rugire cruciatibus: & ante sepulchra sanctorꝝ vlulare hoīes more luporꝝ: vocibus latrare canū:
fremere leonū: sibilare serpentū: mugire taurorꝝ. Alios rotare caput: & post tergum terram ver-
tice tangere: suspensisq; pede fœminis: vestes defluere in faciem. Miserebat̄ omniū: & singulis
effusis lachrymis Christi auxiliū præcabat̄. Et sicut erat inualida: ascendit pedibus montē: in cu
ius duabus spelūcis persecutōis & famis tempore Abdias ꝓpheta centum ꝓphetas aluit pane &
aqua. Inde cito itinere ꝑcurrit naçareth nutriculā dñi: Chanaan & Capharnaū: signorꝝ eius fami
liares. Lacum Tyberiadis: nauigante dño sanctificatū. Et solitudinē: in qua multa populorꝝ mi-
lia paucis saturati sunt panibus: Et de reliquis vescentiū repleti sunt cophini duodecim tribuum
israel. Scandebat montē Thabor: in quo transfiguratus est dñs. Aspiciebat ꝑcul mōtes Hermō
& Hermonū: & campos latissimos Galileæ: in quibus Sisara & oīs exercitus eius Barach vin-
cente ꝓstratus est. Torrens Cison qui mediā planiciē diuidebat: & oppidū iuxta Naim: in quo
L viduæ suscitatus est filius: monstrabat̄. Dies mihi prius q̄ sermo deficiet: si voluero cuncta per-
currere: quæ Paula venerabilis fide incredibili peruagata est. Transibo ad ægyptum: & in So-
choth: atq; apud fontem Sampson: quem de molari maxillæ dente ꝓduxit: subsistā parumper:
& arentia ora colluam: vt refocillatus videam Moraschim sepulchrꝝ quondā Michee ꝓphetæ: Et
nunc ecclesiā. Et ex latere derelinquā Chorreos: & Getheos: Maresa: Idumæā: & Lachis. Et per
arenas mollissimas pergentiū vestigia subtrahentes: latamq; eremi vastitatem. Veniam ad ægy
pti flumen Sior: qui interpretat̄ turbidus: & quinq; ægypti transeā ciuitates: quæ loquunt̄ lin-
gua Chanatitida: & terrā Gessen: & campos Thaneos: in quibus fecit deus mirabilia: Et vrbem
Noo: quæ postea versa est in Alexandriā: Et oppidū domini Nitriam: in quo purissimo virtutū
nitro sordes lauant̄ quotidie plurimorꝝ. Quod cum vidisset: occurrente sibi sancto & venerabi
li episcopo Isidoro cōfessore & turbis innumerabilibus monachorꝝ: ex quibus multis sacerdota
lis & leuiticus sublimabat gradus. Lætabat̄ quidem ad gloriā domini: sed se indignā tanto ho-
nore fatebat̄. Quid ego narrem Macharios: Arsetas: Serapionas: & reliqua columnarꝝ Christi
nomina? Cuius non intrauit cellulam? quorꝝ non pedibus aduoluta est: & per singulos sanctos
Christū se videre credebat: & quicquid in illos cōtulerat in dominū cōtulisse lætabat̄. Mirus ar-
dor: & vix in fœmīa credibilis fortitudo: oblita sexus & fragilitatis corporeæ: inter tot milia mo
nachorꝝ cum puellis suis habitare cupiebat: Et forsitan cunctis eam suscipientibus impetrasset:
nisi maius sanctorꝝ locorꝝ traxisset desiderīū. Atq; propter feruentissimos æstus de Pelusio ma-
gna nauigatione perueniens: tāta velocitate reuersa est: vt auem putares. Nec multo post in san
cta Bethleem mansura perpetuo: angusto per triēnium mansit hospitio: donec extrueret cellu-
las ac monasteria: & diuersorꝝ peregrinorꝝ iuxta viam conderet mansiones: in qua Maria & Io-
seph hospitium non inuenerant. Hucusq; iter eius descriptū sit: quod cum multis virginibus &
filiabus peragrauit. Nunc virtus latius describat̄: quæ ipius ꝓpria est: & in qua exponenda deo
iudice ac teste profiteor me nihil addere: nihil in maius extollere more laudantiū: Sed ne rerum
excedat fidem: multa retrahere: & ne apud detractores & genuino me semper dente rodentes:
fingere puter: & cornicē Aesopi alienis coloribus adornare. Quæ prima Christianorū virtus
est: tanta se humilitate deiecit: vt qui eam vidisset: & pro celebritate nominis videre gestisset:
ipsam esse non crederet: sed ancillarum vltimam. Et cum frequentibus choris virginum cinge-
M retur: & veste: & voce: & habitu: & incessu minima omnium erat. Nunq; post viri mortem vsq;
ad diem dormitionis suæ cum vllo comedit viro: q̄is eum sanctum & in pontificali sciret cul-
mine cōstitutum. Balneas nisi periclitans non adijt. Mollia etiam in grauissima febre lectuli stra
ta non habuit: sed super durissimam humum stratis ciliciolis quiescebat: si tamen illa quies di-
cenda est: quæ iugibus pene orationibus dies nocteq; iungebat: illud implens de psalterio: La
uabo per singulas noctes lectum meum: lachrymis meis stratum meum rigabo: in qua fontes ps. 6.
crederes lachrymarum. Ita leuia peccata plangebat: vt illam grauissimorꝝ criminum crederes
ream. Cunq; vero a nobis crebrius moneretur: vt parceret oculis: & eos seruaret euangelicæ

lectioni: aiebat: Turpāda est facies: quā cōtra dei præcepta purpurissa & cerussa & stibio depin xi. Affligendū corpus qđ multis vacauit delitijs. Lōgus risus perpeti cōpēsandus est fletu. Mol lia lintheamina & serica præciosissima asperitate cilicij cōmutanda: quæ viro & sæculo placui: nunc Christo placere desidero. Si inter tales tantasq; virtutes castitatē in illa voluero prædicare superfluus videar. In qua etiā cum sæcularis esset: omniū Romæ matronarū exemplū fuit: quæ ita se gessit: vt nunq̄ de illa etiā maledicorū auderet qđ fama cōfingere. Nihil animo eius clæmē tius: nihil erga hoīe blādius fuit. Non appetebat potētes: nec tm̄ supbos & gloriolā quærētes fa stidio despiciebat. Si pauperē viderat: sustētabat. Si diuitē: ad benefaciendū cohortabat. Libera litas sola excedebat modū. Et vsuras tribuēs: versurā quoq; sæpius faciebat: vt nulli stipes rogā tium denegaret. Fateor errorē meū: cum in largiēdo esset ꝓfusior arguebā. Illud ꝓferēs de apło
2. Cor. 8. Non vt alijs refrigerīū: nobis aūt tribulatio: sed ex æqualitate in hoc tpe: vt nostra abundātia sit
Luc. 3. ad illorū inopiā. Et hoc de euāgelio Saluatoris: Q ui habet duas tunicas: det alterā nō habēti. Et ꝓuidendū esse: ne qđ libenter faceret: semp facere nō posset: multaq; huiusce modi: quæ illa mi ra verecūdia: & sermone parcissimo dissoluebat: testem inuocās deū se ꝓ illius noīe cūcta facere & hoc habere voti: vt mendicans ipa morereť: vt vnū nūmū filiæ nō dimitteret: & in funere suo alieno sindone inuolueret. Ad extremū inferebat. Ego si petiero multos iueniā: qui mihi tribu ant. Iste mēdicās si a me nō acceperit: quæ ei possum etiam de alieno tribuere: & mortuus fuerit: a quo eius anima requiret? Ego cautior i re familiari esse cupiebā: sed illa ardētior fide: toto sal uatori animo iungebať: & pauperē dm̄: pauper spiritu sequebať: reddens ei qđ acceperat: pau per ꝓ ipso effecta. Denicq; cōsecuta est qđ optabat: & in grandi ære alieno filiā dereliquit: quod hucusq; debes: nō suis viribus: sed Christi se videt misericordiā redditurā. Solēt plærecq; matro N narū buccinatoribus suis dona conferre: & in paucos largitate ꝓfusa: manus a cæteris retrahere: quo illa oīno carebat vitio. Ita enī singulis suā pecuniā diuidebat: vt singulis necessariū erat Nō ad luxuriā: sed ad necessitatē Nemo ab ea pauperū vacuus reuersus ē. Qđ obtinebat: nō diuitia
Mat. 5. rum magnitudine: sed prudentia dispensandi. Illud replicans: Beati misericordes: qm̄ ipsi mise
Luc. 16 ricordiā cōsequent. Et sicut aqua extinguit ignem: ita elemosyna extinguit pcm̄. Et facite vo
Luce. 11. bis amicos de iniquo māmona: qui vos recipiāt in æterna tabernacula: Et date elemosynā: & ec ce omnia mūda sunt vobis. Et verba Danielis regem Nabuchodonosor momentis: vt elemosy
Apo. 21. n& redimeret pcta sua. Sed in viuis lapidibus qui voluunt super terram. De qubius in apocaly psi Ioānis: Ciuitas magni regis extruit: quos in Saphyrū: & Smaragdū: & Iaspidē: & cæteras gē mas esse vertendos scriptura cōmemorat. Verū hæc possunt esse cōmunia cū paucis: & scit dia
Iob. 1. bolus nō in sūmo virtutū culmie posita. Vnde loquit ad dm̄: Post amissam Iob substātiā: post euersam domū: post liberos interfectos: coriū ꝓ corio: & omnia quæ habuerit homo dabit ꝓ aīa sua. Sed extende manū tuā: & tāge ossa eius & carnes: nisi in facie benedixerit tibi. Scimus plæ roscq; dedisse elemosynā: sed de ꝓprio corpore nihil dedisse: porrexisse egentibus manū: sed car nis voluptate superatos: dealbasse ea quæ foris erāt: & intus plenos fuisse ossibus mortuorū. At nō Paula talis: quæ tantæ cōtinentiæ fuit: vt ꝓpe mensurā excederet: & debilitatem corporis ni mijs ieiunijs ac labore cōtraheret. Quæ exceptis diebus festiuis vix oleum in cibo caperet: vt ex hoc vno æstimeť quid de vino & liquamie: & piscibus: & melle: & ouis: & reliquis quæ gustui suauia sunt: iudicarit. In qbus sumendis quidā se abstinētissimos putāt. Et si is ventrē nō in gur gitauerint: tutā pudicitiā suspicant. Semper quidē virtutes sequit inuidia: feriūtq; sūmos fulgu ra montes. Nec mirū si hoc de hoībus loquar: Cū etiā dns noster pharisæorū zelo sit crucifixus: & omnes sancti æmulos habuerint. In paradiso q̄q; serpens fuerit: cuius inuidia tum mors ītro iuit in orbem terrarū. Suscitauerat ei dns Adad Idumæū: qui eam colaphizaret: ne se extolleret: & quasi quodā stimulo carnis sæpius ammonebat: ne magnitudie virtutū altius saperet: & alia rum vitijs fœminarū se in excelso crederet cōstitutā. Ego aiebā liuori esse credendū: & dandū in saniæ locū: qđ fecisset Iacob in fratre suo Esau: & Dauid in ptinacissimo inimicorū Saul: quorū alter Mesopotamiā fugerit: alter se Allophylis tradiderit: malens hostibus q̄ iuidis subiacere At illa respōdebat: Iuste hæc diceres: si diabolus cōtra seruos dei & ancillas non vbiq; pugnaret: &
Ro. 12. ad omnia loca fugiētes nō præcederet: si nō ssctōrū locorū amore retinerer: & Bethleē meā i alia reperire possem parte terrarū. Cur enī nō patiētia liuorē superē? Cur nō humilitate frangā sup biam? & pcutienti: alterā offerā maxillā? Dicente apło Paulo: Vincite in bono malū. Nōne apli gloriabanť qm̄ ꝓ dño sunt passi cōtumeliā? Nōne ipse Saluator humiliauit se: formā serui accipi O ens: & factus est obediens patri vsq; ad mortem: & mortem crucis: vt nos sua passione saluaret? Iob nisi certasset: & vicisset in prælio: non accepisset coronā iusticiæ: nec audisset a domino. Pu

tas me aliter locutū tibi: q̄ vt appareres iustus? Beati dicunt in euangelio: qui persecutionē pati untur ꝓpter iusticiā: secura sit conscientia: q̄ non ꝓpter peccata patiamur; & afflictio in sæculo materia præmioꝝ est. Si quādo ꝓcatior fuisset inimicus: & vsq; ad verboꝝ iurgia ꝓsiliſſet: illud psalterij decātabat. Cum cōsisteret aduersum me peccator obmutui: & siluí a bonis. Et rursum. Ego autem quasi surdus nō audiebā: & quasi mutus nō aperiēs os suum. Et factus sum sicut ho mo nō audiens: & nō habens in ore suo redargutões. In tentatiōibus Deuteronomij verba vo luebat. Tentat vos dñs deus vester: vt sciat si diligatis dñm deū vestrū de toto corde vestro: & de tota anima vestra. In tribulatōibus & in anguſtijs Esaiæ replicabat eloquia: Quí ablactati estis a lacte: qui abstracti ab vbere: tribulationē super tribulationē expectare: spem super spem: ad pusillū ꝓpter malitiā labioꝝ: ꝓpter linguā malignā. Et scripturæ testimoniū in cōsolationē suā differebat. Ablactatoꝝ esse: eoꝝ scilicet qui ad virilem ætatem peruenissent: tribulationē super tribulationē sustinere: vt spem super spem mereant accipere: Scientes quoniā tribulatio patien tiā operat: patientia autem ꝓbationem: ꝓbatio vero spem: spes autem nō cōfundit. Et quid si is qui foris est homo noster corrumpat: ille qui intus est innouet: & impræsentiaꝝ leue & momē taneum tribulationis vestræ æternæ gloriæ pondus operat in vobis: nō aspicientibus quæ vidē tur: sed quæ nō videnť. Quæ enī videnť: tpalia sunt: quæ autem nō videnť: æterna. Nec longū fore tempus: etiam si humanæ impatientiæ tardum videat: quin dei statim videat auxiliū dicē tis. Tempore opportuno exaudiui te: & in die salutis auxiliatus sum tibi. Nec dolosa labia & lín guas inimicoꝝ esse metuendas: cum dño adiutore lætemur: & ipm debemus audire monentē. Per patientias vestras possidebitis animas vestras. Et nō sunt cōdignæ passiones huius tempo ris ad futurā gloriā: quæ reuelat in nobis. Et alibi: Tribulationē super tribulationē sustinere: vt patienter agamus in omnibus: quæ accidūt nobis. Patiens enī vir multū prudens. Quí autē pu sillanimus est: vehementer insipiens. In languoribus & crebra infirmitate dicebat. Quando in firmor: tunc fortior sum: & habemus thesauꝝ istum in vasis fictilibus: donec mortale hoc indu at īmortalitatē: & corruptiuū hoc vestiat incorruptōe. Et iterum: Sicut superabundāt passiones Christi in nobis: ita & per Christū abūdauit & cōsolatio: Ac deīde: Vt socij passionū estis: sic eri tis & cōsolationis. In mœrore cantabat: Quare tristis es anima mea: & quare cōturbas me? Spe ra in deo: quoniā adhuc confitebor illi salutare vultus mei: & deus meus. In periculis loquebat: Quí vult venire post me: abneget semetipm: & tollat crucem suam: & sequatur me. Et iterum. Quí vult animā suā saluā facere: perdet eam: Et quí perdiderit animā suā ꝓpter me: saluā eam fa ciet. Quando dispendia rei familiaris euersio totius patrimonij nunciabat: aiebat. Quid enim ꝓdest homini: si totum mūdum lucrifecerit: & animæ suæ dānum habuerit? Aut quā dabit ho p mo cōmutationē ꝓ anima sua? Et nudus exiui de ventre matris meæ: nudus & redeā. Sicut dño placuit: ita factum est: sit nomen dñi benedictum. Et illud: Nolite diligere mūdum: neq; ea quæ sunt in mundo: Q m omne qđ in mundo est: desideriū carnis est: & cōcupiscentia oculoꝝ: & su perbia vitæ huius: quæ nō est ex patre: sed ex mundo. Et mūdus transiet: & cōcupiscentia eius: Scio ei scriptas infirmitates grauissimas liberoꝝ: & maxime Toxotij sui: quem diligebat pluri mum. Cunq; illud virtute cōpleuisset: turbata sum: & nō sum locuta: in hæc verba ꝓrupit. Quí amat filiū aut filiā plus q̄ me: nō est me dignus. Et orans ad dñm loquebat: Posside filios mortifi catoꝝ: quī pro te quotidie mortificant corpora sua. Nouí susurronē quendā: qđ genus hominū pernitiosissimū est: quasi beniuolū nunciasse: q̄ ꝓ nimio feruore virtutū quibusdā videret insa na: & cerebrū ipsius dicerent confouendū. Cui illa respondit: Theatrū facti sumus mūdo: & an gelis & hominibus: Nos stulti ꝓpter Christū: sed stultum dei sapiētius est hominibus. Vnde & Saluator loquit ad patrem: Tu scis insipientiā meā: Quem in euangelio: & ꝓpinqui quasi men tis impotē ligare cupiebāt: & aduersarij sigillabāt dicētes: Dæmoniū habet: & Samaritanus est Et in Beelzebub principe dæmoniorum ejicit dæmonia. Sed nos audiamus apostolū cohortātem. Hæc est gloria nostra: testimoniū cōscientiæ nostræ: q̄m in sanctitate & sinceritate: & in gratia dei cōuersati sumus in mundo. Et dñm dicentē ad apostolos. Ideo mūdus odit vos: q̄m nō estis de mūdo. Si enī essetis de mundo: amaret vtiq; mundus: quod suum erat. Et ad ipm dñm verba vertebat: Tu nosti cordis abscondita: & hæc omnia venerunt super nos: & nō sumus oblíti tuí: nec iniquæ egimus in testamento tuo: nec auersum est retrorsum cor nostrū. Et ꝓpter te mortifi cati sumus tota die: Reputati sumus vt oues occisiōis. Sed dñs auxiliator meus: nō timebo quid faciat mihi homo. Legi enim: Fili honora dominū: & cōfortaberis: & extra dominū nullum ti mueris. His & talibus testimonijs: quasi armatura dei: & aduersus omnia quidem vitia: sed præ cipue instruebat se contra inuidiam sæuientem. Et patiendo iniurias furorem rabidi pectoris

Mat. 5.
p̄s. 38.
p̄s. 37.
Deut. 13.
Esa. 28.
Esa. 49
Luc. 21.
Ro. 8.
1. Cor. 4
2. Cor. 4
Ro. 5.
2. Cor. 1.
p̄s. 41
Luc. 9.
Mat. 10.
Vbi sup̄
Iob. 1.
1. Ioh. 2.
Vbi sup̄
Mat. 10.
p̄s. 68
Ioh. 8.
Mat. 12.
2. Cor. 1.
Ioh. 15.
Ro. 8.
Pro. 7.

mitigabat. Deniq; vsq; ad diem mortis: & huius patientia: & aliorꝝ zelus omnibus patuit. Qui
suum rodit auctorē: & dum æmulū lædere nititᷣ: in semetip̄m ꝓprio furore bacchatᷣ. Dicam & de
ordine monasteriꝝ: quomodo sanctorꝝ cōtinentiā in suum verterit lucrum: Seminābat carnalia:
vt meteret spiritalia: dabat terrena: vt cœlestia tolleret: breuia cōcedebat: vt ꝓ his æterna mutua
ret. Post virorꝝ monasteriū: qđ viris tradiderat gubernandū: plures virgines ex diuersis prouin
cijs congregarat: tam nobiles: q̄ medij: & infimi generis: in tres turmas monasteriaq; diuisit. Ita
dūtaxat: vt in opere: & in cibo separatæ: psalmis & orōnibus iungerentᷣ. Post alleluia cantatum Q
quo signo vocabantᷣ ad collectā: nulli residere licitū erat: Sed prima seu iter primas veniens: cæ
teraꝝ operiebatᷣ aduentū: pudore & exemplo ad laborem eas ꝓuocans: nō terrore. Mane hora
tertia: sexta nona: vespere: noctis medio: per ordinē psalteriū cantabāt. Nec licebat cuiq; sororꝝ
ignorare psalmos: Et nō de scripturis sanctis quotidie aliquid discere. Die tm̄ dn̄ico ad eccleſiā
ꝓcedebant ex cuius habitabant latere. Et vnūqđq; agmen matrem ꝓpriam sequebatᷣ: atq; inde
pariter reuertētes instabāt operi distributo: & vel sibi: vel cæteris indumēta faciebāt. Si qua erat
nobilis: nō permittebatᷣ de domo sua habere comitē: ne veterū actuū memor: & lasciuientis in
fantiæ: errorem refricaret antiquū: & crebra cōfabulatione renouaret. Vnus omniū habitus lin
theamine ad tergēdas solum manus vtebantᷣ. A viris tanta separatio: vt a spadonibus quoq; eas
seiungeret: ne vllam daret occasionē linguæ maledicæ: quæ sanctos carpere solita est in solatiū
delinquendi. Si qua vel tardior veniebat ad psalmos: & opere pigrior: varijs eam modis aggre
1. Cor. 4 diebatᷣ. Si erat iracūda: blanditijs. Si patiēs correctōe: illud apostoli imitans. Quid vultis: in vir
ga veniā ad vos: an in spiritu lenitatis & mansuetudinis? Excepto victu: & vestitu: nullā habere
1 Thi. 6. quid patiebatᷣ: dicēte Paulo: Habentes victum & vestitū his cōtenti simus. Ne cōsuetudine plus
habendi præberet locum auaritiæ: quæ nullis expleᷣ opibus: & q̄to amplius habuerit: plus req
rit: & neq; copia: neq; inopia minuitᷣ. Iurgantes inter se sermone leniſſimo fœderabat. Lasciuiē
tem adolescentularꝝ carnem crebris & duplicatis frangebat ieiunijs: malens eas stomachū dole
re q̄ mentē. Si vidisset aliquā cōptiorem cōtractōe frontis: & vultus tristitia arguebat errantem:
dicēs: munditiā corporis atq; vestitus animæ esse īmunditiā. Et turpe verbū: atq; lasciuū nunq̄
de ore virgineo ꝓferendū: quibus signis libidinosus animus ostendit: & per exteriorē hominē:
interioris hominis vitia demonstrantᷣ. Q uā linguosam: garrulā: ac ꝓcacem: rixisq; perspexerat
delectari: & sæpius cōmonitā nolle cōuerti: inter vltimas: & extra cōuentū sororꝝ ad fores tridu
um orare faciebat: & separatim cibum capere: vt quā obiurgatio nō correxerat: emendaret pu
dor: furtum quasi sacrilegiū detestabatᷣ. Et qđ inter sæculi homines: vel leue putatᷣ: vel nihil: hoc
in monasteriis grauissimū dicebat esse delictū. Q uid memorē clæmentiā & sedulitatē in ægro
tantes: quas miris obsequijs & ministerijs cōfouebat? Cunq; alijs languentibus large præberet
omnia: & esum quoq; exhiberet carniū: si quādo ipsa ægrotasset: sibi nō indulgebat: & in eo in
æqualis videbatᷣ: q̄ in alijs clæmentiā in: se duritiā cōmutabat. Nulla iuuenū puellarꝝ: sano &ve
geto corpore: tantæ se dederat cōtinentiæ: q̄ ipa fracto & senili: debilitatoq; corpusculo. Fateor
in hac re ptinatior fuit: vt sibi nō parceret: & nulli cederet admonenti. Referā qđ expertus sum. R
Mense Iulij feruentissimis æstibus incidit in ardorem febris: & post desperationē: cum dei mise
ricordia respirasset: & medici psuaderent ob refectionē corporis sui vino opus esse tenui & par
co: ne aquā bibens in hydropem verteretᷣ: & ego clam beatū papā Epiphaniū rogarem: vt eam
moneret: īmo cōpelleret vinum bibere: illa vt erat prudens & sollertis ingenij: statim sensit insi
dias: & subridens meū esse qđ ille diceret intimauit. Q uid plura? cum beatus pōtifex post mul
ta hortamenta exisset foras: quærenti mihi quid egisset: respondit. Tantū ꝓfeci: vt seni homini
pene psuaserim: ne vinum bibam. Hæc refero: nō q̄ incōsideranter & vltra vires sumpta onera
ꝓbem. Dicente scriptura: Super te onus ne leuaueris: Sed q̄mentis eius ardorē & desideriū fide
ps. 62 lis animæ ex hac quoq; ꝓbare velim perseuerātia: dicentis. Sitiuit anima mea: q̄ multipliciter ti
bi caro mea. Difficile est modum tenere in omnibus. Et vere iuxta philosophorꝝ sententiā
id est modus virtus est: vitium nimietas reputatᷣ: quod
nos vno & breui sermōe exprimere possumus. Ne quid nimis. Q uæ tn cōtemptu ciborꝝ tantā
habebat pertinaciā. In luctu mitis erat: & suorꝝ mortibus frāgebatᷣ: imaxime liberorꝝ. Nam & i
viri & filiorꝝ dormitione semper periclitata est. Et cum os stomachūq; signaret: & matricis dolo
rem: crucis niteretᷣ impressione lenire: superabatᷣ affectu: & crudelē mentē parentis viscera con
sternebant: animūq; vincens: fragilitate corporis vincebatᷣ. Q uā semel langor arripiens longo
tempore possidebat: vt & nobis inquietudinē: & sibi discrimina offerret. In quo illa lætabatᷣ: per
momenta cōmemorās. Miser ego homo: quis me liberabit de corpore mortis huius? Dicat pru

dens lector, ꝓ laudibus me vituperationē scribere. Testor Iesum cui illa seruiuit: & ego seruire cupio: me vtraq; in parte nihil fingere: sed quasi christianū de christiana quæ sunt vera ꝓferre: id est historiā scribere: nō panegyricū: & illius vitia alioꝝ esse virtutes. Vitia loquor scd'm animum meum & omniū sororꝝ ac fratrū desideriū: qui illam diligimus: & absentē quærimus. Cæterum illa impleuit cursum suum: fidemq; seruauit: & nunc fruit corona iusticiæ: sequit q̄ agnū quocūq; ierit. Saturat quæ esuriunt: & læta decantat. Sicut audiuimus: ita & vidimus in ciuitate dñi virtutū: in ciuitate dei nostri. O beata rerum cōmutatio: fleuit vt semper rideret: Despexit lacus cōtritos: vt fontem dñm reperiret. Vestita cilicio est: vt nunc albis vestimentis vteret: & discret: Scidisti saccū meū: & induisti me lætitia. Cinerem sicut panem manducabat: & potionē suā cum fletu miscebat: dicens: Fuerunt mihi lachrymæ meæ panes die ac nocte: vt in æternū panem angelorꝝ vesceret: & caneret: Gustate & videte: quoniā suauis est dñs. Et eructauit cor meū verbum bonum: dico ego opera mea regi. Et Esaiæ: imo dñi per Esaiā in se cerneret verba cōpleri. S Ecce qui seruiunt mihi manducabūt: vos autem esurietis. Ecce qui seruiūt mihi bibent: vos autem sitietis. Ecce qui seruiunt mihi lætabunt: vos autem cōfundemini. Ecce qui seruiūt mihi exultabūt: vos autem clamabitis ob dolorē cordis: & ꝓpter contritionē spiritus vlulabitis. Dixerā lacus eam fugisse semper cōtritos: vt fontem dñi reperiret: vt posset læta cātare: Sicut ceruus desiderat ad fontes aquarꝝ: ita desiderat anima mea ad te deus. Quando veniā & apparebo ante faciem dei? Tangā ergo breuiter quomodo hæreticorꝝ scenosos deuitauerit lacus: & eos instar habuerit ethnicorꝝ. Quidā veterator callidus: atq; vt sibi videbat doctus & sciolus: me nesciente cœpit ei ꝓponere quæstiones: & dicere. Quid peccauit infans: vt a dæmone corripiat? In qua ætate resurrecturi sumus? Si in ipsa qua morimur: ergo nutricibus post resurrectionē opus erit. Sin aliter nequaq̄ erit resurrectio mortuorꝝ: sed trāsformatio ī alijs. Diuersitas quoq; sexus maris ac fœminæ erit: aut nō erit. Si erit sequent & nuptiæ: & cōcubitus: sed & generatio. Si nō erit sublata diuersitate sexus: eadem corpora nō resurgent. Aggrauat enī terrena inhabitatio sensū multa cogitātē: sed tenuia & spiritalia dicente apl̄o: Seminat corpus animale: surget corpus spiritale. Ex quibus oībus ꝓbare cupiebat: rōnales creaturas ob quædā vitia: & antiqua peccata in corpore esse delapsas: & ꝓ diuersitate & meritis peccatorꝝ tali vel tali cōditione generari: Vt vel corporꝝ sanitate gauderent: & parentū diuitijs ac nobilitate: vel in morbidas carnes & domus in opum venientes pœnas pristinorꝝ luerent delictorꝝ: & præsenti sæculo atq; corporibus: quasi carceri clauderent. Qd' cum audisset: & ad me retulisset: indicans hoiem mihiq; incubuisset: necessitas nequissimæ viperæ ac mortiferæ bestiæ resistendi. De quibus psalmista cōmemorat: dicens. Ne tradas bestijs animas cōfitentiū tibi. Et increpa dñe bestias cālami: qui scribentes iniq̄tatem loquunt cōtra dñm mendaciū: & eleuant in excelsum os suū: Conuenī hoiem: & oratoribus eius: quā decipere nitebat: breui interrogatōe cōclusi. Vtrum crederet futurā resurrectionem an nō? Qui cum se credere respōdisset: intuli. Eadem resurgent corpora an altera? Cum dixisset eadem: sciscitatus sum: in eodem sexu: an in altero? Ad interrogata reticenti: & instar colubri huc atq; illuc trāferenti caput: ne ferire. Quia inq̄ taces: ego mihi ꝓ te respondebo: & cōsequentia inferā. Si nō resurget mulier vt mulier: neq; masculus vt masculus: non erit resurrectio mortuorꝝ: quia sexus mēbra habet: mēbra autem totum corpus efficiunt. Si autem sexus & mēbra nō fuerint: vbi erit resurrectio mortuorꝝ: quæ sine sexu nō cōstat & mēbris? Porro si corporum non fuerit resurrectio: nequaq̄ erit resurrectio mortuorꝝ. Sed & illud qd' de nuptijs dicis: Si T eadem mēbra fuerint: sequi nuptias: a Saluatore dissoluit: Erratis nescientes scripturas: neq; virtutem dei. In resurrectōe enī mortuorꝝ: nō nubent neq; nubent: sed erunt similes angelorꝝ: vbi dicit nō nubent neq; nubent: sexuum diuersitas demonstrat. Nemo enī de lapide & ligno dicit nō nubent neq; nubent. quæ naturā nubendi nō habent: Sed de his qui possunt nubere: & gratia Christi ac virtute nō nubāt. Qd' si opposueris quomodo ergo erimus similes angelorꝝ: cum inter angelos nō sit masculus & fœmina: breuiter ausculta. Non substantiā nobis angelorꝝ: sed cōuersationē & beatitudinē dñs repromittit. Quomodo & Ioānes baptista angelus appellatus est: & omes sancti: ac virgines dei: etiā in isto sæculo vitam in se exprimūt angelorꝝ. Quādo enī dicit: Eritis similes angelorꝝ: similitudo ꝓmittit: nō natura mutat. Simulq; respōde: quomodo illud interpreteris: qd' Thomas dñi resurgentis palpauerit manus: & viderit lancea latus eius p foratū? Et Petrus in litore stantem viderit dñm: & partem assi piscis: ac fauum mellis comedentem? Qui stabat: ꝓfecto habebat pedes: Qui monstrauit latus vulneratū: vtiq; & ventrē: & pectus habuit: sine quibus nō sunt latera: ventri & pectori cohærētia. Qui locutus est lingua: & palato: ac dentibus loquebat. Sicut enī plectrū cordis: ita lingua illidit dentibus: & vocalē reddit

Ps. 4. Ps. 39. Ps. 41 Ps. 33. Ps. 41. 1. Cor. 15 Ps. 73 Mat. 22. Ioh. 20. Luc. 24.

ſonum. Cuius palpatæ ſunt manus: cõſequenter & brachia habuit. Cum igit̃ omnia mẽbra habuiſſe dicat̃: neceſſe eſt vt totum corpus habuerit: qđ̃ confici ex mẽbris: nõ vtiq; fœmineũ: ſed virile: id eſt eiuſdem ſexus: in quo mortuus eſt. Qđ̃ ſi obtenderis: ergo & nos poſt reſurrectionem comedemus. Et quomodo clauſis ingreſſus eſt ianuis: cõtra naturã pinguiũ: & ſolidoꝝ corporum: Audies: noli ꝓpter cibum reſurrectõis fidem in calũniam trahere. Nam & archiſynagogi filiæ reſuſcitatæ iuſſit cibum dari. Et Laçarus quatriduanus mortuus: cum ipe ſcribitur iniſſe cõuiuiũ: ne reſurrectio eoꝝ fantaſma putaret̃. Sinautẽ clauſis ingreſſus eſt ianuis: & iccirco ſpiritale & aereũ corpus niteris approbare: ergo & anteq̃ pateret̃: quia contra naturã grauioꝝ corporꝝ ſuper mare ambulauit: ſpiritale corpus habuit. Et apoſtolus Petrus: qui & ipſe ſup aquas pendulo inceſſit gradu ſpiritale corpus habuiſſe credendus eſt: cũ potentia magis & virtus oſtẽditur dei: quãdo fit aliquid cõtra naturã. Et vt ſcias in ſignoꝝ magnitudine nõ naturæ mutationem: ſed dei omnipotentiã demonſtrari: Qui ambulabat fide: cœpit infidelitate mergi: niſi eum
Mat. 14. manus dñi ſubleuaſſet: dicẽtis: Modicæ fidei: quare dubitaſtiꝫ Miror te obdurare frontẽ: loquẽte dño: Infer digitũ tuũ huc: & tange manus meas: & porrige manũ tuã: & mitte in latus meũ: &
Ioh. 20. noli eſſe incredulus: ſed fidelis. Et alibi: Videte manus meas: & pedes: quia egoipe ſum. Palpate & videte: quia ſpiritus carnem & oſſa nõ habet: ſicut me videtis habere. Et cum hoc dixiſſet: oſtẽdit eis manus & pedes. Vitam audis & carnẽ: & pedes: & manus: & globos mihi Stoicoꝝ: atq; aeria quædã deliramẽta cõfingis. Porro ſi quæris: cur infans a dæmone corripiat̃: q peccata nõ habuit. Aut ĩ qua ætate reſurrecturi ſumus: cum diuerſa ætate moriamur: ingratus ſuſcipies: iudicia dei abyſſus multa: Et o altitudo diuitiaꝝ ſapientiæ & ſcientiæ dei: q̃ inſcrutabilia ſunt iudicia eius: & ĩ inueſtigabiles viæ eius. Quis enĩ cognouit ſenſum dñi: aut quis cõſiliarius eius fuit ætatũ autem diuerſitas non mutat corpoꝝ diuerſitatẽ. Cum enĩ corpora quotidie noſtra fluant: & aut creſcant: aut decreſcant: ergo tot erimus hoies quot quotidie cõmutamur: aut alius fui cũ decem annoꝝ eſſem: aut cum triginta: alius cum quinquaginta: alius cum iam toto cano capite ſum. Igit̃ iuxta eccleſiaꝝ traditionẽ: & apoſtolũ Paulũ: illud eſt reſpondendũ: ꝙ in virum perfectum: & in menſurã ætatis plenitudinis Chriſti reſurrecturi ſumus. In qua & Adam iudæi conditum autumãt: Et dñm Saluatorẽ legimus ſurrexiſſe: & multa quæ de vtroq; teſtamento in ſuffocationẽ hæretici ꝓtuli. Ex quo die ita cœpit hoiem deteſtari: & omnes qui eiuſdem dogmatis erant: vt eos voce publica hoſtes dñi ꝓclamaret. Et hoc dixi: nõ vt breuiter hæreſim cõfutarem: cui multis voluminibus reſpondendũ eſt: ſed vt fidem tantæ fœminæ oſtenderẽ: quæ maluit inimicitias hominũ ſubire perpetuas: q̃ dei offenſam amicitijs noxijs ꝓuocare. Dicam ergo: vt cœperam: nihil ingenio eius docilius fuit. Tarda erat ad loquendũ: velox ad audiendũ. Memor illius præcepti. Audi iſrael: & tace. Scripturas ſanctas tenebat memoriter. Et cum amaret hiſtoriã: & illud veritatis diceret fundamentũ: magis tñ ſequebat̃ intelligẽtiã ſpiritalem: & hoc ĩ culmine ædificationẽ animæ ꝓtegebat. Denicq; cõpulit me: vt vetus & nouũ teſtamentũ cum filia me differente perlegeret. Q đ̃ ꝓpter verecũdiam negans ꝓpter aſſiduitatẽ: & crebras poſtulatões eius præſtiti: vt docerẽ qđ̃ didicerã: Non a meipo: id eſt a præſumptõis peſſimo præceptore: ſed ab illuſtribus eccleſiæ viris. Sicubi hæſitabã: & neſcire me ingenue cõfitebar: nequaq̃ mihi voluit acquieſcere: ſed iugi interrogatõe cogebat: vt ex multis validiſq; ſententijs: quæ mihi videret̃ probabilior: indicarẽ. Loquar & aliud: qđ̃ forſitan æmulis videat̃ incredulũ. Hebræã linguã: quam ego ab adoleſcẽtia multo labore ac ſudore ex parte didici: & infatigabili meditatiõe non deſero: ne ipſe ab ea deſerar: Diſcere voluit: & cõſecuta eſt: Ita vt pſalmos hebraice caneret: & ſermonẽ abſq; vlla latinæ linguæ ꝓprietate reſonaret. Q đ̃ qdẽ vſq; hodie ĩ ſctã filia eius Euſtochio cernimus: quæ ita ſemper adhæſit matri: & eius obediuit imperijs: vt nunq̃ abſq; ea cubaret: nunq̃ ꝓcederet: nunq̃ cibum caperet: ne vnum quidẽ nũmum hret ptãtis ſuæ: Sed & paternã & maternam ſubſtantiolã a matre diſtribui pauperibus lætaret̃: & pietatem in parentẽ hæreditatẽ maximam & diuitias crederet. Non debeo ſilentio præterire: q̃to exultauit gaudio: ꝙ Paulã neptem: ſuam Aleta & Toxotio genitã: Immo voto & futuræ virginitatis repromiſſione cõceptã. Audierat in cunis & crepitaculis balbutiente lingua alleluia cantaret: auiæq; & amitæ nomina dimidiatis verbis frangere. In hoc ſolo patriæ deſideriũ habuit: vt filium: nurum: neptem renũciaſſe ſæculo: & Chriſto ſeruire cognoſceret: quod impetrauit ex parte. Nam neptis Chriſti flãmeo reſeruat̃. Nurus æternæ ſe tradens pudicitiæ: ſocrus: opera: fide: & elemoſynis ſequit̃: & Romæ conat̃ exprimere: quod Hieroſolymis illa cõpleuit. Quid agimus anima? Cur ad mortem eius venire formidas? Iamdudũ ꝓlixior liber reddit̃: dum timemus ad vltima peruenire: quaſi tacentibus nobis: & in laudibus illius occupatis differri poſſit occubitus. Hucuſq; ꝓſperis nauigauĩ

mus ventis: & crispantia maris æquora labens carina sulcabit. Nunc in scopulis occurrit oratio & tumentibus fluctuũ motibus præsens vtriusq; monstri intẽtatur naufragiũ: Ita vt cogamur dicere: Præceptor saluos nos fac: perimus. Et illud: Exurge: vt quid obdormis dñe? Quis enim Ma. 18.
possit siccis oculis Paulã narrare morientẽ? Incidit in grauissimã valitudinẽ: imo qđ optabat in ps. 43
uenit: vt nos desereret: & plenius dño iungeret. In quo lãguore Eustochij filiæ ꝓbata semper in
matre pietas: & magis ab omnibus cõprobata est. Ipsa assidere lectulo: flabellũ tenere: sustenta-
re caput: puluillũ supponere: fricare pedes: manus: stomachũq; cõfouere: mollia strata cõpone-
re: aquam calidã temperare: mappulã apponere: omniũ ancillarũ præuenire officia: & quicquid
alia fecisset: de sua mercede putare subtractũ: Quibus illa præcibus: quibus lamẽti & gemitu in
ter iacentẽ matrẽ & specum dñi discurrit: ne priuaret tanto contubernio: ne illa absente viueret:
vt eodem feretro portaret? Sed o mortaliũ fragilitas: & caduca natura: & nisi Christi fides nos
extollat ad cœlum: & æternitas animæ ꝓmittat: cum bestijs ac iumentis corpor vna cõditio est
Idem cõcubitus iusto & ipso: bono & malo: mundo ac ĩmundo: sacrificanti & nõ sacrificanti. Si
cut bonus: ita & qui peccat: Sicut qui iurat: ita & is qui iuramenta metuit. Similiter & homies: &
iumenta in fauilla & cinere dissoluunt. Quid diu differo? & in alijs ĩmorando dolorem meum
facio longiorẽ? Sentiebat prudentissima fœminarũ adesse mortem: & frigente alia parte corpo-
ris: atq; mẽbrorũ: solum animæ teporẽ in sacro & sancto pectore palpitare: & nihilominus qua
si ad suos pergeret: alienosq; despiceret: illos versiculos susurabat: Dñe dilexi decorem domus ps. 25.
tuæ: & locum habitatõis gloriæ tuæ. Et: Q̃ dilecta tabernacula tua dñe virtutũ: concupiscit & ps. 83.
deficit anima mea in atria dñi. Et Elegi abiecta esse ĩ domo dei mei: magisq̃ habitare in taberna- Vbi sup
culis pctõrũ. Cumq; a me interrogaret cur taceret: cur nollet respondere: an doleret aliquid: græ
Y co sermone respondit: nihil se habere molestiæ: & omnia quieta & tranquilla respicere. Post hæc
obmutuit: & clausis oculis quasi iam mortalia despiceret: vsq; ad expirationẽ animæ eosdem re
petebat versiculos: Vt qđ dicebat: vix audire possemus. Digitũq; ad os tenens: crucis signũ pin
gebat in labrijs: Defecerat spiritus: & anhelabat in mortem. Animaq; erũpere gestiens: ipm stri-
episcopi: & sacerdotũ inferiores gradus: ac leuitarũ innumerabilis multitudo. Oĩe monasteriũ
virginũ & monachorũ chori repleuerãt. Statimq; vt audiuit sponsum vocãtem: Surge vent ꝓxi Cañ. 2.
ma mea: speciosa mea: colũba mea: Quoniã ecce hyems transijt: & recessit: pluuia abijt sibi: læ-
ta respondit. Flores visi sunt in terra: tempus sectationis aduenit. Et: Credo videre bona dñi in ps. 26.
terra viuentiũ. Exhinc nõvlulatus: nõ planctus: vt inter sæculi homines fieri solet: sed psalmorũ
linguis diuersis examina cõcrepabãt. Trãslataq; episcoporũ manibus & ceruicẽ feretro subijci
entibus: cum alij pontifices lãpadas cereosq; perferrent: Alij choros psallentiũ ducerent: in me
dia ecclesia: in spelũca Saluatoris est posita. Tota ad funus eius palæstinarũ vrbium turba cõue-
nit. Quem monachorũ latentiũ in eremo cellula sua tenuit? Quam virginũ cubiculorũ secreta
tenuerũt? Sacrilegiũ putabat: qui nõ tali fœminæ vltimũ reddidisset officiũ. Viduæ & pauperes
in exemplo Dorcadis vestes ab ea præbitas ostendebant. Omnis inopũ multitudo matrẽ & nu-
tritiam se perdidisse clamabant. Qđq; mirum sit: nihil pallor mutauerat faciem: sed ita dignitas
& grauitas ora cõpleuerat: vt eam putares nõ mortuã: sed dormientẽ. Græco: latino: syroq; ser-
mone psalmi in ordine personabãt: Nõ solum triduo: & donec subtus ecclesiã: vt iuxta specum
domini conderet: sed per omnẽ hebdomadã cunctis qui venerant: funus suum: & ꝓprias credẽ
tibus fudere lachrymas. Venerabil virgo filia eius Eustochiũ: q̃si ablactata sup matrẽ suã abstra
hi a parẽte nõ poterat: deosculari oculos: hærere vultui: totũ corpus amplexari: & se cum matre
velle sepeliri. Testis est Iesus: ne vnum quidem nũmum ab ea filiæ derelictũ. Sed vt ante iamdi
xi: Derelictũ magnũ æs alienũ: & quod his difficilius est: fratrũ & sororũ ĩmensam multitudinẽ
quos sustentare arduũ: & abijcere impiũ est. Quid hac virtute mirabilius? fœminã nobilissimæ
familiæ: magnis quondã opibus: tanta fide omnia dilargitã: vt ad egestatẽ pene vltimã peruen
ret? lactent alij pecunias: & in corbonã dei æra cõgesta: funalibusq; aureis dona pendentia: Ne
mo plus dedit pauperibus: q̃ quæ sibi nihil dereliquit. Nunc illa diuitijs fruit: & his bonis: quæ
nec oculus vidit: nec auris audiuit: nec ĩ cor hominis ascenderũt. Nostrã vicem dolebimus: & in
uidere potius gloriæ eius videbimur: si voluerimus diuitijs flere regnantem. Secura esto Eusto
chium: magna hæreditate dotata es. Pars tua dñs: & quo magis gaudeas: mater tua longo mar-
Z tyrio coronata est. Non solũ enĩ effusio sanguinis in cõfessione reputat: sed deuotæ quoq; men
tis seruitus quotidianũ martyriũ est. Illa coronã de rosis & violis plectit: ista de lilijs. Vnde & in
cantico scribit canticorũ: Fratruelis meus candidus & rubicũdus. Et in pace & in bello eadẽ præ Cañ. 5.

Gen.12. Hier.48 mia vincentibus tribuens. Mater inquit tua audiuit cum Abraam. Exi de terra tua: & de cognatione tua: & veni in terrā quam ostendā tibi. Et per Hieremiā dñm præcipientē: Fugite de terra Babylonis: & saluate animas vestras: Et vsq; ad diem mortis suæ non est reuersa in Chaldeam: neq; ollas ægypti: & virulētias carnium desiderauit: sed choris comitata virgineis ciuis est Salvatoris effecta: & de paruula Bethleem cœlestia regna cōscendēs dicit ad veram Noemi. Populus tuus: populus meus: & deus tuus: deus meus. Hunc tibi librum ad duas lucubratiūculas: eosdem quem tu sustines dolore dictaui. Nam quotiēscūq; stilum figere volui: & opus exarare ꝓmissum: totiens obriguerunt digiti: cecidit manus: sensus elanguit. Vnde & inculta oratio votū scribentis: absq; vlla elegantia: & verboꝝ lepore testat. Vale o Paula: & cultoris tui vltimā senectutem orationibus iuua. Fides & oratio tua Christo te sociant: præsens facilius quod postulas impetrabis. Exegi monumentū ære perēnius: quod nulla destruere possit vetustas. Incidi elogium sepulchro tuo: quod huic volumini subdidi: vt quocūq; noster sermo peruenerit: te laudatā te in Bethleem cōditam lector agnoscat.

Sequitur titulus sepulchri.

Scipio quam genuit: pauli fudere parentes:
Gracchoꝝ soboles: agamēnonis inclyta proles
Hoc iacet in tumulo: Paulam dixere priores.
Eustochij genitrix: romani prima senatus
Pauperiem Christi & bethlemitica rura secuta.
In fronte speluncæ.
Respicis angustum: præcisa rupe sepulchrum.
Hospitium Paulæ est: cœlestia regna tenentis.
Fratrem: cognatos: romam: patriāq; relinquens.
Diuitias: sobolem: bethleemitico condītur antro.
Hic præsepe tuum Christe: atq; hic mystica Magi.
Munera portantes: hominiq; deoq; dedere.

Dormiuit sancta & beata Paula septimo kalendas Februarij: tertia sabbati: post solis occubitū. Sepulta est quinto kalē. earūdem: Honorio: Augusto: & Arestino consulibus. Vixit in sancto ꝓposito Romæ annos quinq;: Bethleem annos viginti. Omne vitæ tempus impleuit ānis quinquagintasex: mensibus octo: diebus viginti.

TRACTATVS QVARTVSDECIMVS: ET VLTIMVS TERTIAE PARTIS PRINCIPALIS DE PŌENITENTIA: quibus exhortatoriæ ad ponitentiā & obiurgatoriæ in lapsos inserunt epistolæ.

Beati Hieronymi præsbyteri ad Rusticū: quē post ꝓmissam cū cōiuge cōtinentiā lapsum ad incōtinentiā cohortat: varia ex scripturis de fructu pniæ testimonia & exemplā decerpēs: eundem ad loca sancta & monasticā cōuersationē inuitans: EPI. .LXXIII.

A Vod ignotus ad ignotum audeo scribere: sanctæ ancillæ Christi Hedibiæ & filiæ meæ cōiugis tuæ Artemiæ: imo sororis ex cōiuge atq; conseruæ fecit deprecatio.

q Quæ nequaq; ꝓpria salute cōtenta: tuā & ante quæsiuit in patria: & nūc in sanctis locis quærit salutē. Imitari cupiēs Andree & Philippi apl'oꝝ beniuolentiā: quorū vterq; inuentus a Christo: fratrē Simonē & amicū Nathanael inuenire desiderat: vt alter eoꝝ mereat audire: Tu es Simon filius Ioānis: tu vocaberis Cephas: qd' interpretat Petrus: Alter donū dei (hoc enī lingua nostra sonat Nathanahel) Christi ad se loquētis testimonio subleuat. Ecce vere israelita: in quo dolus nō est. Optauerat enī quondā & Loth cum filijs saluare cōiugē suā: & de incendio Sodomæ & Gomorræ pene semiustus erūpens educere eam: quæ pristinis vitijs tenebat astricta: sed & desperatio trepida respiciensq; post tergū: æterno infidelitatis titulo cōdemnat. Et ardens fides ꝓ vna muliere perdita: totā Segor liberat ciuitatē. Deniq; postq; Sodomiticas valles ac tenebras derelinquēs ad mōtana cōscendit: ortus est ei sol in Segor quæ interpretat paruula: vt parua fides Loth: quia maiora non poterat: saltem minora seruaret. Necq; enī Gomorræ quondā & erroris habitator: statim ad meridiē poterat peruenire: In q̄ Abraā amicus dñi cum angelis suscepit deū: Et Ioseph fratres pascit in ægypto: Sponsusq; audit a sponsa: Vbi cubas: vbi pascis in meridie? Samuel quondā plāgebat Saul: quia superbiæ vulnera pœnitētiæ medicamīe nō curabat. Et Paulus lugebat Corinthios: Qui fornicatiōis maculas lachrymis delere nolebāt. Vnde & Ezechiel librū deuorat scriptū intus & foris: Carmine: plāctu: & de carmine super laude iustoꝝ: planctu super pœnitētibus. Ve super hisde q̄bus scriptū est: Cum

Ioh.1.

Can.1.

venerit impius in ꝓfundū malorꝝ contēnit. Quos ostendit Esaias: dicens. Vocabit dñs Sabaoth Esa.22.
in die illa fletum: & planctum: & decaluationē: & accinctionē cilicioꝝ. Ipī autem fecerūt lætitiā
& exultationē: mactantes vitulos: & occidentes oues: vt comederēt carnes: dicentes: Manducemus: & bibamus: cras enī moriemur. De quibus & Eçechiel loquit: Et tu fili hominis dic domui
israel: sic locuti estis dicentes: Errores nostri & iniquitates nostræ super nos erunt: & in ipis con Eçe.18.
sed vt cōuertat a vita sua. Et iterū: Reuertimini recedētes a via vestra. Quare moriemini domus
israel? Nihil tam offendit deū: q̄ desperatio: & desperatōe melioꝝ hærere prioribus: licet ipa de
B speratio incredulitatis indiciū sit. Qui enī desperat salutē: nō futurū putat esse iudiciū. Quod si
metueret: vtiq; bonis operibus iudici se præpararet. Audiamus per Hieremiā loquentem deū:
Conuerte pedem tuum a via tua aspera: & guttur tuum a siti. Et iterū: Nunquid qui cadit nō re- Hier.8.
surget? aut qui auersus est nō reuertet? Et per Esaiā: Quando cōuersus ingemueris: tunc saluus Esa.45
eris: & scies vbi fueris. Scire nō possumus ægrotatiōis mala: nisi cum fuerit sanitas cōsecuta. Et
q̄tum boni virtus habeat: vitia demonstrant. Clariusq; fit lumen cōparatōe tenebraꝝ. Eçechiel
quoq; ipsdem verbis: quia eodē & spiritu Cōuertimini inquit: & recedite ab iniquitatibus vestris Eçe.18.
domus israel: & nō erunt vobis in tormentū impietates. Proijcite omnes iniqtates vestras: quibus impie egistis aduersum me. Et facite vobis cor nouū & spiritū nouū: & quare moriemini domus israel? Nolo enī mortem pctōris dicit dñs. Vnde & in cōsequentibua loquit: Viuo ego dicit dñs: Nolo enī mortem pctōris: nisi vt reuertat a via sua. Ne mens incredula de bonoꝝ repromissione desperet. Et semel perditiōi animus destinatus: non adhibeat curationē vulneri: qd̄ nequaq̄ æstimat posse curari. Iccirco iurare se dicit: vt si nō credimus ꝓmittenti deo: credamus salutem ꝓ nostra salute iuranti. Quā ob causam iustus præcat: & dicit: Conuerte nos deus salutaris noster: & auerte furorē tuū a nobis. Et iterū: Dñe in volūtate tua præstitisti decori meo fortitudinem. Auertisti faciem tuam a me: & factus sum cōturbatus. Postq̄ enī fœditatē delictoꝝ meoꝝ virtutū decore mutauit: infirmitatē meā tua gratia roborasti. Ecce audio pollicentem. Persequar inimicos meos: & cōprehendā illos: & nō reuertar: donec deficiant: vt qui te ante fugiebā: & inimicus eram: tua cōprehendar manu. Ne cesses a persequendo: donec deficiā a via mea pessima: & reuertar ad virum meū pristinū: Qui mihi dabit linteamina mea: & oleum: & similā: & cibabit me pinguissimis cibis: Qui iccirco obsepsit: atq; præcluſit vias meas pessimas: vt eam inuenirem viam: quæ dicit in euangelio: Ego sum via veritas & vita. Audi ꝓphetā loquentē. Qui seminat in lachrymis: in gaudio metent. Euntes ibant & flebant: portantes semina sua. Venientes autem venient in exultatōe portantes manipulos suos. Et loquere cum eo Lauabo per singulas noctes lectū meū: in lachrymis stratū meū rigabo. Et iterū: Sicut desiderat ceruus ad fōtes aqua rum: ita desiderat anima mea ad te deus. Sitiuit anima mea ad te deū fontē viuū: quādo veniā & apparebo ante faciem dei? Factæ sunt mihi lachrymæ meæ panes per diem & noctem. Et in alio loco: Deus deus meus: ad te de luce vigilo. Sitiuit anima mea ad te: q̄ multipliciter tibi caro mea In terra deserta & inuia & inaquosa: sic in sancto apparui tibi. Quanq̄ enī sitierit te anima mea: tamen multo te plus carnis meæ labore quæsiui: & tibi in sancto apparere nō potui: nisi prius in terra deserta a vitijs: & inuia aduersarijs potestatibus: & absq; humore & rheumate vllius libidinis cōmorarer. Fleuit & dñs super ciuitatē Hierusalē: quia non egissent pœnitentiā: & Petrus trinam negationē amaritudine abluit lachrymaꝝ. Impleuitq; illud ꝓpheticū: Exitus aquaꝝ deduxerūt oculi mei. Plangit & Hieremias populū pœnitentiā nō agentē: dicens: Quis dabit capiti meo aquā: & oculis meis fontē lachrymarū? & plorabo populū istū per diem & noctem. Cur autem plangat & defleat: sequenti sermone demonstrat. Nolite flere mortuū: neq; plangatis eū Hier.9.
Flete planctu qui egredit: quia nō reuertet vltra. Nequaq̄ igit gentilis plāgendus est: atq; iudæus qui in ecclesia nō fuerunt: & semel mortui sunt. De quibus Saluator dicit: Mortuos dimitte: Ma.8.
vt sepeliant mortuos suos. Sed eos plange: qui per scelera atq; peccata egrediunt de ecclesia: & nolunt vltra reuerti ad eam dñatione vitioꝝ. Vnde & ad viros ecclesiasticos: Qui muri & turres ecclesiæ nuncupant. Loquit sermo ꝓpheticus: dicens: Muri Syon ꝓferte lachrymas implentes illud apostoli: Gaudere cum gaudentibus: flere cum flentibus: vt dura corda peccātiū vestris lachrymis ꝓuocetis ad fletum: ne perseuerātes in malitia audiant. Ego plantaui te vineā frugiferā Hier.2.
omne semen verum seruī: quomodo versa es in amaritudinē vitis alienæ? Et iterū: Ligno dixerunt: Pater meus es tu. Et lapidi: Tu genuisti me: & verterūt ad me dorsa: & nō facies suas. Et est Vbi sup̄
sensus: Noluerūt ad me cōuerti: vt agerent pniam: sed per cordis duritiā in iniuriā suā mea terga verterūt. Quāobrem & dñs loquit ad Hieremiā: Vidisti quæ fecerunt mihi habitatio israel.

Abierũt ſuper omnẽ montẽ excelſum: & ſubter omne lignũ frondoſum: & fornicati ſunt ibi: Et
dixi: Poſtq̃ fornicata eſt hæc omnia: ad me reuertere: & nõ eſt reuerſa. O clemẽtia dei. O noſtra
durítia: dum & poſt tanta ſcelera nos ꝓuocat ad ſalutẽ. Et ne ſic quidẽ volumus ad meliora con-
uerti. Si reliquerit inquit vxor virũ ſuũ: & alij nupſerit: & voluerit poſtea reuerti ad eum: nunqd
ſuſcipiet eam: & nõ deteſtabit̃? Pro quo ſcriptũ eſt: iuxta hebraicã veritatẽ: qđ in græcis & lati-
nis codicibus nõ habet̃: & tu reliquiſti me: Cõuertere: & ſuſcipiam te: dicit dñs. Eſaias quoq; in
Eſa. 44 eundẽ ſenſum ijſdem pene loquit̃ ſermonibus. Cõuertimini qui ꝓfundũ cõſiliũ cogitatis: & ini
quum filij iſrael. Reuertere ad me: & redimã te. Ego dñs: & nõ eſt alius præter me iuſtus: & non
eſt Saluator abſq; me. Reuertimini ad me: & ſalui eritis: qui eſtis in extremis terræ. Recordami
ni horꝝ: & ingemiſcite: & agite pœnitentiã qui erratis. Cõuertimini corde: & memẽtote priorꝝ
Ioel. 2. a ſæculo: qm̃ ego ſum deus: & nõ eſt alius deus abſq; me. Scribit & Iohel. Conuertimini ad me
in toto corde veſtro: in ieiunio: & lachrymis: & planctu: & ſcindite corda veſtra: & nõ veſtimẽ-
ta veſtra. Miſericors enĩ & miſerator eſt dñs: & agens pœnitentiã ſuper malitijs: q̃te autẽ ſit mi
ſericordiæ: & q̃tæ (vt ita loquar) nimiæ: ineffabiliſq; clæmentiæ: Oſee ꝓpheta nos doceat: ꝑ quẽ
Oſee. 6. loquit̃ deus: Quid tibi faciã Effraim? quomodo te ꝓtegã iſrael? quid tibi inq̃ faciã? ſicut Adama
ponã te: & ſicut Seboim. Cõuerſum eſt cor meũ in me: & cõturbata eſt pœnitudo mea. Nequaq̃ D
faciã tibi ſcd'm iram furoris mei. Vnde & Dauid loquit̃ in pſalmo: Non eſt in morte qui memor
ps. 6. ſit tui: in inferno autẽ quis cõfitebit̃ tibi? Et in alio loco: Peccatũ meũ notũ feci: & iniquitatẽ meã
ps. 31. nõ abſcondi. Dixi ꝓnũciabo cõtra me iniquitatẽ meã dño: & tu dimiſiſti impietatẽ peccati mei.
Pro hac orabit ad te omnis ſanctus in tpe opportuno. Verũtn̄ in diluuio aquarꝝ multarꝝ ad eum
nõ approximabũt Vide q̃ta magnitudo ſit fletuũ: vt aquarꝝ diluuio cõparet̃ Quos qui habuerit
Treñ. 2. & dixerit cum Hieremia: Non ſileat pupilla oculi mei: ſtatim in illo cõplebit̃. Miſericordia & ve
ps. 84. ritas obuiaueruut ſibi: iuſticia & pax deoſculatæ ſunt: vt ſit iuſticia & veritas quæ ſeruauerint:
miſericordia & pax quæ ꝓuocent ad ſalutẽ. Totam pniam pctõris oſtendit pſalmus quinqua-
geſimus: quãdo ingreſſus eſt Dauid ad Berſabeæ vxorẽ Vrie Cethei: & Nathan ꝓphetante cor
2. Reg. 12. reptus: reſpondit: dicens: Peccaui. Statimq; meruit audire. Et dñs a te abſtulit pctm̃. Adulterio
ps. 50. enĩ iunxerat homicidiũ: & tn̄ cõuerſus ad lachrymas: Miſerere ait mei deus ſcd'm magnã miſe-
ricordiã tuã: Et ſcd'm multitudinẽ miſerationũ tuarꝝ: dele iniquitatẽ meã. Magnũ enĩ pctm̃: ma
gna indigebat miſericordia. Vnde iungit & dicit: Multũ laua me ab iniqtate mea: & a pctõ meo
mũda me. Q m̃ iniquitatẽ meã ego cognoſco: & delictũ meũ cõtra me eſt ſemper. Tibi ſoli pec
caui (Rex enĩ erat: & alium nõ timebat) & malũ corã te feci: vt iuſtificeris in ſermonibus tuis: &
Gal. 3. vincas cum iudicaris. Concluſit enĩ deus omnia ſub pctõ: vt oĩbus miſereat̃: Tantũq; ꝓfecit: vt
dudũ pctõr & pœnitens tranſierit in magiſtrũ: & dicat: Docebo iniquos vias tuas: & impij ad
te cõuertent̃. Confeſſio enĩ & pulchritudo corã eo: vt qui ſua cõfeſſus fuerit peccata: & dixerit:
Putruerũt & corruptæ ſunt cicatrices meæ: a facie inſipientiæ meæ: fœditatẽ vulnerũ in ſanita-
tis decorẽ cõmutet. Qui enĩ abſcondit iniquitatẽ ſuã: nõ ꝓſperabit̃. Achab rex impijſſimus vi-
neam Nabuthæ cruore poſſedit: & cum Hieçabel non tam cõiugio ſibi q̃ crudelitate cõiuncta:
4. Reg. 3. Helie increpatõe corripit̃. Hæc dicit dñs: Occidiſti: & poſſediſti. Et iterũ: In loco quo linxerunt
canes ſanguinem Nabuthæ: ibi lingent ſanguinẽ tuũ: & Hieçabel canes comedent ante muros
Hieſrael. Qđ cum audiſſet Achab: ſcidit veſtimenta ſua: & poſuit ſaccũ ſuper carnẽ ſuã: ieiuna
uitq; & dormiuit in cilicio. Factuſq; eſt ſermo dñi ad Heliã: dicens: Q m̃ reuerſus eſt Achab ad
humilitatẽ mei cauſa: nõ inducã malũ in diebus eius: ſed filij ſui: Quia licet peccaſſet vnũ ſcelus
Achab & Hieçabel: tn̄ cõuerſus Achab ad pœnitẽtiã pœna differt̃ in poſteros: & Hieçabel ĩ ſce
lere perſeuerãs: præſenti iudicio cõdẽnat̃. Loquit̃ dñs in euãgelio: Viri Niniuitæ ſurgent in iu
Mat. 12. dicium cum generatõe hac: & cõdẽnabũt eam: quia egerunt pœnitentiã ad prædicationẽ Ionæ.
Et iterũ: Non veni vocare iuſtos: ſed pctõres ad pœnitentiã. Dragma perit: & tn̄ inuenit̃ in ſter-
core. Nonagintanouẽ oues relinquunt̃ in ſolitudine: & vna ouis quæ aberrauerat: paſtoris hu-
meris reportat̃. Vnde & letitia angelorꝝ eſt ſuper vno pctõre agente pœnitentiã. Quanta fœli-
Mat. 3. citas: vt de ſalute noſtra exultent cœleſtia? De qbus dicit̃: Pœnitentiã agite: appropinquabit enĩ
regnũ cœlorꝝ. Nullũ in medio ſpatiũ. Mors & vita ſibi cõtraria ſunt: & tn̄ pœnitentia copulant̃ E
Luc. 15 Luxurioſus filius totã ꝓdegerat ſubſtantiã: & ꝓcul a patre vix porcorꝝ cibis inediã ſuſtentabat
Reuertit̃ ad parentẽ: ĩmolat̃ ei vitulus ſaginatus: ſtolã accipit & anulũ: vt Chriſti recipiat funda
mentũ: qđ dudũ polluerat: & audire meret̃. Candida ſint ſemp veſtimẽta tua. Receptoq; ſigna-
culo dei: ꝓclamet ad dñm. Pater: peccaui in cœlũ: & corã te: & recõciliatus oſculo dicat ad eum.
ps. 4. Signatũ eſt ſuper nos lumen vultus tui dñe. Iuſticia iuſti nõ liberabit eum in quacũq; die pecca

uerit: & iniquitas iniqui nō nocebit ei quacūq; die cōuersus fuerit. Vnūquēq; iudicat deus: sicut inuenerit: Nec præterita cōsiderat: sed præsentia: si tñ præterita crimina nouella cōuersione mutent. Septies cadit iustus: & resurgit. Si cadit: quomodo iustus? Si iustus quomodo cadit? Sed iusti vocabulū nō amittit: qui per pniam semper resurgit. Et nō solū septies: sed septuagies septies delinquenti: si cōuertat ad pœnitentiā: peccata donant. Cui plus dimittit: plus dilīgit. Meretrix lachrymis pedes Saluatoris lauat: & crine detergit: & in typum ecclesiæ de gentibus cōgregatæ meret audire: Dimittunt tibi peccata tua. Pharisæi iustícia perit superbia: & publicani humilitas cōfessione saluat. Per Hieremiā testat deus: Ad sūmā loquar cōtra gētem & regnū: vt eradicem & destruā: & disperdā illud. Si pœnitentiā egerit gens illa a malo suo qđ locutus sum aduersum eam: Agam & ego pœnitentiā super malo: qđ cogitaui vt facerē ei. Et ad sūmā loquar sup gentem & regnū: vt ædificē: & vt plātem illud. Si fecerit malū in cōspectu meo: vt nō audiat vocem meā: Pniam agam super bono qđ locutus sum: vt facerem ei. Statimq; infert: Ecce ego fingo cōtra vos malum: & cogito cōtra vos cogitationē. Reuertat vnusquisq; a via sua mala: & dirigite vias vestras & studia vestra: qui dixerūt: Desperauimus: post cogitatiōes enī nostras ibimus: & vnusquisq; post prauitatē cordis sui malū faciemus. Symeon iustus in euāgelio loquit: Ecce hic positus est in ruinā: & in resurrectionē multorū. In ruinā videlicet pctōrū: & i resurrectionē eorū qui agunt pœnitentiā. Apostolus scribit ad Corinthios: Audit inter vos fornicatio: qualis ne in ter gentes quidē: ita vt vxorē patris aliquis habeat. Et vos inflati estis: & nō magis luctū habuistis vt tollat de medio vestrū: qui hoc opus fecit. Et in secūda ad eosdem epistola: ne abundātiori tristícia pereat: qui eiusmodi est: reuocat eum & obsecrat: vt confirmet super illum charitatem.

F Et qui incestu perierat: pœnitentia conseruet. Nullus quidem mūdus a peccato: ne sivnius quidem diei fuerit vita eius Quanto minus mundi numerabiles erunt anni vitæ illius? Astra quoq; ipsa nō sunt munda in cōspectu eius Et aduersum angelos suos peruersum quid excogitauit Si in cœlo peccatū: q̄tomagis in terra? Si delictū in his qui carent tentatiōe corporea: q̄tomagis in nobis: qui fragili carne circūdamur? vt cum apostolo dicamus: Miser ego: quis me liberabit de corpore mortis huius? Non enī habitat in carne nostra bonum: nec agimus qđ volumus: sed qđ nolumus: vt aliud anima desideret: aliud caro facere cogat. Q đ si quidā iusti appellant in scripturis: & nō solum iusti: sed iusti in cōspectu dei: iuxta illam iustíciam appellant iusti: iuxta quā supra dictum est. Septies cadit iustus: & resurget. Et iuxta quod iniquitas iniqui non nocebit ei in quacūq; die cōuersus fuerit: Cui desperandū est? Denicq; & Zacharias pater Ioānis qui scribitur iustus: peccauit in eo q̄ non credidit: & statim silentio condemnat. Et Iob qui iustus & imaculatus ac sine querela in principio voluminis sui scribit: postea & dei sermone: & confessione sui: peccator arguit. Si Abraam: Isaac: & Iacób: pphetæ quoq; & apostoli: nequaq̄ caruere peccato: si purissimū triticū habuit mixtas paleas: quid de nobis dici potest: de quibus illud scriptū est? Quid de paleis ad frumentū dicit dñs? & tamen paleæ futuro reseruant incendio: & zizania hoc tempore mixta sunt segetibus frumentorū: donec veniat qui habet ventilabrū in manu sua & purgabit aream: vt congreget triticū in horrea: & quisquilias gehennæ igne cōburat. En hæc omnia quasi pulcherrima scripturarū prata discurrens in vnum locum volui congregare: & de speciosissimis floribus coronā tibi texere pœnitentiæ: quam imponas capiti tuo: vt assumas pē nas colūbæ: & voles & requiescas: & clæmentissimo recōcilieris patri. Narrauit mihi vxor quōdam tua: nunc soror atq; cōserua: q̄ iuxta præceptū apostoli ex cōsensu abstinueritis vos ab opere nuptiarū: vt vacaretis orationi. Tuaq; rursum vestigia: quasi in salo posita fluctuasse: imo vt apertius loquar esse prolapsa. Illam audisse a domino cum Moyse: Tu vero hic sta mecum: & dixisse de domino. Statuit supra petrā pedes meos: tuam domum: quæ fundamēta fidei solida nō habebat: postea diaboli turbine concidisse: Porro illius perstare in domino: & suum tibi hospitium non negare: vt cui prius cōiunctus fueras corpore: nunc spíritu copuleris. Qui enim adhæret dño: vnus spíritus est.

G Cunq; vos rabies barbarorū & īminens captiuitas separet: sub iusiurandi testificatiōe pollicitus es: vt ad sancta transeūtem loca: vel statim vel postea sequereris: & seruares animā tuam: quam visus eras negligentía perdidisse. Redde igitur quod præsente dño spopondisti. Incerta est vita mortaliū: ne ante rapiaris: q̄ tuam impleas sponsionē. Imitare eam: quam docere debuerat. Proh pudor: fragilior sexus vincit sæculū: & robustior superat a sæculo Tanti dux fœmina facti est: & nō sequeris eam: in cuius salute candidatus es fidei? Quod si te rei familiaris tenent reliquiæ: vt scilicet mortes amicorū & ciuium videas: & ruinas vrbium atq; villarum: saltem inter captiuitatis mala: & feroces hostium vultus: & puinciæ tuæ infinita naufragia teneto tabulā pœnitentiæ: & memento cōseruæ tuæ: quæ tuam quotidie suspirat salutem

Tu vagaris in patria: imo nō patria: quia patriā perdidisti. Ista p te in locis venerabilibus resurrectionis & crucis: & incunabulorꝫ dñi Saluatoris: in quibus paruulus vagijt tui nominis recor-
Mar. 2. dat: tecꝫ ad se orationibus trahit: vt si nō tuo merito: saltem huius saluaris fide. Iacebat quondā paralyticus in lectulo: & sic erat cunctis artubus dissolutus: vt nec pedes ad ingrediendū: nec manus mouere posset ad præcandū: & tñ ꝓfertur ab alijs: & restituit pristinæ sanitati: vt portaret lectulum: qui dudū portabat a lectulo. Et te igit absentē corpore: præsentē fide offert cōseruo tua
Mat. 15. dño Saluatori. Et dicit cum Chananea: Filia mea male vexat a dæmonio. Recte igit appellabo animā tuā: filiā animæ eius: quæ sexus nescit diuersitatē: quia te quasi paruulū: atcꝫ lactentē: & necdū valentē sumere solidos cibos: inuitat ad lac infantiæ: & nutricis tibi alimēta demonstrat: vt possis dicere cum ꝓpheta. Erraui sicut ouis perdita: quære seruum tuum: quoniā mādata tua non sum oblitus.

Obiurgatio beati Hieronymi presbyteri acerrima in Susannā virginem a diacono corruptā & in fornicationē sacrilegiūqꝫ ꝓlapsam: Vbi enumerat q̄tum bonū amiserit: & in q̄tum malū inciderit. In patratorē quoqꝫ sceleris inuehit: & vtrūcꝫ ad pœnitentiā exhortat ex diuersis psalmis lamentationē texens: quā per dies singulos recensendā iniūgit. EPI. .LXXIIII.

Vid taces anima? Quid cogitatiōibus æstuas? Quid non erūpis in vocem. & mentis H
q tuæ exponis ardorē: vt aliqd̄ solatiū capias? Hoc plane hoc erit quasi remediū quoddam ægritudinis tuæ: si aperto ore cōceptū digeras scelus. Nam & vlcus cū fuerit tumidū: q̄is suppuratū: euaporās præstat refrigeriū passioni. Audite nunc qui prope estis: & qui longe: qui timetis deū: & ecclesiæ eius gaudio cōgaudetis: & tristitiæ collugetis. Si-
Ro. 12 cut scriptū est: Gaudere cum gaudentibus: flere cum flentibus. Vos inq̄ appello: qui cicatricem Christi verissimā retinetis: & nō super iniquitate gaudetis: sed potius ingemiscitis. Aduertite potius verba oris mei: & an iniusto ex dolore ꝓcedant iudicate: & detecti sceleris qualitatē mecum pariter perhorrete. Virgo nobilis & dicata Christo: sapiens: erudita: ruit in foueā turpitudinis: cōcepit dolorē: & peperit iniquitatē. Hic omis anima christiana graue vulnus accipit: quia datū est canibus sanctū: & margaritæ missæ sunt ante porcos. A falsis enī hoibus laceratū est nomen sanctitatis: & ab imūdis & luteis ꝓpositū castitatis. Hic æstus animæ meæ: hic insanabilis est dolor: Quia vnū malū bona plurima secum trahit: & vnius nubecula peccatricis totā lucem pene obscurauit ecclesiæ. Audite me omnes populi: & videte dolorē meū. Virgines meæ: & iuuenes mei abierunt in captiuitatē. Vere hæc est captiuitas: vbi animæ pctōrꝫ captiuæ ducunt. Assumā ergo sermonē ꝓpheticū: & flebiliter dicā: Ad te nūc mihi meus sermo sit: quæ caput horꝫ & causa malorꝫ es: quæ multipliciter misera cum gloria virginitatis nomen etiā perdidisti. Nefas enī est Susannā vocari nō castā. Non licet noīari: qd̄ nō est. Vnde incipiā? quid primū: quid vltimū dicā? Bona cōmemorē: quæ perdidisti? an mala defleā: quæ inuenisti? Eras virgo in paradiso dei vticꝫ inter ecclesias eras sponsa Christi: Eras templū dñi: Eras habitaculū spiritussancti. Et cum dico totiens eras: necesse est: vt totiens ingemiscas: quia nō es quod fuisti. Incedebas in ecclesia
ps. 67. tanq̄ colūba illa: de qua scriptū est. Pēnæ colūbæ deargentatæ: & posteriora dorsi eius in specie auri. Splendeba s vt argentū: fulgebas vt aurum: sincerā cōscientiā ꝓferebas. Eras tanq̄ stella in manu dñi: nullū ventū: nullas nebulas pertimescēs. Quæ est ista subita cōuersio? quæ est ista repentina mutatio? De dei virgine facta es corruptio sathanæ: de sponsa Christi facta es scortum execrabile: de templo dñi fanū imūditiæ: de habitaculo spūssancti tuguriū diaboli. Quæ incedebas cum fiducia vt colūba: nunc lates in tenebris vt stellio. Quæ fulgebas vt aurū ꝓpter virginitatis decorē: nūc vilior facta es tanq̄ lutum platearꝫ: vt etiā indignorꝫ pedibus cōculceris. Quæ fueras stella radians in manu dñi: veluti de alto ruens cœlo: cōuersa es in carbonē nigrum Veti bi misera: & iterum ve: quæ tanta bona parua temporis luxuria perdidisti. Quā tibi spem apud Christū dñm reliquisti: cuius mēbra tollens fecisti mēbra meretricis? Quis te spūssanctus visitabit: cum eum repudiaueris: qui se a cogitatōibus quoqꝫ sordidis lōge facit? Sed veniamus ad humana: vt illa diuina cognoscant. Aspice qui sanctorꝫ: quæ sanctarꝫ tibi approximare nō horrent? Aperi oculos: si potes: Erige frontem: si audes: aliquē sanctorꝫ fiducialiter intuere. Nonne I
tuam faciem cōscientiæ cōmissa tanq̄ plūbum inclinant & præmunt? nōne tenebræ ante oculos vt dura caligo versant? Nōne timor & tremor animam tuam membra tua quassant? Si ergo homines in carne constitutos: & alicuius forsitan delicti obnoxios non potes intueri: graui vticꝫ confusione sepulta: Quid facies coram Helia & Daniele: & tantorum exercitu prophetarum? Quid facies coram Maria? Quid facies coram Ioāne & Tecla maculato thoro puritatis? Quid denicꝫ facies coram angelis sanctis? Nonne splendore & claritate immaculatorum quasi ful-

minibus percussa cõbureris? Sed dictura es forsitan: nõ potui sustinere: quia carnem fragilẽ cir
cũferebam. Respondebit tibi beata Tecla: cum suis inumerabilibus sociabus: & nos eadem car
ne amictæ fuimus: nec tñ plenũ ꝓpositum castitatis nostræ fragilitas carnis potuit mutilare: aut
sæua ara tyrãnoꝝ per varia tormenta deijcere. Reuera nõ potest caro corrumpi: nisi mens fue
rit ante corrupta. Remanebit ergo in crimine anima: quæ carnem præcedit in crimĩe. Sed dicis:
Nolui hoc malũ: passa sum violentiã. Respondebit tibi illa fortissima Susanna: cuius tu nomen
fallaciter baiulas. Ego inter duos præsbyteros posita: inter duos vtiq; iudices populi: sola inter
siluas paradisi cõstituta vinci nõ potui: quia nec volui. Tu abvno iuuene ineptissimo adolescen
te in media ciuitate: quomodovim potuisti perferre? nisi quiavltro violari voluisti. Quis deniq;
tuas voces audiuit? quis colluctationes sensit? Vt autem hæc omittã: post illatãviolentiã detege
re scelus: si nõ alijs: vel parentibus vel tuis sororibus debuisti. Esset enĩ excusatio infœlicitatis:
esset cõscientiæ plena purgatio: si hostem pudicitiæ deduxisses in publicũ. Sed erubuisti ne for
sitan te violatã multi cognoscerent. Et vt quid timuisti: vbi nõ erat timor? nisi vt tacẽdo crimen
cum adultero sæpius te sociares. Quis te autẽ pudor ꝓhibuit cõfiteri? quid de secũda cõmixtio
ne dicis? quid de tertia? quid de frequenti cõmertio fœditatis? Cessat cessat iam violentiæ figmẽ
tum: cessat ruboris argumentũ: vbi totiens membra dicata Christo: scelesti medici tuiviscerĩbus
polluenda præbuisti. Horret horret animus: mens hebescit: cũ ad imum sceleris peruenit̃. Nam
& medicus: q̃uis fortis sit animi: tñ cũ altius secabit̃ vulnus: puto ex parte aliqua sustinebit hor
rorem. Heu perdita. Iam ne intelligis omnes tibi vias excusationis penitus clausas? Iam ne sen
tis q̃tum tibi mali: & in carne & in anima nefaria libidocõtulerit? Nõ istam de te cõfusionẽ tuus
expectauerat pater: qui te sibi singularẽ gloriã cõputabat. Non hunc luctum & has lachrymas:
ex te sibi crediderat tua nasci mater: quæ partus sui gemitus per tuam virginitatẽ solabat̃. Non
fratres tui: nõ sorores: hoc ex te dedecus expectabãt: quos omnes vno gladio tui sceleris grauis
sauciasti Si fuisses cõmuni sorte defuncta: flessent te ad modicũ parentes: sed exultassent gau
dentes: quia ĩmaculatã præmiserãt virginẽ hostiam viuam dño, ꝓpiciatricem suoꝝ videlicet de
lictoꝝ. Nunc plangunt mortuã: & nõ mortuã: plangunt viuam: & nõ viuam. Mortuã vtiq; glo
ria virginitatis: viuam dedecore turpitudinis. Ingratus est pater suis viscerĩbus: de quibus semi
nata es. Maledicit mater suo vtero: ex quo in hanc lucem infœliciter ꝓcessisti. Nec tñ modũ suo
dolori reperiũt: nisi hoc plane solum videnť sibi habere solatiũ: quia nec te pater cõpulit: nec ma
K ter coegit vt virginitatẽ ꝓfitereris: quã vltro & ꝓpria volũtate ꝓfessa es. Nam scio cum multas
difficultates tua genitrix ꝓponeret: cum arduũ esset iter seruandæ virginitatis integræ: te nõ so
lum pertinaciter restitisse: sed etiam reuelatões tibi datas dixisse terribiles. In q̃tum ergo merce
dem sibi sperabant: ex quo non tuo ꝓposito resisterent: intantũ tibi misera intellige pondus iu
dicij crescere: quia non seruasti quod vltro ꝓmisisti: Quibus te spinis serpens ille nequissimus
obligauit? Quibus te venenis infecit ille qui Euam decepit: vt tanta te cæcitate percuteret? vt tan
tam animæ tuæ faceret obliuionem? Non es memorata diem sanctum: diem dominicæ resurre
ctionis: in quo diuino altari te obtulisti velandam. In tanto nanq; solẽni cõuentu ecclesiæ dei: in
ter limina neophitorum: inter candidatos regni cœlestis quasi regina regi nuptura processeras.
Non es memorata: qualis ad te die illo est facta allocutio. Aspice filia: intuere virgo: quãtus ad
sponsi tui & domini gloriam cõuenerit populus: seruare te oportet fidem: quam sub tantis testi
bus polliceris. Semper cogita cui virginitatem spoponderis tuam. Facilius te oportet sanguinẽ
cum spiritu fundere: q̃ perdere castitatem. Quantis in illo die cõsecrationis tuæ dictis: & multis
super castitatem præconijs: sacro velamine tecta es? Vbi vero omnis populus dotem tuam non
attramento: sed spiritu pariter clamabunt: Amen. Vincor lachrymis: cum hæc recordor: Com
pungor stimulis: cum ad hæc humana exempla considero. Nam si tredecim testibus sponsali
bus consumatis: quæuis fœmina viro coniuncta mortali: non vero sine magno periculo perpe
trat adulterium. Quid putas fore cum inter innumerabiles testes ecclesiæ coram angelicis exer
citibus cœli: facta copula spiritalis per adulterium soluit̃? Nescio si possit esse cõdigna mors ac
pœna cogitari. Dicit vero aliquis: Melius est nubere q̃ vri. Hoc dictum ad non pollicitam perti
net: ad nõdum velatam. Cæterum tamen quæ se spopondit Christo: & sanctum velamen acce
pit: iam nupsit. Nam ĩmortali iuncta est viro: & iam si voluerit cõmuni lege coniungi adulteriũ
perpetrat: ancilla mortis efficit̃. Si hoc ita est: quid de ea dicendũ est: quæ occulta: furtiua q; turpi
tudine constuprať: & fingit se esse quod nõ est? Habitu virgo: facto nõ virgo: bis adultera: & in
aspectu: & actu. Sed ad te iterum redeo: quæ obliuionem tantorum passa bonorum es: & rece
ptaculum tantorum facta malorum es. Quomodo autem tibi in actu ignominioso illo non

veniebat in mentem habitus virginalis: ꝓcessus ad eccleſiã inter virgineos choros: Quomodo oculos tuos non perſtrĩgebat lux virginalis: aures tuas non penetrabat hymnoꝝ ſpiritaliũ cantus: mentem tuam nõ ventilabat lectionũ cœleſtiũ virtus? Hinc vel maxime clamante apoſtolo,

1. Cor. 6. Fugite fornicationẽ: Quia omne peccatũ quod fecerit homo: extra corpus eſt. Qui autem fornicat: in corpus ſuum peccat: Et cum dicit in corpus ſuũ: tamen in Chriſto eum peccare demonſtrat: quia ſubiungit: nõ eſtis veſtri. Empti enĩ eſtis precio magno: glorificate & portate dñm in L

Eph. 5. corpore veſtro. Et iterũ dicit. Fornicatio autem & ĩmunditia nec nominet inter vos: ſicut decet ſanctos: Sepoſita oĩ adulatõe: ſententiã figit apoſtolus. Hoc ſcitote intelligentes: quia omnis fornicator aut ĩmundus nõ erit hæres in regno Chriſti & dei. Hæc tanta & tam terribilia nõ veniebant in mentem: cum illud opus nefariũ tua mẽbra peterẽt. Sed mortifera te obliuio tanq̃ in gurgitem altiſſimũ demergebat: & quaſi captiuã execrabilis libido ducebat. Nõne vel illum locum tabulis ſeparatũ: in quo in eccleſia ſtabas recordari debuiſti: ad quem religioſæ & nobiles matronæ certatim currebant: tua oſcula petentes: quaſi ſanctioris: quaſi dignioris? Vel illa præ

1. Cor. 7. cepta quæ oculis tuis ipſe ſcriptus paries ĩgerebat: recordari debuiſti. Diuiſa eſt mulier & virgo Quæ nõ ẽ nupta: ſollicita eſt quæ domini ſunt: quomodo ſit ſancta corpore & ſpiritu. Tu autẽ in cõtrarium verſans ita agebas: vt nec corpore eſſes ſancta: nec ſpiritu. Corpore quidem forni cando: ſpiritu autem virginitatem mentiendo. Proh nefas: ſolet fama ſubſequi factum: Tua autem malũ fama præuenit. Nam cum ante triẽnium rumor quidã & ſuſurratio de te fuiſſet: tu ſin cæritatẽ prætendebas: & vindictã de maledicis in eccleſia publice poſtulabas. Quos æſtus ego ſuſtinui? quos pater tuus ꝓ tua ſuſtulit opinione labores? requirentes ſingulos: ſingulos aſtringentes: vt auctorem infamiæ inueniremus. Graue enĩ erat nobis & intollerabile de dei virgine: vel turpe aliquid dici. Nec hoc verita es: nec ante oculos habuiſti: vt venires inimicis in gaudiũ & eos haberes infenſos: qui ꝓ tua opinione laborabãt. Multũ audax: multũq; temeraria es: ſi te

Mat. 10. cõſcientia nõ terret: vt ſimulata virginitate putares: te etiam dominũ poſſe fallere: qui dixit. Nihil occultũ quod nõ reueleẽ. Et vos inquit feciſtis in occulto Ego autem faciam in manifeſto. Ille qui nõ mentit: furtiuũ ſcelus deduxit ĩ publicũ: & in cõſpectu ſolis huius tenebraꝝ tuaꝝ opera nudauit. O inquit qui prætendit ſermonẽ: crudeliora incurrit: & cupiens moderari non inuenit. Oblita ergo ꝓpoſitum: oblita parentes: oblita eccleſiã totã: oblita gloriã virginitatis: oblita honorẽ dignitatis etiam præſentẽ: oblita ꝓmiſſionẽ regni: oblita terribile iudiciũ: amplexa es corruptionẽ: ꝓtuliſti fructũ confuſionis: finem vero mortem ſæuiſſimã: & interitũ ſempiternũ. Et certe nõ habes q̃ de noſtra negligentia cõquæraris: Q d'cunq; enĩ ad officiũ pertinuit paſto

p̃s. 44. ris: & tibi: & oĩbus nõ negatũ eſt. Lectio ſpecialis adhibita: cõmonitio ſancta nõ defuit. Oblita domũ patris: ſicut ſcriptũ eſt: ad monaſteriũ virginale tranſiſti: vt inter tot poſita: non ſolũ dico tuta eſſe debuiſti ſi voluiſſes: ſed etiam de alijs tutelã præſtare debuiſſes. Sed fruſtra hæc talia ſunt ꝓuiſa: fruſtra hymnũ virginitatis expoſui: q̃ gloriã ꝓpoſitã & obſeruantiã pariter decãtares. Seminaui ſecus viam: ſeminaui in ſpinis: ſeminaui in petroſa. Aut ex corde tuo verbũ meum volucres: id eſt dæmones rapuerũt: aut malis tuis cogitationibus ſuffocatũ eſt: aut aruit nimio ardore libidinis. Heu me: quia vbi me putabã aurum & argentum: lapides præcioſos inuenire: inueni ligna: fœnum ſtipulam: arſuras materias laboraſſe. Dicam & ego ſcd'm ꝓphetam: Heu me: quia factus ſum ſicut qui colligit ſtipulam in meſſe. Et quidem ſi tibi ſola dãnum feciſ-

Luc. 17. ſes: erat quidem triſtitia: ſed forſitan tollerabilis. Nunc vero quantas animas hoc tuo ſcelere ſauciaſti? quantas animas ꝓpter te de ꝓpoſito ſuo pœnitere feciſti? Q uanta labia etiam fideliũ inquinata ſunt viam domini blaſphemãdo. Aperuit in nos gentilitas os ſuum. Aduerſus eccleſiã M ſanctam ſynogaga iudæoꝝ per tuum dedecus exultauit. Q ſi is qui vnum ſcãdaliçauerit: mola circũdatus præcipitari debet in mari: quid de te ꝓnuncias: de cuius ſcelere omnis anima ſauciata eſt? & nomen domini in gentibus blaſphematũ? Nõne quotiens dicit virgo: totiens ibi cumulus iniquitatis accreſcit? Taces: ecce vulnerata iaces: ecce ꝓſtrata. Cupio ꝓdeſſe: ſubuenire nõ poſſum: quia totum caput in dolore: & totum corpus in mœſtitia a pedibus vſq; ad caput. Sicut ait Eſaias: Non eſt malagina imponere: infirmitas tua omne humanæ medicinæ excedit auxilium. Et licet tam boni q̃ mali iuſta indignatione permoti: te omni de populatione decoratam omni tormentoꝝ genere diſcrutiatã iudicent morte mulctandã: aut ignibus exurendã. Ego tamen qui ſcio grauiora facinoris ſeruari tormenta: & ſine fine in impias animas manere cruciatus: Non temporalẽ vtiq; non animã perditurus ego: ſed ſcd'm diuinã ſententiã dabo conſiliũ. Solum enĩ vt vnicum tentandũ eſt remediũ illud: quod diuina vox per Eçechielẽ miſeris porrigit. Nolo mortem inquit peccatoris: tantũ vt conuertat & viuat. Et iterũ: Poſt hoc inquit dixi:

Conuertere ad me: nunquid resina nō est in Galaad: aut medicus nō est tibi: Quare nō ascendit sanitas filiæ populi mei: Hæc itaq; dicta pœnitentiā sapiūt: hæ sententiæ dei vocant ad pœnitē tiam: reuocant ab errore. Pœnitudo ergo est necessaria medicaminū. Sed quāta putas & qualis aut duplex: si per illam necem quæ facta dicit in occulto: & scd'm cōscientiæ molem exhibenda est pœnitentiæ magnitudo. Pœnitentia autem nō verbo agenda est: sed facto. Hæc autē sic agit si tibi ante oculos ꝓponas: de q̄ta gloria lapsa fueris: & de quo libro vitæ nomen tuum deletū sit & te iam positā credas ꝓpe ipsas tenebras exteriores: vbi erit fletus oculoꝝ: & stridor dentiū sine fine. Cum hæc certa fide sicut est: animo cōceperis: quia necesse est peccatricē aiam tartareis pœnis: & gehēnæ ignibus tradi: nec aliud esse remediū cōstitutū postvnicū baptisma: q̄ pœnitē tiæ solatiū: q̄tumuis laborē & indecorē iræ subire cōtende: dūmodo ab æternalibus pœnis liberis. Ergo hæc tecū cogitās: & mente cōtractās facti tui ipsa iudex esto crudelior. In primis oīs N cura vitæ huius ītermittēda est tibi: & q̄si mortuā te existima: sicut es. quō possis reuiuiscere cogita. Deinde lugubris tibi accipiēda est vestis: & mens & mēbra singula digna castigatōe puniē da. Amputent crines: qui per vanam gloriā occasionē luxuriæ præstiterūt. Defluant oculis lachrymæ: qui masculū nō simpliciter aspexerūt. Pallescat facies: quæ quondā irrubuit impudice Totū deniq; corpus iniurijs & ieiunijs macerēt: cinere aspersum: & cilicio phorrescat: quia ma le sibi de pulchritudine placuit. Corvero sit liquescēs tanq̄ cæra in ieiunijs inqetans seipm: & cogitatiōibus ventilans quare sit ab initio subuersum. Sensus etiā crucietᵉ: quia in mēbra corporis cum haberet dñationē malū gessit imperiū. Talis actio pœnitentiæ si fuerit ꝓseuerans: audebit hic sperare si nō gloriā: certe pœne euacuationē. Dicit enī deus: Cōuertimini ad me: & cōuertar ad vos. Cōuertimini in toto corde vestro: in ieiunio: & fletu: & luctu: dirūpite corda vestra: & nō vestimenta: quia deus pius & misericors est. Sic cōuersus ille magnus Dauid iustificatus est. Sic Niniue peccatrix illa ciuitas incūbentē sibi inuasit interitū. Peccator ergo si sibi nō pepercerit: a deo illi parcet: & si futuras pœnas gehēnæ ꝓpetuas i hoc paruo vitæ spatio cōpensauerit: seipm ab æterno iudicio liberabit. Grandi plagæ alta & ꝓlixa opus est medicina. Grande scelus grandem habet necessariā satisfactionē. Non est dubiū leuius esse crimen: vbi homo pctm̄ suū vltro cōfitet pœnitens. At vbi cælans mala sua inuitus detegit: & nolens publicat: illud grauius sceleris est: qd' vtiq; tibi ꝓuenisse negare nō poteris. Et ideo fortius est dolendū: quia pctm̄ est fortius. Si mente cernerent hoies: quale iudiciū emittet deus mūdo: sensus humanus nō dispargeret vanitate sæculi: si nō infidelitate grauarent. Quātūuis & qualēuis cruciatū ad præsens libentissime sufferrent: etiā si esset longior vita: dūmodo illas pœnas æterni ignis nō incurrerent. Sed tu quæ iam ingressa es agonē pœnitētiæ: insiste misera: fortiter ihære: tanq̄ naufragus tabulæ sperans per ipam te posse de ꝓfundo criminū liberari. Inhære pœnitentiæ vsq; ad exitum vitæ tuæ nec tibi præsumas ab humano die veniā dari: quia decipiet te: quicūq; tibi hoc polliceri voluerit quæ enī ꝓprie in dño peccasti: ab illo solo quære remediū.

Vertit stilum loquendi ad iuuenem qui scelus cōmiserat.

O E te autem quid dicam fili serpētis: minister diaboli: violator templi dei: qui in vno scelere duo crimina perpetrasti. Adulteriū vtiq; & sacrilegiū. Plane vbi vas Christo oblatū dño dedicatū: dementiæ temeritate polluisti. Balthasar rex ille Persaꝝ: quia in vasis dominicis: quæ de tēplo Hierusalē fuerant a patre eius sublata: bibere cum suis amicis & concubinis vsurpauit: ipsa nocte angeli manu percussus: crudeli morte punitus est. Quid de te arbitraris: perdite pariter: & ꝓditor: qui vas rationabile cōsecratū Christo: sanctificatū spiritu: temeritatis impio sacrilegio polluisti: & tui ꝓpositi īmemor: & iudicij diuini cōtemptor. Melius enī fuerat te fuisse nec natum: vt te sibi gehenna propriū filium vendicarent. Et licet teipm conscientia sceleris agat per diuersa præcipitē. Fugit enī impius nemine persequente: licet & dure peccati imagines dormientē quoq; perterreāt: necdū vigilantē: tamē cum neq; a pastore etiā ouī mordacis vel morituræ denegatū sit pœnitentiæ remediū: Do consiliū: Petas vltro carcerē pœnitentiæ: obruas cathenis viscera: animā tuā gemitu ieiunijsq; discrucies: sanctoꝝ petas auxiliū: iaceas sub pedibus electoꝝ: vt nō tibi per cor impœnitēs thesauriçes iram in die iræ: & iusti iudicij: qui reddet singulis scd'm opera ipsoꝝ. Nec te in eoꝝ numero cōstituas: quos luget Paulus. Qui ante peccauerūt inquit: & nō egerūt pœnitentiā super īmundiciā: fornicationē: & libidinē: quā gesserūt. Nec tibi de multitudine peccantiū similiū blandiaris: & dicas: Non solus hoc egi: multos habeo socios. Sed cogita: quia multitudo socioꝝ impunitatē non facit criminū. Nam in Sodoma & Gomorra: & in totis quinq; ciuitatibus innumerabiles vtiq; habitabant. Sed ecce oīs

pariter qui libidinose corpora sua tractauerũt: imbribus igneis cõflagrati sunt. Solus aũt Loth de illo inenitabili incendio effugit: quia ab illa turpitudine se præstiterat alienum. Exclude ergo vel nunc infœlix de corde tuo blandimenta serpentis: Et luctu & fletibus dum in corpore tuo i mundo anima illa tenebrosa versat: remediũ tibi in die necessitatis acquire: Semper ante oculos habens apostoli sententiã: Q uia oẽs nos manifestari oportet ante tribunal Christi: vt ferat vnus
2. Cor. 5. quisq; ppria corporis sui: scd'm quæ gessit: siue bonũ siue malũ.

Instruit virginem verbis quibus vtatur.

Vis cõsolet te virgo filia Syon: quia magna facta est sicut mare cõtritio tua? Effundere
q sicut aqua coram facie dñi. Extolle ad eum manus tuas, p remedio pctõrũ tuorũ. Accipe p
igit lamentũ: & primo quidẽ nullo die quinquagesimus psalmus intermittat: Q uia in negocio tali cantat: vsq; ad versiculũ illũ: Cor cõtritum & humiliatũ deus nõ spreuit: gemitu lachrymisq; percurre. Insuper hanc lamentationẽ nõ sine cõpunctiõe cordis in cõspectu dei iudicis funde. Q uis dabit capiti meo aquã: & oculis meis fontem lachrymarũ: & defleã vulnera animæ meæ? Conuersi sunt dies festi mei in luctum: cantica mea in lamentationem. Recessit sonus hymnorũ: & lætitia psalmorũ: & successit dentium stridor: & fletus oculorũ. Obmutui: & humiliata sum: & siluj a bonis: & dolor meus per singulos dies renouabit. Cõcaluit cor meũ intra me & in meditatõe mea exardescit ignis. Timor & tremor venerũt super me: & cõtexerũt me tenebræ. Abyssus circũdedit me: extremo demersit caput meũ in scissura inferi. Heu me: quia facta sum sicut Sodoma: & cõbusta sicut Gomorra. Quis miserebit cineri meo? Durius offendi q̃ Sodoma: quia legem nescíens illa deliquerat. Ego accepta gratia peccaui. Si homo peccet in hominem: erit qui interueniat: Ego peccaui in dño: quem ppiciatorẽ inueniã? Concepi dolorem: & peperi iniquitatẽ. Lacũ fodi: & incidi ĩ foueã quã operata sum. Ideo cõuersus est dolor in caput meũ: & in vertice meo iniquitas mea descendit. Immũditia mea ante pedes meos: nõ fui memor nouissimorũ: & cecidi miserabiliter: nec est qui consolet me. O q̃ acerbus fructus luxuriæ: amarior felle: crudelior gladio. Quomodo facta sum in desolationẽ? subito defeci: perij, ppter iniquitatem meã: velut somniũ surgentis. Ideo in ciuitate dñi vilificata est imago mea: deletũ est de libro nomen meum: Facta sum sicut noctícorax in domicilio: sicut passer vnicus in ædificio. Nec qui consolet me: inuenio: Considero a dextris: & video: nec est qui cognoscat me. Perijt fuga a me: & nõ est qui requirat animã meã. Facta sum sicut vas perditũ. Audiui vituperationẽ omniũ circũhabitantiũ. Ve diei illi: in quo me infœlicẽ genuit vterus: & lux ista crudelis accepit. Opportuerat me potius fuisse nõ natam: q̃ sic in gentibus fabula fierem. Propter me cõfusio & improperium factum est famulus dñi: & eum digne colentibus. Lugete me montes & flumina: quia fletus filia ego sum. Lugete me bestiæ siluarũ: reptilia terræ: & cœli volucres: & oms animæ: quæ vita fruimini. Nunc vos beatæ feræ & volucres: quibus nullus metus de inferis est: neq; postmodum reddituræ estis rõnem. Nobis manet pœna crudelis tartari: quia habẽtes sensum delinquimus. Ideo nõ est pax pctõribus. Meũ pctm̃: mea iniquitas nõ sunt similia offẽsis hominũ: quia horribilis est hæc impietas carnem polluere virginẽ: & castitatẽ, pfessam. Mẽtita sum in dñm altissimum: Ideo nõ est mihi fiducia inuocandi dñm altissimũ: quia obstructũ est os loquentiũ iniqua. Nam malũ meũ, ppheta cecinit: q̃ qui elongãt se a dño peribũt. Disperdit omnẽ fornicantẽ
ps. 72. a se. Et si abest lingua faucibus meis: & in puluerẽ mortis deducta sum: Verũtamẽ clamabo ad dñm: Adhuc tempus est: dum dat spatiũ: quia in morte nõ erit memoria. In inferno nõ est con-
ps. 37. fessio. Dñe ne in ira tua arguas me: neq; in furore corripias me. Quoniã sagittæ tuæ infixæ sunt mihi: nec est sanitas in carne mea. A vultu iræ tuæ nõ est pax ossibus meis: a facie pctõrũ meorũ. Quoniã iniquitates meæ supergressæ sunt caput meũ: sicut onus graue grauatæ sunt super me Cõputruerũt & deteriorauerũt cicatrices meæ: a facie insipientiæ meæ. Miserijs afflicta sum: & curuata in finem: rugiebã a gemitu cordis mei. Cor meum cõturbatũ est: deseruit me fortitudo mea: & lumen oculorũ meorũ: ip̃m nõ est mecũ. Deus reppulisti me: & destruxisti me: ostendisti mihi dura: potionasti me vino cõpunctõis. Expulsa sum ab oculis tuis: iam nõ adijciã: vt respiciam ad templũ sanctũ tuũ: facta sum in exterminiũ. Q uæ vtilitas in sanguine meo: dum descendo in corruptionẽ? Nunq̃d mortuis faciet mirabilia? Tuus sermo est: tua, pfessio est: Nolo mortem pctõris: sed cõuersionẽ. Vt possim viuere: ad te deus cõuersio mea: quia solus potes nouare omia. Tu ab inferis animas reuocas: & soluis cõpeditos. Tu deus erigis elisos: Cæcos illuminas: mortuos suscitas. Errauj sicut ouis perdita: quære famulã tuã: ne lupus crudelis cruciet me. Multi dicũt animæ meæ: nõ est salus ipsi in deo eius. Sed & tuum cõsilium tecum est. Quot sunt dies famulæ tuæ: quãdo facies de me iudiciũ. Sed ne intres ĩ iudiciũ cum famula tua. Defecit an

ma mea in salutari tuo: defecerũt lachrymis oculi mei: effusa est in terrã gloria mea. Q uãdo re-
spicies ꝓpter iniquitatẽ. Corripuisti hoiem: & tabescere fecisti sicut araneã animã meã. Memẽ-
to dñe ꝙ puluis sum. Vide humilitatẽ meã: & laborẽ meũ: & remitte mihi vt refrigerer: priusꝙ
abeam: & amplius non ero.

Obiurgatio grauis in Sabinianũ diaconũ lapsum: ꝙ Susannã virginẽ deodicatã multis insi-
diis & illecebris impegerat ad ruinam. Inuehit acerrime ꝙ non reueritus sacra crucis: domini-
cisꝙ præsepis sacraria apud ipsa sanctuaria illam de sacrilegio & stupro tentauerat: & in ꝓfun-
dum malorꝝ mersus cor gerebat impœnitens: cupiens illum cordis fracta duritia ad pœnitentiã
reuocare.

EPI. LXXV.

Q Samuel quondã lugebat Saulem: quia pœnituerat dñm: ꝙ vnxisset eum regem super 1. Re. 35.
Israel. Et Paulus ad Corinthios: in quibus audiebaꝫ fornicatio: qualis nec inter gẽtes 2. Cor. 12
Et quidẽ voce flebili cõmonebat: dicens: Ne cũ rursũ venero: humiliet me deus apud
vos: & lugeã multos ex his qui ante peccauerũt: & nõ egerũt pœnitentiã super ĩmunditias quas
gesserũt in impudicitia & fornicatõe. Si hoc ꝓpheta & apl̃us nulla ipsi labe maculati clæmẽti in
cunctos mente faciebãt: quãtomagis egoipe peccator: in te debeo facere peccatore: qui non vis
erigi post ruinã: & oculos ad cœlũ leuare: sed ꝑdita patris substantia: porcorꝝ siliquis delectaris
& superbiæ prærupta cõscendens: præceps laberis in ꝓfundũ: Deũ ventrẽ vis habere: ꝙ Chri-
sto seruis libidini: gloriaris in carne & cõfusione tua: & quasi pinguis hostia in mortem ꝓpriam
saginaris: imitarisꝙ eorꝝ vitam: quorꝝ tormenta nõ metuis: ignorans qm̃ benignitas dei ad pœ
nitentiã te horteꝫ. Scd'm autem duritiã tuã & cor impœnitẽs theçurisas tibi iram in die iræ. An
iccirco indurabis iuxta Pharaonẽ cor tuũ: quia non statim percuteris: & differris diu ad pœnã: &
ille dilatus est: & decem plagas: nõ quasi ab irato deo: sed quasi a patre cõmonente sustinuit: do
nec in peruersum acta pnĩa populũ quẽ dimiserat per deserta sequereꝫ: & ingredi auderet maria
per quæ sola doceri potuit: timori habendũ eum: cui etiã elemẽta seruiunt: dixerat ille. Non no- Exo. 5.
ui dñm: neqꝙ dimitto israel: Quem tu imitãs loqueris. Visio quã hic videt: in dies longos est: &
in tpa longa iste ꝓphetat. Propter qd' dicit idem ꝓpheta. Hæc dicit Adonay dñs: Non ꝓlonga- Eçe. 12.
buntur amplius omes sermones mei: quoscũqꝙ loquar: quia loquar verbũ & faciã. Sanctus Dauid
de ipsis & de scelestis dicit: qꝝ tu pars nõ modica: sed princeps es: qd' sæculi fœlicitate fruerentur
& dicerent: Quomodo cognouit deus: & si est scientia in excelso. Ecce ipsi pctõres & abundan- ps. 72.
tes in sæculo obtinuerũt diuitias: pene lapso pede: & fluctuanti vestigio causabaꝫ: dicens: Ergo
sine causa iustificaui cor meũ: & laui inter innocẽtes manus meas. Præmiserat enĩ Quia æmula
tus sum supra iniqua agentes: pacem pctorꝝ videns: quia non est respectus morti eorꝝ & solida
plaga in flagella eorꝝ. In laboribus hominũ nõ sunt: & cum hoibus non flagellabunt. Propterea
tenuit eos superbia: circũdati sunt iniquitate & impietate sua. Egredieꝫ sicut ex adipe iniquitas
eorꝝ: transierũt in affectũ cordis Cogitauerũt: & locuti sunt mala: iniquitatẽ in excelso locuti sũt
Posuerũt in cœlũ os suũ: & lingua eorꝝ pertransiit super terrã. Nõne tibi videt de te omnis psal-
mus esse cõpositus: Vegeto quippe es corpore: & nouus Antichristi apl̃s: Cum ĩ vna notus fue
ris ciuitate: transgrederis ad aliam. Non indiges sumptibus: nõ plaga forti percuteris: Et cũ ho
minibus: qui nõ sunt vt tu rõnabilia iumenta: corripi nõ mereris. Propterea elatus es in supbiã
& vestimentũ tuũ fœdat luxuria: & quasi ex aruina pingui & quodã adipe eructans verba mor
tifera: non te respicis esse moriturũ: nec vnq̃ post expletã libidinẽ pnĩa remorderis. Transisti in
affectũ cordis: & ne tibi solus videaris errasse: simulas nefanda de seruis dei: nesciens ꝙ iniqui-
tatem in altum loquaris: & ponas in cœlũ os tuũ. Nec mirum si a te qualescũqꝙ serui dei blasphe
menꝫ: cum patrẽfamilias Beelçebub vocauerunt patres tui. Non est discipulus super magistrũ:
nec seruus super dñm suũ Si illi in viridi ligno tantũ fecerunt: tu in me arido ligno quid facturus
es: Tale quid & ĩ Malachia plæbs scandalizata credentiũ de ore tuo loquiꝫ. Dixerunt: vanus est Mal. 3.
qui seruit deo. Et quid plus: quia custodiuimus mandata eius: & qm̃ iuimus supplicates ante fa
R ciem dei omnipotẽtis: Et nunc nos beatos dicimus alienos. Reædificanꝫ omnes: qui faciũt ini-
qua. Aduersati sunt deo: & salui facti sunt. Quibus postea diem iudicij dñs cõminatus est: Et qd
inter iustũ & iniustũ futurũ sit: multo ante prænũcians ait. Et conuertimini: & videbitis quid sit
inter iustũ & inter iniustũ: inter seruientẽ dño: & nõ seruientẽ dño. Hæc tibi ridicula forte vidẽ-
tur: qui cœmedijs & lyricis scriptoribus mimis & clientulis delectaris: q̃q̃ nec ista tibi quidem
præ nimia cordis hebetudine intelligenda cõcesserim. Prophetarꝝ verba contẽnis: Sed respõde
bit tibi Amos: Et in tribus & in quattuor impietatibus: nõne aduersabor eum dicit dñs: Quoni
am enĩ Damascus: Gaça: Tyrus: Idumæa: Ammanitæ: & Moabitæ: Iudæi quoqꝙ & Israel sæpe

ad se dei vaticinio destinato: vt agerent aliquãdo pœnitentiã audire cõtempserũt: iræ suæ: quã illaturus est dñs: causas iustissimas ꝓfert: dicens: In tribus atq; in quattuor impietatibus: nonne aduersabor eos? Sceleratũ est inquit mala cogitare: cõcessi. Nequius est mala cogitata velle ꝑficere: & hoc ꝓ mea misericordia benignus indulsi. Nũquid & opere implendũ peccatũ fuit? & mea superbe calcanda clæmentia? tñ & post factum. Quia: Malo pœnitentiã pctõris q̃ mortem Non enĩ sani opus habent medico: sed male habentes. Iacenti manum porrigo: & cõsersum in sanguine suo: vt ꝓprijs fletibus lauetur: exhortor. Qd' si nec sic pœnitentiã vult agere: & fracto nauigio tabulã per quã saluari poterat: nõ retentat: cogor dicere Super tribus & quattuor impietatibus. Nõne aduersabor eum dicit dñs? Aduersionẽ dicens esse ꝓ pœna: dum suæ peccator relinquit volũtati. Inde est q̃ peccata patrum in tertiã & quartã generationẽ restituit: dum nõ vult statim punire peccantes: Sed ignoscens primis: postremo condẽnat. Alioquin si ꝓtinus scelerũ vltor existeret: & multos alios: Et certe Paulũ apostolũ ecclesiæ nõ haberent. Eçechiel ꝓpheta cuius supra fecimus mentionẽ: dei verbũ ad se factũ referens ait: Aperi os tuum: & manduca: quæ ego dabo tibi. Et vidi inquit: & ecce manus attensa ad me: & in ipsa volumen libri: Et reuoluit illud in cõspectu meo: Et in ipso scriptũ erat: A facie & retrorsum lamentũ: & carmen: & ve. Prima scriptura ad te pertinet: Si tñ volueris agere pœnitentiã post delictũ. Secũda ad sanctos: qui ad dei canticũ ꝓuocanẽ. Non est enĩ pulchra laudatio in ore pctõris. Tertia ad tui similes: qui desperantes tradiderũt se ĩmunditiæ: & fornicatiõi: & ventri: & his quæ infra ventrẽ sunt: qui putant omnia morte finiri: & nihil esse post mortẽ: & dicunt: Tempestas si transierit: nõ veniet super nos. Liber ille: quem ꝓpheta deuorat: oĩmis series scripturarũ est: In quibus & pœnitens plãgit: & iustus canit: & maledicit desperanti. Nihil ita repugnat deo: q̃ cor impœnitens. Solũ crimen est: qd' veniã cõsequi nõ potest. Si enĩ ei ignoscit post peccatũ: qui peccare desistit: & ille flectit iudicẽ: qui rogat. Impœnitens autem oĩmis ad iracundiã ꝓuocat iudicantẽ Solum desperationis crimen est: qd' mederi nequeat. Porro vt scias deum quotidie peccatores ad pœnitentiã ꝓuocare: qui si rigide perstiterint: de clæmente eum seuerũ & trucem faciũt. Audi Esaiã dicentẽ: Et vocauit inquit dñs sabaoth in die illa ad fletum & planctũ magnũ: & decaluationẽ: & accinctionem cilicioꝝ. Ipsi vero fecerunt lætitiã & exultationẽ: mactantes vitulos: & ĩmolantes oues: vt comederent carnes: & biberent vinum dicentes. Manducemus & bibamus: cras enĩ moriemur. Post quas voces & perditæ mentis audaciã scriptura cõmemorat: dicens: Et reuelata sunt hæc in auribus dñi sabaoth: nõ reuertet vobis hoc peccatũ: donec moriamini. Si enim pctõ mortui fuerint: tunc eis remittet peccatum. Qd' q̃diu in peccato vixerint: nõ dimittet. Parce quæso animæ tuæ. Crede dei futurũ esse iudiciũ. Recordare a quo episcopo diaconus ordinatus sis. Nec mirũ q̃is sanctũ hominẽ: tñ in hoĩe eligendo potuisse falli: cum & deum pœniteat: q̃ Saul in regem vnxerit. Et in duodecim apostolis Iudas sit ꝓditor repertus: & de quondã ordinis tui hominibus. Nicolaus Antiochenus ĩmunditiarũ omniũ: & Neophitarũ hæreseos auctor extitisse referatur. Nunc tibi illa nõ replico: q̃ plures virgines violasse narreris: q̃ a te nobiliũ violata matrimonia: publico cæsa sint gladio: q̃ per lupanaria impurus & helluo cucurristi. Magna quidem ista sunt pondere suo: sed fiunt eoꝝ quæ illaturus sum cõparatõe leuiora. Rogo q̃tum crimen est: vbi stuprum & adulteriũ parum est? Infœlicissime mortaliũ: tu speluncã illam: in qua dei filius puer natus est: & veritas de terra orta est: & terra dedit fructũ suũ: de stupro cõdicturus ingrederis. Nõ times: ne de præsepe infans vagiat: ne puerpera virgo te videat: ne mater dñi cõtemplet? Angeli clamant: pastores currunt: stella desuper rutilat: Magi adorant: Herodes terret: Hierosolyma cõturbat: & tu cubiculũ virginis: decepturus virginẽ irrepis? Paueo o miser & tota mente cum corpore perhorresco: ponere tibi volens ante oculos tuos opus tuũ. Tota ecclesia nocturnis vigilijs Christũ dñm personabat: & in diuersarũ gentiũ linguis vnus in laude dei spiritus concinebat Tu inter hostia quõdã præsepis dñi: nunc altaris: amatorias epistolas fulciebas: quas postea illa miserabilis: quasi flexo adoratura genu: inueniret & legeret. Et stabas deinceps ĩ choro psallentiũ: & impudicis nutibus loquebaris. Proh nefas: nõ pollum vltra ꝓgredi. Prorũpunt lachrymæ anteq̃ verba: & indignatõe pariter ac dolore in ipo meatu faucium spiritus coartat. Vbi mare illud eloquentiæ Tullianæ? Vbi torrens fluuius Demosthenis? Nunc ꝓfecto muti essetis ambo: & vestra lingua torpesceret. Inuenta est res: quã nulla eloquentia explicare queat. Repertũ est facinus quod nec Mimus fingere: nec Scurra ludere: nec Atellanus possit effari. Moris est in ægyptijs: & syris monasterijs: vt tam virgo q̃ vidua: quæ se deo vouerint: & sæculo renũciantes omnes delitias sæculi cõculcarint: mũdanũ crimen monasterioꝝ matribus offerant desecandũ nõ intecto postea contra apostoli volũtatem inceſſuræ capite: sed ligato pariter ac velato orent.

Eçe. 2.

Esa. 22.

S

Nec hoc quíſpiam præter tondentes nouit & tonſas: niſi quia qđ ab omnibus fit: pene noſcit ab omnibus. Hoc autem duplicem ob cauſam: de cõſuetudine verſũ eſt in naturã: ne vel quia laua crum nõ adeunt: vel quia oleũ: nec capite: nec ore norunt: a paruis animalibus quæ inter cutem & crinem gigni ſolent: & cõcretis ſordibus opprimant. Videamus igit tu vir bone inter iſta qd T feceris futuro matrimonio. In ſpelũca illa venerabili: quaſi quoſdã obſides accipis capillos: ſuda ria ad paſtor locũ: & angelor deſup ſtrepitu cõcinente: in eadem verba teſtaris. Nihil dico am plius: q in oſcula rueris: q amplexus ſis. Totum quidem de te credi poteſt: ſed veneratio præſe pis & campi: nõ me ſinunt plus credere: q te volũtate tm & animo corruiſſe. Miſer: Nõne quã do in ſpelũca cum virgine ſtare cœpiſti: caligauerũt oculi tui: lingua torpuit: cõciderũt brachia pectus intremuit: nutauit inceſſus: poſt apoſtoli Petri Baſilicã: in qua Chriſti ſãmeo cõſecrata eſt: poſt crucis & reſurrectõis & aſcenſionis dñicæ ſacramenta: in quibus rurſum ſe in monaſte rio victurã ſpoponderat: audes crimen eius accípere: vt tecum noctibus dormiturũ: quem Chri ſto meſſuerat in ſpelũca. Deinde a veſpere vſq mane feneſtræ illius aſſides: & quia ꝓpter altitu dinem: hærere vobis cõminus nõ licebat: per funiculũ vel accipis aliquid: vel remittis. Vide quã ta diligentia dñi fuerit: vt nunq domi virginẽ niſi in eccleſia videris: & cum talem vterq veſtrũ habuerit volũtatem: niſi per feneſtrã nocte facultas vobis nõ fuerit colloquendi. Oriebat tibi: vt poſtea didici: ſol inuito. Exanguis: marcidus: pallidus: vt ſuſpitõe omni careres: euãgeliũ Chri ſti: quaſi diaconus lectitabas. Nos pallorẽ ieiunij putabamus: exangue os cõtra inſtitutũ ac mo rem tuum quaſi cõfectum vigilijs mirabamur: Iam tibi ſchalæ per quas deponeres miſerã para bant. Iam iter diſpoſitũ: decreta nauigia: cõdicta dies: fuga animo ptractata: Et ecce angelus ille cubiculi Mariæ ianitor: cunarũ dñi cuſtos: & infantis Chriſti gerulus: corã quo tanta faciebas: ipſe te ꝓdidit. O funeſtos oculos meos: o diem illam omni maledictõe digniſſimã: in qua epiſto las tuas: quas hucuſq retinemus: cõſternata mente legi. Quæ ibi turpitudines: quæ blanditiæ quanta de cõdicto ſtupro exultatio: Hoc ne diaconũ decuit: nõ dicam loqui: ſed ſcire potuiſſe: Vbi miſer iſta didiciſti: qui in eccleſia te nutritũ eſſe iactabas: niſi q in eiſdem epiſtolis iuras te nunq pudicũ: nunq fuiſſe diaconũ: Si negare volueris: manus tua te redarguet: ipi apices ꝓcla mabunt. Habeas igit interim lucrum ſceleris: nõ poſſum tibi ingerere quæ ſcripſiſti. Iaces itaq aduolutus genibus meis: & minã euomẽs (vt tuis verbis vtar) ſanguinis deprecaris. Et o te miſe rum: neglecto iudicio dei: me tantũ quaſi iudicẽ times: Ignoui fateor. Quin enĩ aliud poſſum ti V bi facere. Chriſtianũ hortatus ſum: vt ageres pœnitentiã: & in cilicio & cinere volutareris: vt ſo litudinẽ peteres: & vt viueres in monaſterio: vt dei miſericordiã iugibus lachrymis impetrares At tu bonæ ſpei columen ſecretis ſtimulis inflãmatus: factus es mihi in arcum puerſum: & con tra me cõuitior ſagittas iactas. Inimicus tibi factus ſum vera dicens: Non dolebo te maledictis Quis enim neſciat nihil niſi flagitioſum tuo ore laudari? Hoc plango: qđ ipſe non plangis: q te nõ ſentis mortuũ: q quaſi gladiator paratus libidine in ꝓprium funus ornaris: amicíris linteis digitos anulis oneras: dentes puluere teris: raros in rubenti caluaria digeris capillos: taurina cer uix thoris adipeis intumeſcens: nec quia ꝓpter libidinẽ fracta eſt: inclinat. Super hæc vnguẽta fragras: mutas balneas: & cõtra renaſcentes pilos pugnas: per forũ ac plateas nitidus ac politus amator incedis. Facies meretricis facta eſt tibi: neſcis erubeſcere. Conuertere miſer ad dñm: vt ad te deus cõuertat. Age pœnitentiã: vt & ille agat pœnitentiã ſuper oĩbus quæ locutus eſt ma lis: vt faceret tibi. Quid neglecto vulnere ꝓprio alios niteris infamare? Quid me bene tibi & ſe dulo cõſulentẽ quaſi phreneticus morſu laceras? Eſto ego flagitioſus ſim: vt vulgo iactitas: ſal tem mecũ age pœnitentiã. Criminoſus vt ſimulas: imitare lachrymas criminoſi. Num mea pec cata virtutes tuæ ſunt? An malor tuor putas ſolatium: ſi multos tui ſimiles habeas? Fluant pau lulũ de oculis lachrymæ inter ſericũ & lintheamina: quibus tibi videris fulgidus & formoſus. In telligę te nudum: cõſciſſum: ſordidatũ: mendicantẽ. Nunq eſt ſera pœnitentia. Quis de Hiero ſolymis deſcenderis: & ſis in itinere vulneratus: inde te Samaritanus impoſitũ iumento: curan dumq ad ſtabulũ referat. Sed & ſi mortuus iaces in ſepulchro: tñ & fetentẽ dñs ſuſcitabit. Imita re ſaltem cæcos illos: ꝓpter quos Saluator dimittens domũ ſuã & hæreditatẽ ſuã: Hierico venit Sedẽtibus ĩ tenebris & vmbra mortis: lux orta eſt eis. Qui poſtq præterire dñm cognouiſſent: cœperũt clamare: Fili Dauid miſerere noſtri. Poteris & tu videri: ſi clames: ſi accitus ab eo ſordi da veſtimenta ꝓjcias. Cum cõuerſus ingemueris: tunc ſaluus eris: & tunc ſcies vbi fueris. Tan gat modice cicatrices tuas: pertractet luminũ quõdam tuor veſtigia. Licet ab vtero ſic genitus ſis: & in delictis cõcepit te mater tua: Aſperget te hyſopo: & mũdaberis: lauabit te: & ſuper ni Mar. 10

uem dealbaberis Quid in cauernis terræ hæres? & totus in sceno iaces? Illa quam decem & octo
Ioh.5. annis sathanas vinxerat: postq̃ a Saluatore curata est: cœlum erecta suspexit. Qđ ad eam dictũ est: tibi dictum puta. Peccasti: quiesce. Quid lõgius recedis a facie dei? & habitas in terra Naim Quid totus in salo fluctuas: nec statuis supra petrã pedem tuum? Caue ne te Phinees cum Madianita fornicantẽ sero hasta cofigat. Quid plus q̃ Thamar virginẽ frater & cõsanguineus polluisti? versus in Absalon occidere eum cupis qui te rebellantẽ plangit & mortuũ. Clamat cõtra te sanguis Naburthæ: & vinea Israel: hoc est seminis dei: & hortus voluptatũ: quẽ in lasciuiæ holera cõuertisti: dignã de te vltionem reposcũt. Mittit tibi Helias tormenta &
3.Reg.18. curuare: & sacco vestire paulisper. De te poterit dicere deus: Vidisti quia reueritus fuerit Achab a facie mea? Non superducã malitiã in diebus eius. Sed forte blandiris tibi: q̃ a tali episcopo diaconus ordinatus es. Iam vt superius dixi: nec patrem p filio: nec filiũ p patre puniri. Anima enĩ quæ peccauerit: ipa morietur. Et Samuel habuit filios qui recesserũt a timore dei: & abierunt post
1.Reg.2. auaritiã & iniquitatẽ. Et Heli sacerdos sanctus fuit: Sed habuit filios suos: quivt in hebræorũ voluminibus legimus: fornicabant cum mulieribus i tabernaculo dei: & in similitudinẽ tui imprudenter sibi dei ministeriũ vendicabãt. Vnde & locus tabernaculi ipe subuersus est: & ꝓpter vitia sacerdotũ dei sanctuariũ destitutũ est. Quanq̃ & ipe Heli dum est nimiũ lenis in filios: offendit deum. Tantũq̃ abest vt valeat te episcopi tui iustícia liberare: vt timendũ sit: ne ꝓpter te de so
2.Reg.6. lio suo corruens: pereat insanabilis. Oça leuites arcam dñi: quam portare ipe debuerat: quasi ruentem sustentare voluit: & percussus est. Quid de te futurũ putas: qui stantem arcam dñi præcipitare conatus es? Quãto magis episcopus qui te ordinauit: ꝓbabilis est: tanto tu amplius detestãdus: qui talem hoiem fefellisti. Solemus mala domus nostræ scire nouissimi: ac liberorũ & cõiugiũ vitia: vicinis canentibus ignorare. Nouerat te omnis Italia. Vniuersi te stare ante altare in gemiscebãt. Nec tu tam callidus eras: vt prudenter tua vitia cælares. Sic æstuabas: sic sudantem te & lasciuientẽ huc atq̃ illuc rapiebat voluptas: vt quasi quosdã triũphos: palmãq̃ vitiorũ ageres de expletis libidinibus. Deniq̃ inter gladios barbari: & barbari mariti: & mariti potentis ex cubias: impudicitiæ flãma te rapuit. Non timuisti in illa domo adulteriũ facere: in qua sine iudice læsus vir se poterat vlcisci? Duceris ad hortulos: ad suburbana pertraheris: tam libere & insane te agis: vt absente marito vxorem te putes habere: non adulterã. Vnde per quosdã cuniculos dum illa tenet: erũpis. Romam occultus ingrederis: latitas inter Sanniras latrones: & ad primũ mariti nunciũ: qđ nouus tibi ex alpibus Hãnibal descendisset: nauigio te credis incauto: tãta fugæ celeritas fuit: vt tẽpestatẽ ĩra duceres tutiorẽ. Venistivtcũq̃ Syriã: ide te velle Hierosolymã trãscẽdere: & seruiturũ dño polliceris. Quis nõ suscipet eũ: q̃ se monachũ pmittebat: præsertim ignorãs tragœdias tuas: episcopi tui cõmẽdatitias: ad cæteros sacerdotes epistolas legẽs Tu aũt infœlix transfigurabas te in angelũ lucis: & ministrũ sathanæ ministrũ iusticiæ simulabas. Sub vestitu ouium latebas lupus: & post adulteriũ hominis: adulter Christi esse cupiebas. Hæc iccirco retuli: vt totam tibi scenam operũ tuorũ quasi in breui depingerẽ tabella: & gesta tua ante oculos tuos ponerẽ: ne misericordiã dñi nimiãq̃ clæmentiã materiã existimes delictorũ. Rursũ crucifigens tibimetipi filiũ dei: & ostentui habens: & non legens illud qđ sequit. Terra enĩ venientem sæpe super se bibens imbrem: & generans herbam opportunã illis a quibus colitur: accipit benedictionẽ a dño. Proferens autem spinas & tribulos reproba est & maledictõe ꝓxima: cuius consũmatio sit in cõbustionem.

Beati Hieronymi presbyteri ad Euagrium presbyterũ: arguens q̃ Leuitam lapsum: & ob id ab ecclesia eiectũ incõsolatũ reliquerit: exemplis docens illi ꝑ pniam posse subueniri. Ac monens vt in eo erigendo virgã correctõis: & baculũ sustentatõis adhibeat. EPI. LXXVI.

n Si vererer beatissime frater: ne inter simulatores amicos Iob mihi portio ponerẽ: qui videntes plagã eius: veluti qui nõ haberent cõsolationẽ: iugi silentio quieuerũt. Prope fuerat: vt ego supposita manu ori: & obdurata linguæ fistula: ianuas labiorũ meorũ taciturnitate cõcluderẽ. Sed absit hoc a fide mea: vt aliquã plagã dicã esse: quæ nõ
Hier. habeat cõsolationẽ: cum mihi ꝓpheta ꝓclamet. Nũquid medicus nõ est in Galaad? aut resina nõ est illic? Quare non ascendit sanitas filiæ plæbis meæ? Galaad enĩ aceruus testis interpretat: & hunc aceruũ testem: totũ canonẽ diuinorũ librorũ esse sentimus: vbi indissolubiliũ cumulus testimoniorũ velut quidã cõgestus est lapidũ: in quo tumulo medicus verus deus meus Iesus Christus: si quæsitus fuerit inueniet. Resina autem quid nisi cõtinentiæ virtus est? quæ dissoluta iungit: & scissa cõglutinat? Qđ nos scientes nõ dubitamus ad cõsolationem plagæ quæ cõtigit oris nostri lamenta miscere. Audiuimus enĩ horrẽde cladis excidiũ: audiuimus exultãtes de rui

na Christi milites. Sathan & iubilatio vocis: quã in triũpho suo diabolicus dedit exercitus: ad au
res nostras vsq; puenit. Et testem deũ inuoco in animã meã: quia ita cõmota sũt viscera mea: ita
cõtremuerũt ossa mea: vt oẽm partẽ corporis mei sentirẽ eadẽ plaga torqueri. Absq; dãno meo
hoc accidisse dixerim malũ: vbi mẽbra corporis mei diabolica sagitta percussit: cum apl'us dicat
Si patit vnũ mẽbrũ: cõpatiunt omnia mẽbra: Sed nõ admittit animus meus in totũ lamentatiõi i. Cor. 12
vacare vel fletui: quia & aduersum vos mihi est locus irascendi. Ecce cõtra cõmunes inimicos p
cessit vobiscũ frater in prœlio: qui subito ꝓstratus est casu. Hunc vos nec sepulturæ dignũ iudi
castis honore: sed reliquistis eum feris: & alitibus deuorandũ. Vbi est misericordia christianæ re
ligionis: quã magister vester sacrificio docuit esse meliorẽ? Ecce iacet frater ab hoste percussus:
adhuc forsitan palpitans. Et vos quia sine vulnere reuertimini: nec cõsolationẽ quidẽ obtulistis
Nolite esse sine formidine beatissimi fratres: fortiorẽ percussit inimicus: vt celerior ei postmodũ
aditus esset ad reliquos. Vt quid rogo spernitis vulneratũ? aut sicut putatis & mortuũ? Melior il
la Respha cõcubina Saulis: quæ corpora mortuorũ: quæ Dauid ꝓ Gabaonitarũ vltione percus=
serat: eo vsq; accincta sacco: hoc est cilicio custodiuit: donec eis roraret aqua de cœlo: id est donec
ꝓ venia eorũ misericordia cœlestis deflueret. Melior ille Iudas Machabæus: qui etiã ꝓ mortuis
fratribus orationẽ credidit esse faciendã: quos furata de lãma ciuitate idolorũ dona ꝓstrauerant.
Vt quid rogo medicus noster inter liberorũ suorũ loculos tot cõstituit genera pigmẽtorũ: si nihil
est ex emplastris eius quo possit sanari vulnus: qd infixit inimicus? Ita ne fieret aliq; plaga: quæ
scientiã nostri lateret archiatri: cui nequaq; artis sue puritia ꝓuideret? Et si placet apiamus scho
lam medici nostri: & a principio canonis & vulnerũ & medicaminũ species requiramus. Et ec=
Y ce in limine ipius scholæ occurrũt illi seminis carnalis auctores: qui venenato serpentis ore per=
cussi nõ statim perpetuæ pœnæ mortis addicti sunt: sed eiecti de paradisi delitijs: id est de eccle=
siæ libertate: & sacri cõmunione mysterij ideo tpaliter sub typo mœroris tribulationisq; dãnati
sunt: vt malagmatæ pœnitẽtiæ sanarent: & vsq; eo a ligno vitæ: id est Christi participes exules
fierent: donec per illũ: aut per rõpheã: id est ignitã martyrij passionem: aut per cherubin dñi qui
interpretat multitudo scientiæ remanerent. De quibus nunc per singula nõ est tpis loqui. Quid
vero ille fratricida: cui ob signũ mandatũ imponit: ne ab aliquo possit occidi. Non vult enim mor=
tem pctõris: sed vt cõuertat: & viuat. Nec longe ab his distat ille princeps patrũ: qui primus cre
didit: Et reputatũ est illi ad iusticiã: qui captũ ab hostili legiõe filiũ fratris assumpta vernaculorũ
turba eripuit: quem postmodũ de Sodomæ plaga: id est de incẽdio gehẽnæ habito cum diuina
maiestate colloquio: hunc liberatiõis suæ merito liberauit. Et tu ergo assume vernaculorũ turbã
id est ꝓprio opere tuo non alieno & fratri auxiliũ præsta captiuo. Loquere cum dño: hoc est ora
ad opus: qui stuprum sororis in alienigenarũ manibus incidentis: nõ solum horruerũt: verũ etiã
vindicauerunt. Require tñ qui vltores fuere peccati. Nõne symeon atq; Leui? Et tu qui ex tribu
Leui es: qui ecclesiastico seruis officio (Symeon autem obediens interpretat) tu ergo qui obe=
diens fuisti: dei inobedientẽ animã liberare aut vindicare cur cessas? Anima enim fratris soror tua
est: quã si passus fueris alienigenis seruire: peccasti. Sed dicis forsitan: Leuita est ille: qui cecidit:
nõ potest ei iam remedij medicina conferri. Erras frater: erras: recurre ad scholã medici. Ecce in
secũdo loco: id est Exodi libro: vbi totius populi vulnus plagaq; describit: etiã Leuitæ peccasse Exo. 32.
referunt: qui priores ad correptionẽ legislatoris emẽdati esse perhibent Et nõ tam in eis pecca
ti crimen arguit: q̃ velox cõuersio in pniæ claritate laudat. Cuius rei etiã in Eçechiele dñs nr di=
1. Ioh. 2. ad duodecimã venientes: qui ex gẽtibus saluabunt̃. Ioãnes apte clamat: Filioli nouissima hora ẽ. Nihil aũt differre videt̃ vtrũ duodecima: an nouissima hora dicat̃. Q ui sunt aũt hi qui murmurant: qui laborẽ & æstũ toto die portauerũt: nisi qui iustícias legis egerunt: & seruitutis antiquæ pensum reddiderũt? Vide aũt q̃ apta sunt verba: quæ a patre dicunt̃: vt ab his qui ĩ lege vixerũt dicta videant̃. Q uid enĩ est qd' de agro veniẽs dicit: Nisi significãs de legis opibus venientẽ: & in his gloriantẽ: & quasi diuturnos labores ĩputantẽ. Vñ ait. Mãdatũ tuũ nunq̃ præteriui: & nõ dedisti hædũ ꝓ me: vt epularer: Hoc est nec pctõrẽ ꝓ nr̃a requie dedisti. Q ui enĩ inquit fecerit quæ legis sunt: víuet in eis: qui nõ fecerit: punietur ex ipis. Pro isto aũt qui fornicatus est: etiã sagi natum inquit illũ vitulũ dedisti. i. filiũ tuũ dilectũ: sicut supra diximus. Sed quid ei rñdet pr̃. Tu semp mecũ es: oportuit aũt ꝓ isto gratulari qui perierat: & inuẽtus est: mortuus fuerat: & reuixit Ostendẽs in hoc verbo manifeste hoiem: qui peccãdo vita exciderit: & obnoxius mortificatus fuerit: ex reuersione aũt salutari ꝓ pniam in adoptionẽ filij redierit. Bonũ aũt hoiem qui mãserit in bono hæreditatẽ paternã iugiter possidere. Itaq; si peccaueris o hõ: festina liberãdo te: recõci liari deo: vt ex mercede sudoris: & digna pnia recipias: qd' ex gratia donatũ tibi perdidisti. Præ stet aũt deus magis ꝓmanentes vos in fide cohæredes esse dñi nostri Iesu xp̃i: quia ipe est gloria & virtus: cum patre & filio & spũsctõ: per omnia sæcula sæculoꝝ: Amen.

Beati Hieronymi presbyteri super epistola Pauli ad Romanos: id est scd'm Origenẽ presbyterum ad Heraclium fratrem. EPI. .LXXXII.

v Olentẽ me paruo subuectũ nauigio oram trãquilli litoris stringere: & minutos de græ H
coꝝ stagnis piscículos legere: in altũ fretũ Heracli laxare vela cõpellis. Relictoq; opere qd' in transferẽdis homelijs. Adamãtis senis habeã: suades & nr̃a voce. xv. eius volumina: qbus epl'am ad Romanos disseruit: explicemus. In quibus ille dum sectat̃ apli sensum: in tam ꝓfundũ pelagus effert̃: vt metus ingens sit illuc eum sequi: ne magnitudine sensuũ velut ĩmanitate opprimat̃ vndaꝝ. Dum deinde nec illud aspicis: q tenuis mihi est spũs ad implendã eius tam magnificã dicẽdi tubã. Sup oẽs aũt difficultates est: q interpollati sũt ipi libri: desunt enĩ fere apud omniũ bibliothecas: incertũ sane q̃ casu aliq̃ta ex ipo corpore volumĩa: & hæc adiplere ĩ legitimo ope: & integrã cõsequẽtiã dare: nõ est mei ingenij: sed vt tu credis: qui hæc exigis: muneris fortasse diuini. Addis aũt ne quid laboribus meis desit: vt oẽ hoc: xv. voluminũ corpus: qd' græcus sermo: ad quadraginta fere aut eo amplius milia versuũ ꝓduxit: abbreuiẽ. Et ad media si fieri põt spatia coartẽ. Dura satis ĩperia & tanq̃ ab eo: qui põdus opis huius scire nolit iposita. Aggrediar tñ si forte orõnibus tuis quæ mihi tãq̃ hoĩ impossibília videnť: aspirãte dño possibília fiant. Sed ipm iam si videt̃ Origenẽ: qualiter præfationẽ suscepti opis dirigat audiamus. Q cæteris apli Pauli epis difficilior putat̃ ad intellígendũ hæc: quæ ad Romanos scripta est: duabus mihi videt̃ fieri ex causis. Vna est q elocutõibus interdũ confusis: & minus explicitis vtiť. Alia q qõnes in ea plurimas mouet: & eas præcipue quibus nitẽtes hæretici astruere solent: q vniuscuiusq; gestoꝝ causa: nõ ad ꝓpositũ debeat: sed & ad naturæ diuersitatẽ referri: & ex paucis huius epl'æ sermõibus: totius scripturæ sensũ: qui arbitrij libertatẽ cõcessã a deo docet conanť euertere. Propter qd' deprecãtes prius deũ: ꝓ docet oẽm scientiã: & qui dat ꝓ spiritũ verbũ sapiæ: qq; illumĩat oẽm hoiem venientẽ in hũc mũdũ: vt dignos nos facere dignet̃ intellígere parabolas & obscuros sermones: dictaq; sapientiũ: & ænygmata: ita demũ explanatiõis Pauli ad Romanos cõtingimus exordiũ: prætermittẽtes hæc: quæ a studiosis obseruari solent: Q videt̃ apl'us ĩ hac epl'a pfectior fuisse: q̃ in cæteris. Etenĩ cum primã ad Corinthios scriberet. Erat autẽ in magnis
1. Cor. 9. ꝓfectibus aliq̃d tm̃ de sæculo: vt mirabũdus eloquit̃: cũ dicit: Sed macero corpus meũ: seruituti autẽ subijcio: ne forte cũ alijs p̃dicaueri: ipe reprobus efficiar. Sed & ad Philippẽses scribẽs: qd
Phil. 3. dã ĩ se minus adhuc eẽ illius: quã postea assecutus est: pfectõis oñdit: cũ dicit: Cõformari se morti Xp̃i: si quõ occurrat in resurrectõe: quæ est a mortuis. Nõ enĩ diceret si quõ: si ei iam rñsio in dubitata videret̃: sed & in cõsequntibus eiusdẽ epl'æ hæc eadẽ oñdit: cũ dicit: Non quo iam cõsecutus sim: aut si iam pfectus sim: sequar aũt vt cõprehendã: in q̃ etiã cõprehẽsus sũ a Xp̃o. Frẽs egoipe nos arbitror cõprehẽdisse: Q d' si qs putat p humilitatẽ dictũ: etiã videat ĩ cõsequntibus: quæ magna de ꝓfectibus suis memoret: cũ dicit: Vnũ aũt ea qdẽ q̃ retro sũt obliuiscẽs scd'm ꝓ

positū sequor ad palmā supernæ vocationis dei in Christo iesu. Et post hoc dicit: Quicunq; ergo perfecti sumus: hoc sentiamus. In quo ostendit duplicē esse perfectionē. Vnā quæ est ī explectionē virtutū. Secundā quā dicit q̄ nō sit pfectus. Et aliā cū ita quis pficit: vt desiderare nō possit neq; retrorsum aspicere: scd'm quā dicebat: Quicūq; ergo perfecti sumus: hoc sentiamus. Quō ergo docebit perfectior tā secundā ad Corintheos scripsisse q̄ primā. Ex his sine dubio quæ scripta referunt: cū dicit: Tribulationē patimur: sed nō angustiamur: aporiamur: sed nō exupamur persecutionē patimur: sed nō derelinqmur: deijcimur: sed nō perimus. Semper mors Iesu in corpore nostro manifestatur. Qui ergo mortē Iesu in corpore suo circūferebat: nunq̄ vtiq; in eo cō cupiscebat caro aduersus spiritū: sed erat ei subiecta: vtpote mortificata ad similitudinem mortis Xpi. Q; si dicat aliquis nobis hæc verisimilia nō videri: quia nō multū tpis inter primā epistolā & secundā: pōt ex eo euidentius noscere: q̄ in prima epistola eiectū eū qui fuerat ī cœlesti Hieru salē pollutus: & traditū sathanæ ī interitū carnis: vt spūs saluus fieret. In secūda iā reuocat: & ecclesiæ mēbrū associat. Quod vtiq; nō faceret: nisi processu tpis dignos ī eo fructus pœnitentiæ peruidisset. Et q̄ iā caro interitū (quē designarat ap'lus) suscepisset: peccato scilicet & vitijs mortua: vt ita demū viueret deo. Cū ergo tantū spacij fuerit: quo peccator incestus salutē spūs laudabili carnis interitu recepit: quō nō putandū est multo velociori cursu ap'lm quæ perfecta sunt assecutū? Sed in illis quidē iste eius fuerit pfectus: quāto autē sublimior sit & eminētior: ad Romanos scribens ex ipsius epistolæ sermonibus colligamus: in qua dicit: Quis nos separabit a charitate Christi? Tribulatio? an angustia? an persecutio? an fames? an nuditas? an periculum? an gladius? Sicut scriptum est: Quia propter te morte afficimur tota die: æstimati sumus sicut oues occisionis. Sed in his omnibus superuincimus propter eum qui dilexit nos Certus sum enim quia neq; mors: neq; vita: neq; angustia: neq; principatus: neq; potestates: neq; præsentia: neq; futura: neq; orbis: neq; altitudo: neq; profundū: neq; vlla alia creatura poterunt nos separare a charitate dei: quæ est in Christo iesu domino nostro. Veritatem dico in Christo: vsq; in spiritusancto. Nunq̄ videbitur eadem sublimitate mentis dixisse: Macero corpus meum: & seruituti subijcio: ne forte cum alijs prædicauerim: ipse reprobus inueniar? Qua & hic dicit: Quia & in his omnibus superamus. Et certus sum enim: quia neq; mors neq; vita: neq; angustia: neq; principatus: & cætera quæ scripsit: poterunt nos separare a charitate dei. His igitur nobis prout potuimus: de sensu eius in hac epistola iam perfectione cōceptis: etiam illud haud surde admonebimus: q̄ videtur hanc epistolam de Corintho scribere: & alij quidē pluribus indicijs: euidentius tñ ex eo q̄ dicit: Cōmendo autē vobis Seben sororē nostrā ministrā ecclesiæ quæ est Cēcris. Cencris enī dicit locus Corintho vicinus: imo portus ipsius Corinthi. Et ex hoc ergo apparet de Corintho scripta: & ex hoc q̄ dicit: Salutat vos Caius hospes meus. De quo Caio scribens Corinthijs cōmemorat dicens: Gratias ago deo meo: q̄ neminē vestrū baptiçaui nisi Crispū & Caiū. Simile & deinde dat indiciū: vbi dicit: Salutat vos Erastus arcarius ciuitatis. De quo Erasto ad Timotheū secundā scribens dixit: Erastus remansit Corintho. Ex quibus omnibus colligi certissima vidētur indicia: q̄ de Corintho scripta sit. Illud nō parū cedit ad intelligentiæ difficultatē: q̄ multa de lege Moysi in hac eadē texunt epistola. De vocatione gentiū: de Israel scd'm carnē: & de Israel q̄ nō est scd'm carnē: de circūcisione carnis & cordis: de lege spiritali: & de lege litteræ: de lege carnis & mēbroꝝ: de lege mentis & lege peccati: de interiori & exteriori homie: quæ singula prædixisse sufficiat. In his enī continētia haberi videt epistolæ. Nūc iā (prout viā nobis dns aperire dignat) ad explanationē pperemus. Prima nobis quæstio de noīe ipsius Pauli videt exurgere: cur is qui dictus Saulus est in actibus apostoloꝝ: tunc Paulus dicat. Inuenimus in scripturis diuinis quibusdā veteꝝ cōmutata vocabula: vt ex Abrā vocatus sit Abraam: & ex Sarai Sara: & ex Iacob Israel. In euangelijs quoq; ex Simone Petrus. Et filij Zebedei filij tonitrui nūcupati sūt. Sed hæc ex præcepto dei legimus facta. Nusq̄ vero erga Paulū inuenimus tale quid gestum. De qua re quibusdam a visum est: q̄ Pauli proconsulis (quem apud Cyprū fidei Xpi subiecerat) vocabulū apostolus sumpserit. Vt sicut reges solēt deuictis (verbi gra) Parthis parthici: & Gothis gothici nomiari. Ita & apostolus subiugato Paulo Paulus fuerit appellatus. Quod nec nos quidē vsq; quaq; euacuandū putamus. Tamē quia nulla talis in scripturis diuinis consuetudo deprehenditur: quæ magis in exemplo nostris sunt: absolutionē quæramus. Inuenimus igit in scripturis aliquātos binis: alios etiā trinis vsos fuisse nominibus: vt Salomonē eundēq; Hynididā dici. Sedechiā eundēq; Ioachī. Oçiā eundēq; Açariā: alios q; plurimos in Regnorū vel Iudicū libris binis noibus inuenies vocitatos. Sed nec euāgelia quidē hunc eundē renuūt morē. Nā & Matthæus ipse refert de se: Q; cū trāsiret Iesus: inuenit quēdā sedentē ad theloneū Matthæū nomie. Lu-

Luc.5. cas vero de eodē dicit: ꝙ cū trāsiret Iesus: vidit publicanū quēdā noīe Leui: & dixit ei: Seq̄re me Sed & idem Matthæus in cathalago apostolorꝫ dicit post multos Matthæus publicanus: & Iacobus alphei: & Lebbeus & Simō chananeus. Marcus vero ita refert: Matthæus publicanus & Iacobus alphei: & Thadeus. Hūc eundē quē Matthæus Lebbeū: Marcus Thadeū posuit. Lucas vero ita posuit: Matthæus: Thomas: Iacobus: & Iudas iacobi. Igit eūdē quē Matthæus Lebbeū & Marcus Thadeū dixit: Lucas Iudā iacobi scripsit. Certū est euāgelistas nō errasse ī nomibus apl'orꝫ: sed quia moris erat binis vel trinis noibus vti Hebræos: ī vnius eiusdēꝙ viri diuersa singuli vocabula posuere. Scd'm ergo hāc cōsuetudinē videt nobis: & Paulus duplici vsus esse vocabulo: & donec quidē genti ppriæ mīstrabat: Saulus esse vocatus: quod magis appellationi patriæ vernaculū videbat. Paulū aūt appellatū esse: cū græcis & gentibus leges ac præcepta cōscribit. Nā & hoc ipm quod dicit Saulus: qui & Paulus euidēter: nō ei tūc primū nomē Pauli ostendit impositū: sed veteris appellatōis id fuisse designat. Hæc ab ipso auctore opis omissa nos qa id descriptōis initiū videbat exposcere: puto ꝙ nō inconueniēter præmisimus. Cætera iā de explanationū corpe: quibus poterimus compendijs exequemur.

Beati Hieronymi pbyteri in epistolā ad Romanos Liber primus ad Heraclīū.

Aulus seruus Iesu Xpi vocatus apostolus. De Paulo iā diximus: requiramus nūc cur L
p seruus dicat is qui alibi scribit: Nō enī accepistis spm seruitutis ī timore: sed spm adoptionis: in quo clamamus Abba pater. Et iterū: Quia estis filij: misit deus spūm filij sui in corda vestra: clamantē Abba pater. Itaꝙ iā nō est seruus sed filius. Ipse se seruū
Mat.11. profitet: Siue id scd'm illā hūilitatē dictū putemus: quā dns docuit dicēs: Discite a me: qa mitis sū & humil' corde: nō errabimus. Neꝙ enī p hoc lædet veritas libertatis ī Paulo. Dicit enī & ipse
1. Cor.9. Nā cū liber sim ab oībus hoibus me seruū feci. Seruit ergo Xpo nō ī spū seruitutis: sed ī spū adMat.20 optōis: quia omī libertate melior ē seruitus Xpi: siue quasi imitator eius, pnūciet qui dixerat: Ecce ego sum in medio vrm: nō sicut discumbēs: sed sicut mīstrās: & eius qui semetipm exinaniuit formā serui accipiens. Et sicut his qui in lege sunt fit & ipse sub lege: & his qui sine lege sunt: efficit & ipse sine lege. Ita & ipse pro his qui adhuc serui sunt: & nōdū p spm adoptionis in libertā-
1. Cor.6. tē productī filiorꝫ: seruus efficit: cōtrariū nō videbit. Ad hoc pōt etiā illud addi: ꝙ ad Corinthios scribens idē apostolus: & de nuptijs vel castitate præcipiens: tanq̄ alieno noīe quædā de libertate ac seruitute interserit dicens: Seruus vocatus es: nihil cures. Sed & si potes liber fieri: magis vtere. Qui enī ī domino vocatus est seruus libertus est dñi. Similiter & qui liber vocatus est: seruus est Xpi. Præcio empti estis: nolite fieri serui hominū. Quæ vticꝙ nōnullis contra rationē videt inserta. Quid enī ad nuptiarū vel castitatis præcepta cōmemoratio seruitutis ac libertatis assumit. Sed nos sensum Pauli ita intelligimus: ꝙ seruū dicat eum qui iugali conditione constri-
1. Cor.7. ctus est: Quia mulier nō habet potestatē corpis sui: sed vir eius. Et vir nō habet potestatē corpis sui sed vxor eius. Propter quod & ī alijs dicit de eis: Quia nō seruituti subiectus est frater vel soror: ī talibus scilicet ꝙ ī alijs eos seruituti sciret esse subiectos. Est ergo seruus vocatus: qui ī coniuio positus venit ad Xpm: cui dicit: Seruus vocarus es nihil ad te attineat: sed & si potes liber fieri: magis vtere: ꝙ in cōiugibus alterius cōtinētiæ libertas: alteri generat periculum castitatis. Nō enī debent nisi ex cōsensu vacare orationi ad tempus: & iterꝫ in idipm esse reuertēdū: ne eos tentet sathanas, ppter incontinentiā suā. Is ergo qui pro nexu coniugij seruus vocatus ē libertus est dñi libertus. Neꝙ ex toto liber: neꝙ ex integro seruus est. Si in cæteris virtutibus liber fuerit: si filij patientiæ: misericordiæ: iustitiæ tenuerit libertatatē: libertas dñi appellatur: vtpote qui pro actione virtutis liber sit: & pro coniugali necessitate sit seruus. Liber vero est qui sine vxore propter paruitatē continentiæ venit ad Xpm: qui tū seruus efficit: dū ex integro virtutibus seruit. Paulus ergo (sicut quidā tradūt) cū vxore vocatus ē: de qua dicit ad Philippēses scribēs: Rogo etiā te germane cōpar adiuua illas: que cū ipsa sunt ex cōsensu liber effectus ē: seruū se noīat Xpi. Si vero (vt alijs videt) sine vxore: nihilominus quilibet vocatus est seruus Xpi: id est, seruū esse Xpi: quod ē seruū eē verbi dei: sapiæ: iustitiæ: veritatis: & oīm oīno virtutū: quæ Xps ē Sed & illud ī hoc loco si videt: addamus: Qz sicut scietia quæ nūc dat sanctis: p speculū datur in ænigmate & pphetia: & cætera dona spūs scti: ita & libertas quæ nūc sanctis præstat: nōdū plena libertas est: sed velut p speculū ī ænigmate. Et ideo sancti seruos esse se dicūt: ad compationē illius libertatis quæ facie ad faciē tribuit. Quō enī pōt in carne quis positus adipisci integrā libertatē: vt in nullo iā seruiat carni: sicut nec adoptionē filiorū quis in corpore positus hre ex integro pōt. Atꝙ vtinā hoc obtineri saltē posset ī vita mortaliū: vt seruus quis Xpi ex integro fiat: nō carni: nō sanguini: nō vanæ gloriæ: non cupiditati: non iracundiæ: non inuidiæ: sed qui soli

Christo: id est omnibus virtutibus simul seruiat. Hæc de eo quod scriptū est: Paulus seruus Iesu Ro.i.
christi vocatus apostolus. Nomen hoc: id est, vocatus: quia ad homines pertinet: qui in Xpo cre
M dunt generale pōt videri. Sed vnusquisq; scd'm id quod ī eo præuidet & eligit deus: aut apl's vo
cat': aut ꝓpheta: aut magister: aut liber ab vxore: aut seruus ī coniuge. Et ꝓ diuersitate gr̄æ com
plet illud quod scriptū est: Multi vocati: pauci electi. Sciendū tn̄ est: q; possibile est aliquē voca- Mat.20
tū esse apostolū: aut vocatū ꝓphetā: aut vocatū magistrū: & si neglexerit vocationis suæ gratiam
decidere ex ea: Sicut & Iudas: qui apostolus vocatus est: & negligēs vocatōis suæ gratiā: ex apo
stolo effectus est proditor. Et fuit quidē vocatus apl's: sed nō fuit electus apostolus. Sed & ipse ꝓ
pheta: qui in tertio Regnorum libro refertur prophetasse de Hieroboam: vocatus propheta fuit
Si autem electus fuerit ipsi discutite: quoniā quidē prohibitus panē manducare in Israel: mādu-
cauit: & interemptus est a leone. Sunt & multi vocati magistri per omnes ecclesias dei: & vocati
ministri: sed nescio qui in his electi magistri sint & electi ministri. Sic & puto quosdam esse vo-
catos quidem vt putentur pati pro Christo: nō tamen electos: id est vocatos martyres: sed nō ele
ctos martyres: vt sunt illi qui postea tormentor̄ agones & carcerū: nō vsq; ad finē in cōfessionis
tolerantia perdurarunt. Est ergo & vocata virgo: sed nō electa virgo: quæ scilicet nō fuerit san-
cta corpore & spiritu. Et est vocatus pastor: sed nō electus pastor: qui præest quidē gregi: qui la-
cte eius vtit̄: & lanis eius operit̄: sed infirmū nō requirit: & claudū nō colligit: & fortē circūscri-
bit in laborē. Ita est & vocatus abstinēs: sed nō electus abstinens: scilicet qui ieiunat tristis: & ex
terminat faciē suā: vt homibus ieiunās appareat. Sed & per singulos gratiar̄ gradus similiter in
uenies multos quidē vocatos: paucos autē electos. Segregatus quidē in euangeliū dei: in Paulo
nō sola generalis vocatio ad apostolatū designat': sed & electio scd'm dei præscietiā subsecuta: ꝑ
hoc q; segregatus dicit̄ in euangeliū dei. Sicut & alibi ipse de se dicit. Cum autē placuit deo: qui Gal.1.
me segregauit ex vtero matris meæ: vt reuelaret filium suum in me. Quod tamen hæretici ad ca
lumniam vocant: dicentes eum esse segregatū ab vtero matris suæ: ob hoc q; in eo naturæ boni-
tas inhæreat. Sicut econtrario de his qui malæ naturæ sunt dicit̄ in psalmo: Quia segregati sunt ps.77.
peccatores ex vtero. Nos autē dicimus quia neq; Paulus fortuitu aut naturali differētia electus
est: sed electionis suæ causas in semetipso dedit ei: qui scit oīa anteq̄ fiāt. Neq; peccatores qui se
parant' a ventre iudicij iniquitate separant'. Deinde statim ī cōsequētibus vide quid de his dicat
sermo diuinus. Scriptū est enī: Segregati sunt pc̄ōres ab vtero: errauerūt a ventre: locuti sunt fal
sa. Si intelligimus quō statim vt de vētre matris pc̄ōres errauerūt: vel locuti sunt falsa: pariter in
telligimus q; iusti sepant' a ventre: Ergo & Paulus q; segregatus in euāgeliū dicit̄: & segregatus
a ventre matris suæ: causas in eo & merita quibus in hoc segregari debuerit: vidit ille quē nō la-
tet mens: Præuidit enī q; abundantius q̄ cæteri homines laboraturus esset in euangelio. Q̄ ī fa-
me & siti: in frigore & nuditate: periculis latronū: periculis fluminū: periculis maris prædicatu-
rus esset euangeliū Xpi. Sciens q; ve sibi esset si nō euangeliçaret Et q; maceraturus esset corpus
suū: & seruituti subiecturus: ne forte cū alijs prædicasset: ipse reprobus efficeretur. Hæc ergo &
N multa alia his similia: in eo de ventre matris præuidēs Iesus: pro his segregauit eū in euangelio.
Si enī (vt hæretici putāt) vel sortis incerto: vel naturæ melioris prærogatiua fuisset electus: nun-
q; vtiq; timuisset: ne si minus corporis sui frena tenuisset: euenire posse vt reprobus fieret. Vel
ve sibi futur̄ si euangeliçare cessasset. Denicq; & ipse in consequētibus latius differens dixit: qa
quos præsciuit: & prædestinauit conformes fieri imaginis filij sui. Euidēter ostendens q; eos q̄s
præsciuit deus tales futuros: vt Christo se in passionibus conformarent: ipsos etiā conformes &
similes imaginis eius prædestinauit & gloriæ. Præcedit ergo & præscientia dei: per quam no-
scunt' qui ī se labores & virtutes habituri sunt: & ita prædestinatio sequit'. Nec tamē rursus præ
destinatōis cā putabit' præscietia. Qd' enī apud hoīes cuiusq; meritū pensat' ex præteritis gestis
hoc apud deū iudicat' ex futuris. Et valde īpius ē qui ī hoc nō credit deo: vt qd' nos ī p̄teritis vi-
demus: hoc ille videat ī futuris: ponētes lucē tenebras & tenebras lucē: dulce amar̄ & amar̄ dul
ce: & in his seducūt corda innocentiū. Et ideo diligēter oportet intendere quo prospectu doceat
ille qui docet: vtrū gratiā & honorē ab auditoribus quærēs: an mercedē a domino pro instructi-
one & profectu discentiū sperans. Subtiliter sane Paulus indiscretā & facilē Romanor̄ obedi-
tiā notat: eamq; asserit vbiq; non laudatā sed promulgatā. Sed ne eos rursū: si ꝑ hoc aptius casti-
garet: inobedientes efficeret: addidit. In vobis aūt gaudeo. Sed dices: Quomō vulgarē eis notat
obedientiam: cū dicat se gaudere in eis? Primo quidē aliud est notare vitiū: aliud homies. Potest
enī fieri vt gaudeat in his: in quibus multa bona alia deprehenderat. Vitiū autem quod ei displi-
cuerat notat: ne putetur ei etiam ipsum cū cæteris placuisse. Potest autē & pro eo dixisse aposto-

lus gaũdere ſe in eis: ꝙ qui inobediens eſt: neꝙ ad malũ neꝙ ad bonum trahi poteſt. Qui vero obediens eſt: ſi quidẽ ad inutilia trahaꝫ: imperitia culpa ſit. Ignorat enĩ inutilia eẽ ea quibus obedientiã ſui ꝓbet. Cũ vero didicerit quæ ſunt vtilia: habẽs paratũ obedientiæ bonũ: cõtinuo ꝓ eã virtutis iter aſcendit. Gaudet ergo Paulus ſuper obediẽtes: certus ꝙ cũ docuerit eos: nõ vulgari obediẽtia: quã incaute oĩbus ꝓbent: vti eos debere: ſed illa ſola qua obedire oportet deo magis q̃ hoĩbus: vt alĩs eiectis oĩbus ipſa laudeꝫ. Nã reuera nõ paruæ diſcretiõis ẽ: ſed ꝓbabilis & exercitatiſſimi iudicĩ: ſcire cui verbo: cui ve operi obediendũ ſit: & cui renitendũ. Deniq; & ipe
Mat. 7 dñs in euãgelio dicit: Attẽdite vobis ab his qui veniũt ad vos ĩ veſtimentis ouiũ: intus autẽ ſunt lupi rapaces. Et ideo vigilans ſenſus & intenta mẽs requiriꝫ: quæ ꝓbare nouerit: vel ouis in propatulo ſimplicitatẽ: vel lupi latentẽ rapacitatẽ. Vnde vide q̃ ꝓximi periculis fiant hi q ſe exerceri O
ĩ diuinis litteris negligunt. Ex quibus ſolis huiuſmodi examinatõis agnoſcẽda diſcretio eſt. Cõtinuo ergo in breui ꝓpoſitæ diſtinctõrs oſtendit & dicit: Quoniã quidẽ facilis & indiſcreta ẽ veſtra obedientia: accipite quid ſeruare: quid cauere debeatis Volo inquit vos ſapiẽtes eſſe ĩ bono
1. Co. 14 & ſimplices ĩ malo. Simile ẽ hoc illi dicto quod ad Corinthios ſcribit dicẽs: Malitia paruuli eſtote: vt ſenſibus perfecti ſitis. Sed & illud quod dñs ait: Quia filĩ ſæculi huius prudẽtiores ſunt q̃
Luc. 16. filĩ lucis in generatõe ſua. Huic cõuenit dicto: Filĩ enĩ ſæculi huius prudẽtiores ſunt in malitia: pro eo ꝙ ſemper aliquid profundius inueniant in ea: vnde plus noceant & vehementius lædãt. In bono aũt ſtulti ſunt. Vix enĩ inueniũt quid faciunt boni. Ecõtrario vero Paulus nos vult ſapientes eſſe ĩ bono. Hoc ẽ ſemp aliquid plus inuenire: plus exquirere & profũdius cogitare: quod faciamus boni: ita vt etiã nõ præpediamur per alicuius malitiã ab opere bono. Sed nos ſapiẽtes ſimus: & cogitemus vt ſermonẽ bonũ proferamus. Q; ſi nec hoc licet: votũ ſaltẽ bonũ & animũ demonſtremus. Sic ergo ſapiẽtes eſſe debemus ĩ bono: ſimplices vero ĩ malo. Vt ſi pulſemur malitia: pulſemur inuidia: nõ ſimus callidi vel verſuti artes & argumẽta quærẽtes: quibus reddere malũ pro malo: & nequitiã ꝓ nequitia debeamus. Sed in tali loco memĩſſe debemus illius ſentẽ
1. Coꝛ. 3. tiæ quæ dicit: Si quis vult ſapiens eſſe apud deũ: ſtultus fiat ĩ hoc mũdo. Simus ergo ſtulti accipientes iniuriã & nõ reddentes: vt ſapientes ſimus apud deũ qui dixit: Da mihi vindictam & ego
Hieꝛ. 4. retribuam. Nam de impĩjs & Hieremias dicit: Sapientes ſunt ad male faciendũ: bene autẽ facere
Mat. 10 neſciunt. Ad hoc reſpicit & illud ꝙ dominus nos ſimplices dixit eſſe libere ſicut colũbas: & prudentes ſicut ſerpentes. Q; ſi aliquis nobis ex infidelibus occurrat argute & dicat: Quomodo poteſt idẽ & ſapiẽs eſſe & ſtultus? dicemus ad eũ: Reſpice ad artes iſtas: quæ ĩ vſu hoĩm habentur: quõ illi qui (verbi gratia) ĩ litteris ſapientiſſimus eſt grãmaticus: in arte fabrili inſipiẽtiſſimus inueniꝫ. Vel rurſum ſapientiſſimus gubernator: quõ in arte medicinæ inuenitur inſipiens. Sic ergo poſſibile eſt in his quæ ad deũ attinent ſapientẽ eſſe. Contra vero ĩ his quæ ad ſæculum pertinẽt eſſe inſipientẽ. Sciendũ ſane eſt: ꝙ vbi ait: huiuſmodi enĩ Xp̃o dño non ſeruire: ſed ꝙ diſcrepantes a ſeruitutis eius regula: rebus ipſi oſtendãt ſe Xp̃o domio nõ ſeruire. Nõ enĩ videꝫ ſimul quis & Xp̃o ſeruire poſſe: & ventri: ac voluptatis pariter amator eſſe & dei. Nec deo quis ſimul ſeruire põt & mãmonæ. Deus aũt pacis cõteret ſathanã ſub pedibus veſtris velociter. Quæriꝫ ĩ
Luc. 10 hoc loco: quẽ dixerit ſathanã ſub pedes eorũ: quibus ſcribit a deo velociter cõterendũ. Si enĩ ad vnam referaꝫ perſonam: illã ſcilicet de qua dicit in euangelio Ecce video ſathanã ſicut fulgur de cœlo cadentẽ. Quicq; ſathanas humani generis indicaꝫ aduerſarius. Videbitur vticq; ſi vere dicit Paulus q dicit: ꝙ ſub pedes eoꝝ quibus tũc ſcribebat: velociter cõteraꝫ: vltra iã nõ eſſe ſathanas qui agones & certamina & perſecutões credentibus aduerſaꝫ. Sathanas enĩ in noſtra lingua aduerſarius interp̃taꝫ. Quicqd enĩ aiæ ad deũ tendenti reſiſtit: & aduerſaꝫ: & quicquid paci eius cõ P
trariũ eſt: hoc ſathanas eſſe nominaꝫ. Ideo denicq; præmiſit dicens: Deus autẽ pacis: hoc eſt deus
3. Reꝛ. 11. cui pax placet: conteret eũ: qui contrarius eſt paci: q̃ diſſenſiones operaꝫ. Sic denicq; & ĩ Regno rũ libris legimus: Quia ſuſcitauit deus Salomoni ſathanã aduerſum eum: hoc eſt Salomoni qui erat pacificus: ſuſcitauit ſathanam qui eſt contrarius paci. Sed ſicut his quoq; docet apoſtolus: ſi agant & tales ſe exhibeant: quales eius ſermo deſcripſit: pro emendatione vitæ promittit ſub pedibus eorũ a deo pacis ſathanam velociter conterendũ. Ita nihilominus deus pacis illi qui pacem eius nõ in corde puro: conſcientia mũda ſeruauerit: ſuſcitat ſathanã: hoc eſt aduerſarium: vt qui bonum pacis neglexerit: impugnationẽ amaritudinis perferat. Ita ꝙ demũ pacis quam temerauit dulcedinem: in oppugnatione poſitus recordetur. Ex vtroq; igiꝫ ædificemur ſcripturæ diuinæ loco: ꝙ ſuſcitare deus ſathanã dicit negligentibus: vel conterere & ſubdere ſtudioſis: vt illos ad agones concitet. Iſtis de proſtrato aduerſario palmã victoriæ tribuat: & virtutis præmia largiaꝫ. Poſſumus & ſup ſingulos quoſq; agones (ſi legitime certemus) videre quia deus conteret

ſub pedes noſtros ſathanã velociter. Verbi cauſa: Si quis agonẽ ſuſceperit caſtitatis: ſi vſq; ad fi
nẽ īmaculata cõſcientia perdurarit: dici põt de eo Q uia cõtriuit deus ſathanã ſub pedíbus eius:
id ẽ. ſpm̃ qui erat cõtrarius caſtitati. Siſr & qui agonẽ fidei ſuſcipit: ſi ſtãs ante reges & præſides
cũ fiducia cõfiteaſ dñm Ieſũ Xp̃m: & vſq; in finẽ ī cõfeſſione permaneat: deus contriuit ſathanã
ſub pedíbus eius: cũ per fidẽ cõſtantẽ infidelitatis ſpm̃ vicit. Sed & qui cõcordiã pſeuerãter co
lit: diſſenſionis dæmonẽ ſub pedíbus cõterit. Qui mãſuetudinẽ ſeruat: iracũdiæ ſathanã patien
tiæ veſtigijs calcat. Hoc ẽ nimiꝝ quod dñs ī euãgelio dicit: Ecce dedi vobis ptãtẽ calcãdi ſup ſer Lut. 10
pẽtes & ſcorpiões: & ſup oẽm virtutẽ inimici. Gloria dñi nr̃i Ieſu xp̃i vobiſcũ. Gl̃a dei & gr̃a
dñi nr̃i Ieſu xp̃i vna atq; eadẽ gr̃a accipiẽda eſt. Sicut enī pr̃ quos vult viuificat: & ſicut pr̃ ī ſe ha
bet vitã: & filio dedit ī ſemetipſo hr̃e vitã: Ita & gratiã quã dat pater: hãc & filius dat. Sciendũ ſa
ne ẽ: q̃ om̃e quod habẽt hoíes a deo gr̃a ẽ. Nihil enī ex debito habẽt. Q uis enī prior dedit ei: &
retribuet illi? Gr̃æ ergo ẽ quicquid habet ille qui nõ fuit: & ẽ accipiẽs ab eo qui ſemp fuit: & eſt:
& erit ī eternũ. Salutat vos Timotheus adiutor meus: & Lucius & Iaſon: & Solipater cognati
mei. Videt mihi de iſtis quos ſequeſtrauit ab om̃i catalogo ſalutãtiũ plus aliquid ſenſiſſe. Deni
q; & Timotheũ adiutorẽ dicit: & oẽs ſimul cognatos ſuos. Et quidẽ de Timotheo pleniſſime re
fert in actibus apoſtolorꝝ: q̃ fuerit Derbẽſis ciuis: filius mulieris viduæ fidelis ex p̃re gentili. De
quo & ipſe Paulus dicit: quia ꝓpterea rogauerat eũ permanere Epheſi: vt denũciet quibuſdã: ne
aliter doceãt: neq; attendãt tabulis & genealogijs infinitis. Sed & Luciũ quidã perhibẽt ipſũ eſſe
Lucã: qui euangeliũ ſcripſit. Pro eo q̃ ſoleãt noīa interdũ ſcd̃m ꝓpatriã declinationẽ: interdũ etiã Act. 21.
Q ſcd̃m græcã romanãq; ꝓferri. Iaſon vero ille eſt de quo in actibus apoſtolor̃: ſcribitur: q̃ Theſ
ſalonicam pro Paulo ſeditionẽ cõmouentibus turbis: ſemetipſum dederit: vt apoſtolo dicẽdi fa
ceret libertatem. Solipater quoq; qui his iungitur: ſuſpicor q̃ ipſe ſit qui in Actibus apoſtolorũ
ſcribitur Solipater Pyrrhiberonẽſis. Sed qui Pauli l̃ras curioſius tanq̃ Xp̃o in eo loquẽte deſide
rat: mouebit ſine dubio: quomõ Paulus qui ſe Tharſo Ciliciæ dicit natũ profeſſũ Hebræum ex
hebræis: nũc vel Timothei Derbenſis ciuis ex patre gentili cognatus vel conſanguineus eſſe di
cat. Vel Iaſonis Teſſalonicẽſis vel Solipatri Pyrrhiberonẽſis. Q2 ſi pro eo aliquid eſſe dicet: qa
etiam qualibet ex parte ex circumciſione veniebant. Non ergo oportuit de his ſpecialiter dicere
ſed de omnibus qui ex iudeis erãt: q̃ eſſent cognati Paulo. Nũc vero cũ cæteris nequaq̃ hoc no
men indat: his vero & alijs nõnullis aſcribat. Certũ eſt eũ aliã quãdã cognationẽ noīare: quæ iſti
Solipatro cũ Timotheo & Luca: alijſq; paucis horꝝ ſimilibus cõmunibus habeat: quã cognatio
nẽ vel cõſanguinitatẽ eius ex illo ſine dubio ſociat ſibi. Gratias ago deo: q̃m neminẽ vr̃m bapti
zaui niſi Criſpũ & Caiũ. Videt ergo indicare de eo: q̃ vir fuerit hoſpitalis: quoniam non ſolum
Paulũ ac ſingulos quoſq; aduentãtes Corinthũ hoſpitio reciperet: ſed & eccleſiæ vniuerſæ ī do
mo ſua cõuenticulũ ipſe præbuerit. Fertur ſane traditione maiorꝝ: q̃ hic Caius epc̃s fuerit Theſ
ſalonicenſis eccleſiæ. Salutat vos Eraſtus Arcarius ciuitatis: & Marcus frater. Ip̃m puto eẽ Era
ſtũ: quẽ dixit quia remãſit Corintho. Q uiq; euidẽter deſignato ciuitatis officio oſtẽdit. Sed nõ
pũto q̃ ex hoc officio magnope Paulus mentionẽ ſui ī epiſtola ſua fecerit: niſi forte ī eo aliquid
amplius ſenſerit. Et arcariũ eũ: id eſt diſpenſatorẽ illius ciuitatis dixerit: cuius eſt artifex & cõdi
tor deus. Et ideo hoc nomen eius ciuitatis poſuerit: ſed tm̃modo eũ Arcariũ nominauerit. Vtrũ
ergo tali modo aliquo: an vero ſimpliciter magis videndũ ſit: & nihil ꝓliuius in Pauli l̃ris requi
rendũ: cõſiderato qui legis. Ei autẽ qui potens eſt vos confirmare ſcd̃m euangeliũ meũ: & præ
dicationẽ Ieſu chriſti: & Iſrael q̃ eſt vſq; in ſæcula ſæculorũ Amẽ. Caput hoc Martion a quo ſcri
pturæ euangelicæ interpollatæ ſunt: de hac epiſtola penitus abſtulit. Et nõ ſolũ hoc: ſed & ab eo
loco vbi ſcriptũ eſt: Omne aũt quod nõ eſt ex fide pc̃tm̃ ẽ: vſq; ad finẽ cũcta diſſecuit. In alijs ve
ro exemplaribus, i, quæ nõ ſunt a Martione temerata: hoc ip̃m caput diuerſe poſitũ inuenimus.
R In nõnullis etenī codicibus poſt eũ locũ quẽ ſupra diximus: hoc eſt: Om̃e quod nõ ẽ ex fide pec
catũ ẽ: ſtatim cohærẽs habet: Ei aũt qui potẽs ẽ vos cõfirmare. Alij vero codices ī fine, i. vt nunc
poſitũ eſt: cõtinent. Sed nũc veniamus ad capituli huius explanationẽ. Duas mihi cauſas Paulus
videt oſtẽdere: quibus roborant hi qui ex fide euãgelij cõfirmant. Vnã q̃ eius prædicatio Pauli
quæ ẽ & Xp̃i prædicatio inoteſcit. Et alia qua reuelat ei ſacramentũ: quod oīm ſæculorꝝ tpibus
ī ſilentio habitũ eſt. Nũc vero: hoc eſt ī aduentu Xp̃i & præſentia corpali manifeſtum eſt & aper
tũ: & quantũ ſpectat nõ ſine idoneis teſtibus: ſed ſcripturis ꝓphetícis aſtipulantibus declaratum
Ita enī præceptũ extitit æterni dei: vt per prædicationẽ quandã euãgelij gẽtes ad obedientiam fi
dei vocarent. Ex reuelatõe vero ſacr̃i agnito dei ſapia: gloriæ claritas ſoli ſapiẽti deo reddetur ī
ſæcula ſæculorꝝ. Sed iterꝝ recurramus & cõſideremus quõ dictũ ẽ: Ei qui potẽs eſt vos cõfirma-

re scd'm euangeliũ meũ & prædicationẽ Iesu Xp̃i: scd'm reuelationẽ sacramẽti tpibus sæculoꝝ silentio habiti: nõ mihi videt̃ q̃ ad oẽs ptineat ista: vtriusq; generis cõfirmatio: sed ad oẽs quidẽ pertinet credẽtes dũtaxat euãgelio Pauli & prædicatõi Xp̃i. Reuelatio vero sacri tpibus sæculorũ i silẽtio habiti: nõ ad plures sed ad paucos & electos: qui capaces esse p̃nt sapiæ & scíæ dei: de
Mat. 20 quibus dicit̃: Multi vocati: pauci electi. Sed & de eo quod ait: Sacri i silẽtio habiti Requirẽdũ ẽ: vtq; dicat id ita i silentio habitũ: vt oĩno nullus agnouerit: ne ipsi quidẽ qui annũciabãt pphetæ An aliq̃ altior silẽtij intelligenda est rõ. Mihi quidẽ valde absurdũ videt̃: vt dicamus prophetas
Pro. 16. ita scripsisse de sacramẽtis diuĩs: vt nõ intellexerit ea ipsa quæ dicebãt: cũ scriptura dicat: Sapiẽs intelligit quæ de ore pprio pcedunt: & in labijs ponit intellectũ. Si ergo pphetæ nõ intellexerunt quæ de ore proprio proferebãt: nõ erãt sapiẽtes. Verũ si stultũ ẽ prophetas cõfiteri: & negare eos sapientes fuisse: restat vt sapientes fuerit: & intellexerint quæ ex ore pprio pferebãt: & habuerit intellectũ i labijs suis. Quæ ergo silentij rõ? Videamus ne illa sit: quã & ipse partim sibi traditam
2. Cor. 12 per sacramentoꝝ dispensationẽ pdocuit: vbi dicit abductũ se esse in tertiũ cœlũ: & inde in paradisum: & audisse nõ edicenda verba: quæ nõ licet homi loqui. In quo vtiq; ostendit: nõ q̃ ipe ignoret quid audierit: sed q̃ pferre nõ liceat: & alijs hoĩbus pãdere: quæ sibi sũt ĩdicata. Ita ergo potest i hoc loco dictũ videri Sacrm tpibus sæculoꝝ i silentio habitũ: Q d' vt scirent quidã pphetæ ex scripturis qdẽ pphetícis manifestat̃. Sed hoĩbus, i. vulgo: nõ manifestauerũt nec patefecerũt sed silentio texerũt scd'm dñi præceptũ: vsq; quo tps adesset vt verbũ caro fieret & habitaret ĩ nobis: & manifestaret̃ omnibus gentibus. Q; vero ait: Soli sapienti deo. Sapientẽ deum nõ ita accipias: quasi quem sapientia fecerit sapientẽ: vt inter homines habetur. Sapiens enĩ inter homines dicitur vnusquisq; ex participatione sapientiæ. Deus vero non est qualis: id est, qui ex sapiẽtia sapiens factus sit: sed quia ipse auctor sit & genitor sapientiæ: sapiens appellatur. Nõ enĩ (vt diximus) ex sapientia sapiens est̃ deus: sed ex sapiente sapiẽtia procedit. Merito ergo ipsi soli sapienti deo. Solus est enĩ ita sapiens deus: vt sapientiã ipse magis genuerit: q̃ sapientia ipse factus sit sapiens. Et recte ei claritas per Iesum christũ refertur. Q ui ita sapientẽ esse ostendit solum deum: vt ipse sapientiã genuerit. Christus Iesus quem dei virtus & dei sapiẽtia declarauit. In sæcula vero sæculoꝝ q̃ ait Moyses scripturæ diuinæ immensitatẽ per hoc temporꝝ designare Amen autẽ ad cõfirmationem oĩm quæ superius scripta sunt in fine posuit: per quod vernaculo hebræorũ sermone: vera & fidelia esse quæ sũt dicta designaret. Hactenus nobis ĩ epistola ad Romanos (prout potuimus) dictantibus plurimo: & labore & tpe desudatũ sit fateor Heraclí fr̃ amantissime: q̃ dũ tuis desideríjs satisfacere cupio: oblitus sũ pene mãdati quo præcipit̃: Onus supra vires tuas ne leuaueris. Q uis nobis nec ĩ cæteris quæ te insistente: ĩmo potius pensũ diuini opis exigente: ĩ latinũ vertimus: defuerit plurimũ laboris: dũ supplere cupimus ea: quæ ab Origene ĩ adiutorio ecclesiæ ex tpe. nõ tã explanatõis: q̃ ædificatõis intẽtione operata sunt: sicut ĩ homelijs vel oratiunculis in Genesim: in Exodũ fecimus: & præcipue ĩ his quæ in librũ Leuitici ab illo quidẽ porãdi stilo dictata. A nobis vero explanandi specie translata sunt. Q uẽ laborẽ ad implendũ quæ deerant iccirco suscepimus: ne pulsatæ quæstiones & relictæ: quod homeliatico dicẽdi genere ab illo sæpe fieri solet: latino lectori fastidiũ generarẽt. Nã illa quæ ĩ Iesunaue: & in Iudicũ: & ĩ. xxxvij. & in. xxxviij. psalmũ scripsimus: simpliciter expressimus vt ĩuenimus. Q uis ergo & in cæteris quæ supra diximus laboratũ sit nobis ĩ supplẽdis his quæ omiserat: ĩ hoc tamen opere epistolæ ad Romanos pro his causis quas in præfatõe comp̃hẽdimus: ĩmensus nobis & inextricabilis labor incubuit: Sed delectauit ĩdulsisse laboribus: si mõ nõ vt ĩ alijs experti sumus: maliuolæ mentes vigilijs nostris contumelijs reddãt. Et nostra studia obtrectationibus: & labores remunerent̃ insidijs: nouũ quidem apud eos culpæ genus subimus. Aiũt enĩ mihi in his quæ scribis: qm̃ plura in eis tui operis habent̃. Da titulum auctoris inquiunt sæculares. Nõ enĩ illius qui ex græco trãslatus est: sed illius qui trãstulit: nomen titulus habet. Hoc autẽ totũ mihi donãt: nõ amore mei: sed odio auctoris. Verũ ego qui plus cõscíẽtiæ meæ q̃ noĩ defero: etiã si aliqua addere videor: & explere quæ desunt: aut breuiare que longa sunt: furari tamẽ titulũ eius qui fundamẽta opis iecit: & cõstruẽdi ædificij materiã præbuit: rectũ nõ puto. Sit sane ĩ arbitrio legentis vt opus pbauerit: opis meritũ cui velit ascribere. Nobis enĩ ppositũ ẽ: nõ plausũ legentiũ. sed fructũ pficientiũ quærere. Pro hoc sane vocat nos opus: quod olim qdẽ iniunctũ est. Sed nũc a beato Gaudẽtio epo vehemẽtius purget̃. Clæmẽtis scilicet Romani epi apostolorum comitis: & successoꝝ dare cognitionẽ libri vt ĩ latinũ verteret̃. In quo opere bene noui: q̃ laborem labor multiplicat: si fortẽ suscipiat. Satisfaciã sane ĩ eo amicis meis: dabo titulo nomen meum: auctoris nihilominus vocabulo permanente. Nã Hieronymi ne putamus: Clæmens scribet̃. Q; si

hoc mihi dñs implere pmiserit: redibimus ad illos: & ad tua desideria: vt ī Numerorꝫ & ī Deuteronomij libris aliq̄ deo permittente dicamus. Hoc enī solū de nobis: de Pentateuco: vel de reliqs apli Pauli epistolis: que possumus: dño dirigente dictabimus.

Beati Hieronymi ad Pāmachiū & Oceanū exhortatoria.

EPISTOLA LXXXIII.

Vi æthiopē inuitat ad balnea: & si nigredinē non auferat illi: certe vel pecuniā accipiet sibi. Et licet ī illius cādore nō gaudeat: certe vel suo ī lucro lætat. Ita sine dubio inobedientē qui diuīs sermonibus monet: q̄is refragrātis pctā nō tollat: mercedē tamē de misterio veræ charitatis sibi acquirit. Sed ideo hoc dico: quia vos sperno? Ideo loq̄r: quia vos forte nō diligo? Rñdeo apli voce: Testis ē deus: q̄ facio & faciā: nō cōtemno: sed doleo insidelitatis ī meis argumēta apparere: nō fidei. Q uia iudaica ī vobis testimonia: nō xp̄iana cognosco. Q m̄ vidētes nō videtis: & audientes nō vultis audire. Rē fortē dicturus sum. Ex vtroq̄ conturbor. Timeo auditores offendere: sed plus timeo cōtemptores præceptorꝫ: qui verbū dei audire dissimulāt: peiores idolis habent. Illa quidē aures habēt: sed nō voluntatē. Nō audiūt: nō palpāt manibus: nec repunt. Vnde in malorꝫ hoim compatione meliora sunt: quia nec concupiscūt oculis: nec per cōtraria & deo inimica discurrūt. Et naturaliter surda: recte meliora inobedientibus iudicant. Dicat q̄pheta: si mentior. Loquat Dauid: qui huiusmodi homīes compandos esse serpentibus nō negauit: Sicut aspidis ait surdæ: obturātis aures suas: ne vocem audiat incantantis. Et videant si nō recte serpentibus cōparant: qui quod audiūt naturæ beneficio: dissimulāt calliditatis astutia. An xp̄iani dici p̄nt: qui etiā nomen primæ humanitatis amittunt? Ecce Hieremias dicit: Incircumcisæ aures eorū: qui hoc nō possunt audire. Nō quia nō possunt: sed impossibilitatē voluntas naturæ inimica superduxit: dū longo vitiositatis vsu genuini mores q̄ aduersam cōsuetudinē corrupti malis opibus cecidērūt. Etiā vasa limo plena: liquorē puri elementi recipe & cōtinere nō possunt. Ager spinosus nisi ante cultoris labore fuerit extirpatus: nō nutrit ī se iacta semina: sed suffocat. Ita & animus sæculariū sollicitudinū plenus illecebris: verbū nō potest sustinere diuinū: nisi prius ipsas mundi sollicitudines culparūq̄ omniū materias in se falce succiderit. Modo quibusdam minus forsitan videor (deo dissimulante) peccare: sed aderit illa dies: qua facta nostra quasi in quadam tabula depicta monstranda sunt. O quantis in die illa expedisset: si in hac vita & membrorū sensu: & viscerum vigore caruissent? Et quāti illic elingues & muti fœliciores loq̄cibus tunc erunt. Et quāti pastores philosophis. Q uāti rustici oratoribus. Quāti hebetes argutijs præferēdi sunt Ciceronis? Iob sanctus in tentatione ad suā gloriā deuotus: sic ī dolore suo clamabat: Q uid q̄dest ī tormento lux? Vt quid mihi iūcta sunt genua? vt quid vberas suxi? Cur nō ī vētre mortuus sum? & mox vt de vtero exiui nō protinus obij? Sed hoc dei amicus dicebat in luce. Quid ab inimicis eius dicet in tenebris? Si ille ingemiscit quē febris vrebat: quid faciet quē gehenna consumet? Si ille sibi dolet genua fuisse coniuncta: cuius pedes sp̄ in dei amore cucurrerunt: quid dicturus est cuius nunq̄ ī veritate steterūt? Displicet illi q̄ natus exvtero vixerat qui bene vixit: quia eū vermis moriturus edebat: quid male viuentes faciēt: quos ignis æternus: & vermis nunq̄ moriturus expectat? Durus est hic sermo: durus hic sermo est: quis potest audire eū? Hoc dixerunt illi discipuli: qui Xp̄i vestigia ī euangelio reliquerunt Et de diuino verbo scandalū passi: sæculū maluerunt amare q̄ deū: quorꝫ venter deus: cultū nolunt audire ieiunij. Luxurioso verbū castitatis offensio est: sicut propheta dicit: Abominatio est viro iniquo directa via. Iā antiquitus dictū est ab Esaia: q̄ Xp̄s infidelibus lapis offensionis extiterit. Adulari nō possum: ne & fratrē decipiā: & me sermo percutiat saluatoris: qui ait: Verba adulatorꝫ mollia sunt: hæc aūt feriunt interiora ventris. Nō est fidelis medicus: qui ante digestam putredinem superducit vulneri cicatricē. Nō possumus semp̄ lac dare: quia nec vos semper paruuli esse debetis. Dicite mihi quot anni sunt: ex quo regenerati sumus ī Christo? Cōsideret vnusq̄sq̄ quantū ex eo tpe in illa cœlesti ætate p̄fecerit. Nescio qualiter placeāt parentibus illi infantes: q̄bus sunt anni quinq̄ vel decē: si in ea qua nati sunt modicitate perdurāt: Quid de nobis dicendū ē: quos tpis ratio: nō modicos sed abortiuos inuenit? Ibunt de virtute ī virtutē: de bonis scriptū est xp̄ianis. Videamus si xp̄iani sumus: quid ī nobis (ex quo regenerati sumus ī Christo) virtutis accesserit. Quid humilitatis in prosperis: quid patientiæ in aduersis: quid ī tribulatione gaudij: quid fœlicitatis in damnis: quid indulgentiæ in offensis: quid castitatis in occasione luxuriæ. Alij de virtute quotidie transeunt ad virtutem: nos de infirmitate ad infirmitatē. Alij meliores p̄ momēta fiunt: nos deteriores sæpe efficimur: quasi non eundē iudicē expectemus. Stulti sumus si vnū probauimus credentiū saluatorē: & nō vnū iudicē fore credamus. Vnā fidem: vnum baptisma:

vnam eccleſiã: vnum deum dicit apoſtolus. Quid ergo hodie malus: craſtina peior? Hodie aua
rus: craſtina auarior. Ante annũ meæ cupiditati vna villa ſuffecerat: iam de hoc anno quinta for
te non ſufficit. Prius extendebatur animus vt decem ſolidos poſſiderẽ: iam nũc centũ parui eſſe
cœperũt. Et cũ veri chriſtiani: veri filij dei: q̃ui vadunt de virtute in virtutẽ: ſi perdiderint aliqd
de virtutis occaſione lætant: ego niſi aliena accepero: ſecurus prãdere non poſſum. Quid agis
cæca cupiditas? Quid crudelis in paruulo? Quid ſæua in alieno filio? Ordinem naturæ: an reli
gionis euertis? Iã feciſti in pedibus quod in capite eſſe debuerat? Auro inſenſibile per te ratioui
bus dominat. Et quid eſt illud rogo: vel quale eſt quod nos auertit a deo? Quis ſplẽdor & quan
tus eſt: per quẽ mihi ſplendor veri ſolis amittit? Auro & argentũ lutũ exquiſitũ ex arena: ex me
Eccĩ.31. ta. Et (vt ꝓpheta ait) lignũ offenſionis eſt aurũ. Qui iudicio mẽtis euerſo: per aurũ libidini mãci
pat: qui eodẽ aſtu acquirit ſolidũ quo aiam perdat: lucrat imperatoris imaginẽ: & amittit imagi
nẽ Xpi. Vis noſſe q̃ pernitioſus ſit amor habẽdi: & amor requirendæ pecuniæ: per hunc Iudas
tradidit ſaluatorẽ. Et certe quãdo audit: aut qñ legit tantũ ſcelus: abhorremus oẽs. Et quantũ in
verbo ẽ impiũ diſcipulũ cõdemnamus: & per ignorantiã noſtram noſtro mucrone cõfodimur.
Quãti inter nos Iude aiam damnãt? Quãti ĩ ſemetipſis cũ ꝓ cupiditatẽ ſuas aias æternis crucia
tibus tradũt: & traditores ſiũt pariter & occiſi? An putamus frẽs q̃ iocãdo prædicẽt ꝓphetæ? ri
dẽdo loquant apoſtoli? Inutiliter Xps iudiciũ cõminet? Sed ioci nõ ſunt vbi ſupplicia interce
dũt: ſi iocãdo paſſi ſunt: credant iocãdo locuti. Eſaias ſerra ſecat. Daniel leonibus deputat. Pau
lus truncat gladio. Petrus in cruce dñi exemplo ſuſpendit. Et hoc totũ vt notos a peccatis ſua do
ctrina reuocarent. Sed timeo ne inobedientibus ĩ cõtrariũ diuina bñficia deputent: & ꝓficiat ad
pœnã ĩ iudicio: quod hic datũ fuerat ad ſalutẽ. Timeo ne fides noſtra magis iocalis ſit: q̃ fides &
verba illorũ. Timeo ne nos iocãdo nõ ſaluemur: & quõ per riſum introimus ĩ eccleſiã: ſic rideat
ps.ii. ille de nobis: ſicut ſcriptũ eſt: Qui habitat in cœlis irridebit eos. Multa ſunt quæ dicant: ſed fa
ſtidio vro: quod aſpera & inculta facit oro: & labori meo finẽ ponit mẽbranæ cõcluſio. Vnũ di
co quod cupio: quia xpiani cœlũ debent amare: nõ terrã: & verbo dei plus obedire q̃ diabolo: &
iudiciũ æternũ magis timere q̃ ho im.

Obiurgatio in eũ qui ſe dicit pœnitentẽ: & confeſſa peccata reiterat: & in ſæculo conuerſatur
Vbi docet qui vere dicat pœnitens.

EPISTOLA LXXXIIII.

D te ſurgo hoiem quẽ ſcio eſſe fidelẽ. Ad te increpatio mea feſtinat quẽ ſentio eſſe ſu T
a perbũ. Pœnitere te aſſeris: qui totus ĩ ſæculo cõuerſaris. Pœnitere te aſſeris: q̃ ea quæ
vomeras iterũ ſumis. Scire a te deſidero qd pœniteas Neſcio q̃d ſit tua pœnitẽtia. Pœ
nitere te aſſeris: q̃ dũ iuſticia dei præcĩctus es: ſupinduiſti ſupbiã. Pœnitere te aſſeris:
qui dũ alienã carnẽ ſeq̃ris ſic fatigaris. Canis reuerſus ad vomitũ ſuũ. Sicut canis effamidus aut
ſus a calore effecta ĩ limũ terræ ꝓſtrata Quæ ſit tua pœnitẽtia nõ inueni. Ambꝛaui ĩ locũ pœnitẽ
tiæ: & nõ inueni pœnitentiã tuã. Tu qui ſæculũ deſtitueras: iterũ ibidẽ iueniris. Qui carnis ſup
biã depoſueras: ſũmittis humerũ vt iterũ portes. Qui auaricíæ dederas dorſum: denuo illi obuiã
reuerteris. Qui vanitati remediũ dederas: iterũ reuerteris ĩ gratiã eius. Qui põpã ſæcli fugatus
Sap.5. iterũ ĩ manus illius ĩcidiſti. Ambulas aũt ſupbus: & elatus ceruice neſcis ſcriptũ eẽ: Quid nobis
ꝓfuit ſupbia: & quid honeſtas cũ iactatõe nobis cõtulit: Iterũ dictũ fuiſſe: Trãſierũt oĩa illa tanq̃
Eſa.1. vmbra. Fidelẽ te memĩſti: qui per aquã baptiſmi fueras renouatus: ſicut ſcriptũ eſt: Lauamini &
mundi eſtote. Auferte nequitias ab animis veſtris. Illos ad lauandũ hortatur. Tu autẽ cum eſſes
Ioh.13. mundus: ſordidus factus es. Nõ potes iã denuo lauari: ſicut dicit Petrus ad dominũ: Domine nõ
ſolũ pedes: ſed & manus: laua me totum Qui ſemel lotus eſt: denuo nõ indiget lauari. Si vis au
tem vt iterum emunderis: da elemoſynã: & omnia tua mũda ſunt. Bona elemoſyna eſt quæ pur
gat omnẽ ſordẽ. Humilia te in omnibus: & corã deo iuenies gratiã. Subditus eſto: & obſecra eũ
ne æmuleris vt nequiter facias. Nã qui malignant: exterminant. Ora dñm quotidie cũ lachrymis:
Iac.4. ſi forte pcta tua ſoluant. Q̃m ſupbis deus reſiſtit: hũilibus aũt dat gratiã. Memẽto filium in lon
ginquo poſitum: luxurioſe viuendo ſubſtantiam in meretricibus diſpenſaſſe: poſtea humilis fa
Luc.15. ctus: reuerſus eſt & ait: Quanti mercenarij in domo patris mei abundant panibus: ego hic fa
me pereo? Surgam itaq̃: & vadam ad patrem meũ: & dicam illi: Pater peccaui in cœlũ & coram
te: iam nõ ſum dignus vocari filius tuus: fac me ſicut vnũ de mercennarijs tuis. Pater autẽ cũ vi
diſſet humilitatẽ filij: & nimis inopia defeſſum: miſericordia cõmotus ẽ ꝓ filio humili: occidit vi
tulũ ſaginatũ. Memento ergo fili quoniã Chriſtus pro te mortuus eſt: qui añ erat vitulus ſagina
tus. Filius aũt illius maior triſtatus ẽ. Quare occiſus eſt Chriſtus q̃ erat vitulus ſaginatus. Pater

debít. Gaudete fílíj mei prædílectíssímí cū odít vos mūdus. Desíderate sufferre cōtumelías & ob
probría ab hoíbus: quía beatí erítís cū maledíxerínt vobís homīes: & persecutí vos fuerínt: & dí
xerint oīne malū aduersū vos: mentientes ꝓpter fílíū homīs: gaudete tūc & exultate: qm̄ merces
vestra copíosa est ín cœlís. Vtínā ī vos ínsurgat totus íste mundus: Scítote q; de mundo nō estís
qm̄ sí de mundo essetís: mundus quod suū esset dílígeret. Omne gaudiū vr̄m exístímate: cū mul
ta habetis ín sæculo obprobría & aduersítates: scíētes q; fortitudo & patiētía ex ípsís oriunt̄. Pa
tientía aūt perfectū opus habet. Probant̄ aūt vírtutes ín hoíe per patientíā: tanq̄ aur̄ per ígnem
Luc.21. Quí cæteras habet vírtutes sine patiētía: aurū ī vasís fictílíbus portat. In sola (dicebat Saluator) O
patientia vestra possídebitís anímas vestras. Fortitudo cōnexa est patiētiæ Vir patiens fortis est
aīo. Quí patiens & fortís est: secure bona sequentís vitæ sperare pōt. Seruate patiētiā ín mente:
eāq; dū tempus est: exercete ín operatōe. Est enī patientía velū quo ín huíus mundí ꝓcellís nauís
nostra quocunq; flāte vento nauígat secure: nullū tímens perículum. Nullū vr̄m ad vindictā vel
odiū ꝓxímí cōtumelíosa verba cōmoueāt. Estote mísercordes sícut & pater vester mísercors
est: quí pluit super íustos & ínjustos: & solē suum facit orírí super bonū & malū. Iudicíū sine mí
sercordía íllí fiet: quí nō facit mísercordíā. Mísercordía superexaltat íudicíū. Sí nō remíseritis
de corde vestro íllís quí offendunt vos: nec pater vr̄ dímíttet vobís. Frustra petit mísercordíā: q
1.Cor.4 alíjs denegat mísercordíā. Sustínetís (ínquit apostolus) sí quís vos ī seruítutē redígít: sí quís ī fa
cíē vos cædít. Híc nostra stabílít̄ vírtus: híc tota merces & præmiū: vt amícos dílígamus ī deo &
ínímícos ꝓpter deū Seruus íllе nequā accepta mísercordía: cōseruo suo denegauit mísercordíā
& ídeo meruít habere seueritatē íustícíæ. Iustícía sine mísercordía crudelitas est. Et ídeo íustícíæ
mísercordía míscenda est. Lex nostra tota ī mísercordía ē. Propter peccatū poterat quosq; dā
Mat.5. nare deus íustícía: quos sua saluauít mísercordía. Qua propter quí mísercordía caret: xp̄ianus
nō ē. Impossíbíle fere ē hoíem mísercordē & píū írā nō placare díuínā. Beatí mísercordes: qm̄
ípsí mísercordíā cōsequent̄. Sacerdos & monachus præcípue sine mísercordía nauís ē ī medío
pelagí vndiq; pforata. Vana religio ē quæ caret mísercordía. Par̄ ꝓdest differentē eē vestímen
tís a sæcularibus: & cōcordē vita. Nō vestímētís & ordíne solū ē quís sacerdos & monachus sed
vita. Heu qd dícā? Sepe ex magna abūdantía trístíciæ hō multa loquit̄. Ecce mundus vndiq; fer
uet monachís & sacerdotíbus: & tn̄ íā sunt rarissímí sacerdotes & monachí: q; vix de centūvnus
reperíat̄. Nulla certe ín mundo tam crudelís bestia q̄ malus sacerdos & monachus. Nam corrígí
nō patít̄: nec veritatē vnq̄ audíre pōt. Et vt breuíter dícā: oēs præeminet malícia. Sunt hí tales sa
cerdotes & monachí solū habitu & noīe: quor̄ vana est religio. Religio munda & ímmaculata
apud deū patrē hæc est: Vísítare pupíllos & víduas ī tríbulatōe eorū: & ímmaculatū se custodí
re ab hoc sæculo. Heu quantū ín quibusdā spíritalíbus habítu & nomīe creuít cupídítas. Immo
(vt verius dícā) causa huíus spíritalítatís est auarícía: quí certe sunt lupí rapaces ī vestímētís oví
um. Vbí & sacerdos & monachus cupídus est: & sine mísercordía: ab eodē plus q̄ a serpēte fu
ge. Sunt etiā nōnulli quí totū suum fructū exístímant eccleśías & monastería: míro mō & opere
ex pauper̄ mercede ædíficare: ī quíbus tāta víget cupídítas: vt terrā sibí & oīa deficere putent
Ibí eor̄ mens: ibí semper sua est cogítatío: vt alíena possínt expolíare marsupía. Hos tales Salua
Luc.11. tor íncrepans: Ve vobís ínquít quí edíficatís monumenta ꝓphetarū. Ecce quí monastería ædífí
cant: eccleśías míro artífícío aptant: bonū vident̄ opus facere. Sed sí quídē mísercordíā pauperí p
2.Cor.6 deo charíus q̄ hō: Tēplū dei vos estís ínquít apostolus. Cū paupí manū tríbuís: cū víro ī suís ne
cessitatíbus subuenís: cū errātē ad vīā rectā reducís: O q̄ admírabíle & deo gratū tēplū ædífíca
sti. Frāge esurīētí panē tuū: & egenos vagosq; índuc ī domū tuā. Nemo se excusans dícat: Non
habeo quíd pauperí frī tríbuā. Sí vestímentū vel alíqd vltra extremā possídes necessítatē: & pau
perí índígētí nō subuenís: fur es & latro. Sumus dílectíssímí fílíj ī rebus tpalíbus solū dísp̄sato
res: & nō possessores. Sí quíd superfluū quo frater egeat possídemus: furamur: īmo peíus. Fura
tur alíquís ex ínopía & necessítate: íste tm̄ vltra necessítatē retínet: quo cētū víuerēt quí fame pere
unt. Ille vnī furtū facít: íste tot: quot nō cōdonat patiētíbus necessítatē Díces forte míser: meū est

nã hoc dimiſerũt mihi parẽtes. Quõ tibi potuerũt dimitteré quod ſuũ nõ erat? Aſt ſi ſuũ erat in quies: Vnde habuerunt? quis dedit ſibi? quid ĩ mundũ veniẽtes apportauerũt? quid recedẽtes ferẽt? Certe quæ pauperꝝ poſſidemus: in die iudicij corã oculis dei iuſticiæ vindictã exclamabunt Qui habet aures audiẽdi: audiat. Qui mihi nõ vult credere: heu q̃ grauiť ſentiet: cũ diuitiæ ſuæ trãſierint ĩ egeſtatẽ. Lex naturæ hoc præcipit: vt quod ab alijs deſideramus: hoc alijs faciamus. Quid aliud lex vetus prædicat? At euãgelicã doctrinã percũctare vndiq; qd aliud inſinuat? Vere corã deo iudice erũt teſtimonia. Quid ergo dicã his: qui ſolũ lapides cõgregant: & muros erigunt in altitudinẽ: quorũ eſt cor & cogitatio: vt humanis oculis opus appareat? Laudeť ædificium: & totã hic ſuã arbitranť iuſticiã? Sunt etiã aliqui qui de rapinis & pauperꝝ ſudore oblatiões & victimas deo offerunt. Tales oblatões ante diuinã clæmẽtiã nõ parꝝ ſunt abomiabiles. Quis tã inſipiens eſt: vt nõ intelligat q; talia ædificia nõ cedunt ad dei gloriã: ſed ad mundi põpã? Sed ſi quis diceret: Quid dicis? Nõ bonũ eſt ædificare monaſteria: vt inde honoreť deus? Ad quod ego: Bonũ ẽ: dummõ paupes violentiã nõ ſint paſſi: nec iterpellẽt deũ cõtra eos. Quõ poſſũ ædificare domũ deo placitã vel ſanctis eius ex illis pecunijs: de quibus paupes plorant? Qualis iuſticia põt eſſe munerare mortuos: & ſpoliare viuẽtes? & de indigẽtia pauperũ offerre deo? Certe ſi hæc placeret deo iuſticia: foret ſocius violentiæ. Et ſi hãc a nobis vellet oblationẽ: cõſcius fieret ĩ
Q pctõ. Aſt ſi deo diſplicet: nõ põt placere ſctis. Qua de re filij dilectiſſimi deponẽtes oẽm malicia: oẽm dolũ: & ſimulatões: & inuidias: & oẽs detractões: ſicut mõgeniti infantes: ratiõabiles: ſine dolo: lac cõcupiſcite: vt in eo creſcatis in ſalutẽ. Si tñ guſtatis: quoniã dulcis eſt dñs. Vere ſi nõ eritis ſicut paruuli: nõ intrabitis in regnũ cœlorum. Paruulus videns pulchrã mulierẽ nõ delectať. Præcioſam veſtẽ intuens nõ deſiderat. In iracundia nõ pſeuerat læſus. Nõ recordať: nec odit. Patrẽ ſequiť: matrẽ nõ deſerit. Et ideo nullus ſe regnũ cœlorꝝ cogitet attingere: niſi hãc paruuli innocentiã & ſimplicitatẽ imitari ſtudeat: id eſt, caſtitatẽ habere: mundũ ſpernere: fratrẽ diligere: patientiã ſeruare: patrẽ Xp̃m ſequi: & ĩ gremio mr̃is eccleſiæ ſemp incũbere. Et exuitevos dilectiſſimi veterẽ hoiem: & induite vos armatura dei: vt poſſitis ſtare aduerſus inſidias diaboli Diabolus nihil ĩ mundo poſſidet. Expoliati ergo mundanis rebus momẽtanes: & eito velut vmbra labentibus: cum nudo pugnetis. Qui oneratus veſtibus cũ nudo luctať: citius ad terrã deiť: quia vñ teneať habet. Vis firmiter cũ diabolo dimicare? veſtimenta, pijce ne ſuccumbas. Terrena oia ſunt quaſi quædã corporis indumẽta. Qui plus poſſidet: citius vinceť. Arma veſtra pugnaturis ſint caſtitas: patientia: humilitas: & charitas. Hæc ſunt arma aduerſus verſutias diaboli. Quibus ſi muniti fueritis: accingetis fortitudine lumbos veſtros: & roborabitis brachium veſtrum. Fortitudo & decor indumentũ veſtrũ erit: & cum eritis in prœlio: ridebitis. Nõ timebitis a frigoribus niuis: & vere fundata erit domus veſtra ſuper firmã petrã quæ Chriſtus eſt. Enſis diaboli luxuria. Heu quot illa interficit romphea. Nõ eſt aliquod peccatũ quo totiens diabolus victor exiſtat. Fuge luxuriã. Nã ſicut virginitas hoiem æquat angelis: imo plus: eũ facit q; angelũ ita luxuria hoiem plus q̃ beſtificat. Et (vt ita dicã) multo peius beſtiã efficit. De nullo aliopecca-
to legiť deũ dixiſſe ſe pœnitere feciſſe hoiem. Hæc huiuſmodi facit opa. Corpus debilitat: & quaſi ſemper eũ morte deſtruit. Famã denigrat. Marſupia euacuat. Furta inſtruit. Homicidia cauſat Memoriã hebetat. Cor aufert. Oculos vtriuſq; hoĩs cæcat: & præ cæteris irã dei prouocat. Ex radice gulæ oritur. Pro nullo alio reatu tam manifeſtã iuſticiam exercuit deus ſine miſericordia q; iſto. Propter hoc nãq; legiť peccatũ deũ mundo induxiſſe diluuiũ. Sodomã & Gomorrã cõbuſſiſſe: & multos alios homies interemiſſe. Hoc rhete diaboli. Si quis hoc capitur: nõ cito ſoluitur In iſto tam graui prœlio nemo poteſt vicere niſi fugiat. Nemo poteſt firmiter perdurare niſi carnem domet. Qui vino vtitur: ignẽ portat in gremio. Nolite (inquit apoſtolus) inebriari vino in
R quo eſt luxuria. Hoc prœliũ nõ ſuſtineť niſi i abſtinentia & ieiunio. Vinũ nocet: ſed vultus cẽtuplo magis mr̃ier. Mulier diaboli ſagitta ẽ: q̃ ĩ luxuriã hõ cito trahiť. Nullus ĩ hoc cõfidat viuẽs Si ſanctus es: nec tamen ſecurus es. Mulier viri præcioſam animã rapit. Nũquid abſcõdere põt hõ ignẽ i ſinu ſuo: vt veſtimẽta illius nõ ardeãt? aut ambulare ſuper prunas: vt nõ cõburanť plãtæ eius? Hõ & mulier: ignis & palea. Diabolus nunq̃ inſufflare ceſſat: vt accẽdanť. Huius prœlij nunq̃ fiet victor niſi fugiẽs. Nunq̃ a viro cũ muliere ſint lõga colloquia. Sola inſimul loqui facit neceſſitas. Vir mulieris cuncta ſpernat munuſcula: & blãda verba: ſi nõ vult luxuriæ capi laqueis. Tanta ſit inter virꝝ & mulierẽ raritas: vt alter alterius nomẽ neſciat Plurimi ſanctiſſimi iã ceciderunt hoc vitio, ppter ſuã ſecuritatã. Timeatis filij. Si in alijs peccatis timendũ ẽ: in iſto multo plus. Sed vere dicã. Hodie ſub ſpiritalitatis noie nouũ fit fornicationis genus a pluribus. Heu quid, pferã? hodie nõ verecundanť hoies: q̃nimmo glorianť cũ malefecerint. Aliqualis ĩ mulie-

ribus viget verecūdia: q̄q̄ parua. Sed ī viris ita hæc creuit malicia: vt ille puteꝰ insipiens: qui huiusmodi doctus nō ē. Quid plura? Hæc sua ē festiuitas: hæc oīs prædicatio. Ob hoc frequētant ecclesias: vt mulieres videāt: & eaꝝ vtantꝰ colloquijs: quatenus inde luxuriæ amplius crescat appetitus. Sed qd vir miser gloriaris ī malicia ista? Forte qa potēs es ī inquitate? Cētuplo peccas q̄ mulier. Mulier mollꝭ & tu fortē te existimas. Illa ī domo sedet: & tu vagando mille modis eā illaq̄as: & aliqñ eā cogis vt vi faciat. Hæc cū facis: quia deus tacet: tu cogitas q̄ sit tibi silꝭs. Sed veniet tps q̄ arguet te: & statuet cōtra faciē tuā. Vñ filij estote prudētes sicut serpētes: & simplices sicut colūbæ: & pugnate virilit̄ cū antiq̄ serpēte. Sint lūbi vrī præcincti: & lucernæ ardentes ī manibus vrīs: & tūc virilit̄ agite & cōfortet̄ cor vrm. Qm̄ illi q debellabant vos: timebūt: & ī deo facietis virtutē: & ipse ad nihilū deducet tribulātes vos. Prædilecti mei diligite vos inuicē. Nō enī accepi hoc ab hoīe: sed a saluatore. Hoc ē inquit præceptū meū: vt dilīgatis inuicē. In sola dilectione oīm virtutū bona cōsistūt. Sicut ex vna radice multi exeūt rami: sic charitate oēs generanꝰ virtutes. Si linguis hoīm (inquit apls) loq̄rer & angelorꝝ: si oēm habuero ꝓphetiā & nouero mysteria oīa & oēm scīam: si habuero oēm fidē: ita vt mōtes transferā: charitatē aūt nō habeam: nihil sum Qui verā habet charitatē: benignus ē & patiens. Ille verā habet charitatē: q nō tm̄ ꝓxīos dilīgit p affectū cognatōis & carnis: sicut ethnici & publicani faciūt: sed ita dilīgit inimicū sicut amicū. In hoc vno pōt hō agnoscere: si manet ī charitate: si ab eo dilīgiꝰ q ei aduersat̄. Certe hic q̄plīmū aniaduertendū ē. Sūt q̄plurimi qui dilīgūt: sed male. Intantū enī aliquē dilīgūt: vt dilectionē dei perdant. Qui aliquid supra dñm dilīgūt: deo nō sunt digni. In cūctis virtutibus requirit̄ tēperātia. Virtus semp vult mediū. Nimis dilīgere malū est: minus dilīgere malū ē. Sed (vt ius exigit) dilīgere bonū est. Oīs dilectio quæ nocet: vitanda ē. Propter nimiā dilectionē aliqui ī luxuriam ceciderūt. Propter modicā aliqui ī inuidiā deuenerūt. Multi oratiōes & dei obsequia dimiserūt. Hoc q̄ppe agit superfluus amor: vt quē dilīgit semp videre vellet. Nimius & stultus amor ignorat siquidē iustitiā & veritatē: Rōne caret: modū nescit: necꝫ aliud cogitare pōt q̄ qd̄ dilīgit. Amor iste non accipit de ipossibilitate solatiū: necꝫ ex difficultate remediū. Impossibile est hominē qui talē habet amorē: deo posse acceptabiles orōnes facere aut placere. Hic amor nō est charitas sed stultitia. Oēs nostros debemus dilīgere fratres sicut & nosmetipsos: ita tm̄ vt vitia nō dilīgantur Punire malū charitas ē. Plus meliorē dilīgere iustū ē. Sic dilīgēdi sunt hoīes: vt bonitas exaltet̄: & vitiū deturpet̄. Vera charitas exigit: vt deū dilīgamus ex toto corde: & ex tota mente: & ex totis viribus nostris: & ita singulariter q̄ cū deo nihil aliud dilīgamus: & proximū nostꝝ sicut nos In istis duobus mandatis tota pendet lex & ꝓphetæ. Qui sine charitate est: sine deo ē: quia deus charitas est: & charitas deus est. Qui manet ī charitate: ī cœlo iā cœpit habitare. In cœlo vna est charitas oīm btōrꝝ. Vbi charitas vera ē: ibi inuidia nulla ē: ibi ambitio nulla cognoscit̄: nec murmuratio: nec detractio: nec irrisio: sed ē oībus vna & eadē volūtas. Hoc scitote fres: quia si nō habetis charitatē perfectā: sub diabolica potestate estis: nec vltra vobiscū deus habitat. Et qui sine deo ē: ī inferno ē. Iccirco prædilectissimi mei filij: hortor vos dū tps habetis: ne ī vacuū gratiam dei recipiatis: gr̄a dei data ē oībus p mortē filij eius. Dū tpe isto breuissimo viuimus: semiemus: q̄a postmodū suo tpe metemus. Breues dies hoīs sunt. Præcidit velut a texente vita vr̄a: tanq̄ furmors venit. Cū mortuus fuerit hō: nō simul descēdit cū eo gloria domus eius. Diuites ī bonis q̄uis mīmis ducūt dies suos: & ī puncto ad inferna descendūt. Opa cuiuslibet sequunt illū. Perrarum ē vt homīs cuius semper mala fuit vita bona fuerit mors. Siue malū siue bonū tēpore isto feCerimus: illud idē post finē mortis inueniemus. Nō expectetis: quia tēpus istud acceptabile est. T
Dū lucē habetis: nō ambuletis ī tenebris. Qui ambulat ī tenebris: nescit q̄ vadat. Lux vr̄a Xps ē: quæ lucet ī tenebris: & illumīat oēm hoīem venientē ī hūc mundū. Vt ergo filij lucis sitis: & tenebre vos nō cōprehendāt: ad ipm accedētes lapidē viuū: ab hoībus quidē reprobatū: a deo aūt electū: & ipsi tanq̄ lapides viui superædificami: & ī oībus exhibeatis vosmetipsos sicut dei mīstros: ī multa patientia: ī tribulatōibus. ī necessitatibus: ī angustijs: ī plagis: ī carceribus: ī seditōibus: ī laboribus: ī ieiunijs: ī castitate: ī scīa: ī lōganimitate: ī suauitate: ī spūsancto: ī charitate nō ficta: ī verbo veritatis: ī virtute dei. Nō sit inter vos mendaciū. Oīs vir mēdax abomīabilis ē deo Est enī deus veritas: & veritati obstat mendaciū. Oīe fugiatis verbū ociosum. De quolibet enī verbo ocioso & vano reddemus deo rationē. Silentia diligite. Vbi ē multiloquiū: ibi frquenter mendaciū. Vbi mendaciū ē: ibi pctm̄. Sermo īdicat qualis ē hō. In ore sacerdotis vel mōachi nullū vnq̄ sit verbū: ī quo nō sonet Xpi nomē: semper diuinā rumīet legē. Etenī q ī lege dñi medita bit̄ die ac nocte: nō abiens ī cōsilio impiorꝝ: necꝫ ī via peccatorꝝ. Erit tanq̄ lignū plātatū secus decursus aquarū: cuius folia nō decident: sed dabit fructū ī tēpore suo: & oīa quæcūqꝫ fecerit sem-

per pſperabũt. Certe nil tã nocet homĩ q̃ mala ſocietas. Talis enĩ efficit hõ: qualiũ ſocietate fruí-
tur. Nunq̃ cũ agno lupus habitat. Vir certe caſtus luxurioſi ſocietatẽ aufugit. Pluſq̃ impoſſibile
puto virũ diutius in bonis permanere operibus: quí mala aſſidua cõuerſatõe vtít. Cũ ſãcto (pſal
miſta vociferat) ſanctus eris: & cũ viro innocẽte innocẽs eris. Et cũ electo electus eris: & cũ per- ps. 17.
uerſo puerteris. Sicut enĩ mala nocet cõuerſatio: ita bona ꝓdeſt. Nil põt huic cõparari theſauro.
Q ui bonã inuenit ſocietatẽ: vitã inuenit: diuitijs affluit. Certe vere dicã. Perraro hõ vel bonus
vel malus efficit: niſi ob ſocietatis cauſã. Pueri cor tanq̃ tabula ĩ qua nihil pictũ eſt fore dicitur. Il
lud ergo quod a ſocietate recepit: vſq; ad ſenectã retinet: ſiue bonũ ſiue malũ ſit. Raro cũ iuuene
iuuenis habitet. Nã ignis ſi apponat igni: calorẽ nõ extinguit: ſed enutrit. Sp vir quẽ delectet ſa
piẽtia: ſe maiori ætate & ſapientia ſocius exiſtat. Alioqn ſi ſibi ſimili ſocieť: aſſidua ſocietate de-
ſtulticia in ſtulticiã dilabeť. Ante oĩa aũt filij mei: nolite iurare omĩno. Neq; per celũ: neq; ꝑ ter-
V rã: neq; per aliud quodcũq; iuramentũ. Sit aũt ſermo veſter ẽ eſt: nõ nõ. Cuius ĩ ore frequens ſo-
nat iuramentũ: in ipſo hoie parua eſt dei cognitio & dilectio. Si nõ eſt quod iuro: deũ eſſe nego.
Præceptũ enĩ dei ꝓhibet: Nõ aſſumatis nomẽ dei ĩ vanũ. Oratõibus inſtate cõtinuis. Multũ va- Exo. 20.
let frequẽs oro & deuota. Oro hoiem a terra ſubleuat: ad cœleſtia vehit: & facit hoiem cũ deo lo
qui. Gr̃as ab eodẽ obtinet: dũmõ ſit deuota & mixta lachrymis. Multũ valet oro frequẽs cõſper-
ſa lachrymis ad ꝓmerendã diuinã clæmẽtiã ad exaudítõis bñficiũ. Obtinuit Eçechias ſtatim gra 4. Rg. 20.
tiã a dño ſuis lachrymis & orõnibus: vt mutaret ſententiã quã ſibi dixerat. Liberauit dñs Suſan- Dañ. 13.
nã a iudicio diræ mortis ꝓpter orationẽ & lachrymas. Oratõibus Helie cœlũ dedit pluuiã: quod 3. Rg. 18.
clauſum fuerat tribus annis & ſex menſibus. Si quo egetis: petatis a dño orõnibus & lachrymis
in fide nihil dubitantes. Quia qui fidẽ verã habet vt granũ ſinapis: quícqd petierit fiet ſtatim illi
Idẽ dñs eſt diues ĩ oĩbus: qui tũc erat: & nũc Spes veſtra: gaudiũ veſtrũ: cogitatio vr̃a: & oĩe de
ſideriũ vr̃m ſit ſemp deus. Q m̃ ex ipſo: & in ipſo: & per ip̃m ſunt oĩa. In quo viuimus: ꝑ quẽ mo
uemur & ſumus: ſine quo nihil penitus ſumus. Iã filij mei nõ multa loquar vobiſcũ. Venit enim
hora ad quã natus ſum. Hac cõditionehuc veni vt exirẽ. Nunq̃ natus fuiſſem: ſi mori nõ debuiſ
ſem. Suo proprio nõ pepercit dominus filio: ſed ꝓ nobis omnibus fecit eũ mori ĩ crucis ſtipite: ꝑ
cuius mortẽ mors noſtra mortua eſt. Nemo enĩ noſtrũ ſibi viuit vel moriť. Siue enĩ viuimus do
mĩo viuimus: ſiue morimur: dño morimur. Siue ergo viuimus ſiue morimur: dñi ſumus. In hoc
enĩ vocatus X̃ps viuor̃ dñs & mortuorũ. Si enĩ X̃ps mortuus ẽ (certe nõ eſt ſeruus maior dño
ſuo) iccirco & nos moriemur. Si enĩ reſurrexit: habemus ſpẽ firmiſſimã ꝙ & nos reſurgemus Et
ſi X̃ps ſic reſurrexit: vt amplius nõ moreret: certe & nos poſt reſurrectionẽ noſtrã nunq̃ morie-
mur: ſed ſemp cũ ipſo ĩ gloria ſtabimus. Cũ mortuus fuit X̃ps: hõ nr̃ ſiꝫs mortuus ẽ: vt deſtrue-
reť corpus peccati: vt fieremus vnũ corpus cũ illo. Iccirco ſi reſurrexit: & nos reſurgemus cũ il-
lo: quia ſumus mẽbra eius. Si aũt & X̃ps nõ plus morieť: & nos ſiꝫr. Q uo qdẽ dilectiſſimi filij
mei: ſi nũc morior: credo q; redẽptor meus viuit. Et ĩ nouiſſimo die de terra ſurrecturus ſũ: & rur
ſum circũdabor hac pelle mea. Et ĩ iſta ꝓpria carne videbo ipſũ ſaluatorẽ: quẽ viſurus ſũ ego ipe
quí nũc loquor: quẽ hic nũc cernitis morientẽ: & nõ certe alius loco mei. Et iſti proprij mei ocu-
X li quibus vos video: cõſpecturi ſunt. Vnde dilectiſſimi mei videte quõ caute ambuletis: nõ qua
ſi inſipientes: ſed vt ſapiẽtes. Et nolite ſcd'm carnẽ ambulare: quia ſi ſcd'm carnem ambulabitis
moriemini. Sed ſpũ ambulãtes: & facta carnis mortificãtes: nũc mecũ exultate: cãtate & pſallite
Abijcite veſtimenta luctus & triſticiæ. Spargite cinerẽ de capite veſtro. Iubilate deo: pſalmũ di-
cite nomĩ eius: date gloriã laudi eius: quoniã hucuſq; tranſiui per ignẽ & aquã: & ecce nũc indu-
cit me in refrigeriũ. Introibo in domũ dñi: vt reddã vota mea de die in diẽ. O quãtũ lucrũ mihi ẽ
mori: qm̃ viuere deiceps meũ X̃ps erit. Ecce terreſtris domus huius habitatõis diſſoluiť: vt alia
ſuccedat nõ manufacta habitatio æterna ĩ cœlis. Ecce quod mortale ẽ veſtimentũ exuor: vt æter
nũ induar. Hucuſq; peregrinatus ſum: iã redeo ad patriã. Ecce brauiũ capio: ꝑ quo in agone cu-
curri. Ecce portũ attingo: quẽ tanto deſideraui deſiderio. Ecce de tenebris ad lucẽ: de piculis ad
ſecuritatẽ: de inopia ad diuitias: de prœlio ad victoriã: de triſticia ad gaudiũ: de tpali vita ad ppe
tuã: de fetore ad odorẽ ſuauiſſimũ vehor. Hic cæcus ſum & illuminor. Vndiq; vulneratus & ſa-
nor. Hic ſemper cõtriſtatus ſum: & ecce iã lætificor. Vere hic viuens mortuus ſum: & iã vere vi
uificor. Vita mundi: nõ vita ſed mors: vita fallax: vita onuſta triſticijs: imbecillis & vmbratica:
vita mendax. Nũc flores: & ſtatim areſcis: vita priuans: vita cui ines: vita fragil': vita momenta-
nea & caduca: quæ quanto magis creſcis tãto magis decreſcis. Cũ plus ꝓcedis: plus ad mortẽ ꝓ-
pinq̃s O vita plena laqueis: quot ĩ mũdo hoies illaqueas: quot ꝑ te iã ſuſtinẽt tormẽta ĩfernalia:
Q̃ beatus qui ſuas agnoſcit fallacias. Q̃ beatus qui tuis non curat blanditijs. Q̃ beatiſſimus

qui te bene priuatus est. Melior est negociatio eius argento & auro: primi & purissimi eius fructus. O mors dulcis & iocunda. Nō certe mors: quæ vitā verā largiris: quæ fugas febres & vulnera: fames extinguis & sitim. O mors iustissima & pia bonis: & malis aspera: humilias superbū diuitē & potentē: & exaltas humilē. Per te pauper satiat: cū auaro proijcis. Tu malis das suppliciū & iustis æternū præmiū. Veni soror mea: sponsa mea: amica mea: dilecta mea: idica mihi quē diligit aia mea. Ostēde mihi vbi pascat dns meus: vbi cubet xps meus. Nec dimittas me amplius vagari p̄ inuiū huius incolatus mei. Exurge gloria mea: porrige mihi manū: trahe me post te: aptū ē cor meū: & exurgā: & post te currā in odore vnguētorū tuorū: donec introduxeris me ī cellaria domus dñi mei: vt exultē & gaudeā cū apparebo ante faciē tuā. Tūc cātabo & psalmū dicā dño. Ecce tu pulchra es amica mea. Iā noli morari amplius. Ecce oēs dies mei defecerūt: & anni mei p̄ trāsierunt velut vmbra. Cōuertere aliquātulū sup me: quia te iuenire exultaui: & in te delectatus sū oībus diebus vitæ meæ. Suscipe me: nā cū suscepisti dñm meū: me saluasti: me viuificasti. Iā respice ī me: saluū me fac: & libera me de aqs multis: & de manu filiorū alienorū. Educ de carcere aiam meā: & educ eā p̄ gratiā quā opata fuisti suscipiēdo dominū meū: Vnde exulaui per culpā: quā ꝓpetrauit meus genitor Adā. Veniā per te in hortū dilecti mei: vt comedā fructū pomorū suorū. Defecerunt sicut fumus dies mei: & caro mea iā sicut fenū aruit. Ecce iā venit tps miserendi mei. Noli tardare: accelera vt erípias me: quia amore lāgueo Per te bona mors fructū recípimus bonorū quæ facímus: cognoscímus præmia quæ spamus. Anteq̄ venias: deū ex parte cognoscímus: dū veneris pfecte videbímus eū sicuti ē. Nigra es sed formosa: pulchra es & decora: fauus distillās labia tua. Terribil'es: & quis resistet tibi? Terribilis quidē apud reges terre. Aufers spm̄ príncipū: notā facis humilibus virtutē tuā. Tu cōfríngis cornua pctorū: & exaltas cornua iustorū. Illuxerūt choruscatōes tuæ orbi terræ: vidit & cōmota ē terra. Apis mihi dulcis soror & amica mea ianuas vitæ: q̄s apire mihi p̄misisti: cū fuisti cū dño meo: vt iā sit ī pace locus meus: & habitatio mea ī syō. Expolia me ista mortali tunica mea quā fero: vt induā me vestímentis lætitiæ. Aia mea líquefacta ē: vt inuenire possim dilectū meū: quē in mūdo quæsiui & nō inueni. Inuenerunt me in hac solitudíne custodes qui circūeunt ciuitatē: percusserunt me: & vulnerauerunt me & tulerunt pallium meū custodes murorū. Percussus sum & humíliatus sū a voce malorū & dolorū. Tota die exprobrabāt mihi ínimici mei: loquentes aduersum me língua dolosa: & sermonibus odij circūdātes me: & expugnātes me gratis posuerūt aduersū me mala p̄ bonis: & odiū pro dilectōe mea. Cōfríngе arcū eorū: scutū: & gladiū: & bellū. Si moraris iā deficit pauliſp spūs meus ꝓpter multitudinē dolorū meorū. Iā cōsolatōes tuæ lætificēt animā meā. Hodie vocē meā audiēs: noli obdurare cor tuum: q̄n veniā & apparebo ante faciē dei: vt inhabitē ī domo sua ī longitudíne dierū. Fuerunt mihi ī miseria huius vitæ lachrymæ panes die ac nocte: labores: contumeliæ: afflictōes: erumnæ: fames: sitis: ieiunia: vigiliæ: tētatōes & pestilētiæ. Audí gemitus vīculati: solue colligatōes meas. Accipe filiū hic famelicū ī regione aliena: & redde eum p̄ri suo. Suscipe vlceribus plenū: & colloca eum ī sinū Abrae p̄triarchæ. Fac me intrare ī vineā dñi Sabaoth: vt nō stē hic ociosus. Suscipe me de manu iniquitatis: & deduc me in vita æterna. Educ me de tenebris & vmbra mortis. Dissrumpe vincula: solue cōpeditū: illumia cæcū: erige elisum Custodi aduenā & pupillū. Sedēti ī tenebris & habitāti ī regiōe vmbræ mortis ostēde lumē tuum. Illumina nunc me: vt nunq̄ amplius obdormiā ī morte. Hæc & his silia, psequēte sctissimo viro: oīm astātiū creuit mœror & tristícia: nec quis nr̄m poterat se a lachrymis cōtinere: sed oīm vna erat vox plāgētium. Quid sine te faciemus patre? quo pergemus? Vineā istā ex ægypto trāstulisti & plātasti eā: vt quid auertis faciē tuā ab ea? In lumine vultus tui ambulamus. Gloria virtutis nostræ tu eras. Heu quid sine te amplius faciemus? Tu p̄: tu doctor & refugiū: tu exēplar innocentiæ. Vtinā nobis tecum morí liceat. Iā ad níhilū deueníemus: sícut oues erimus sine pastore. Ad níhilum deueníemus velut aqua decurrēs. Nō erit qui cōsolet nos. Fient filij tui orphani: & famē patient vt canes: circūeuntes vndiq̄ nō te inueniēt. Heu quātus sup nos cecidit ignis. Nō te deínceps vidébimus solē. Cōgregatio quid faciet fidelíū sine te? Tu dísp sio hæreticorū eras: tu ínter fector eorū gladío oris tui. Tu eorū malleus & securis cōterēs eorū dentes ī ore eorū: molas leonum cōfríngens: & deducēs eos ī puteū ínteritus. Gaudebūt nunc & exultabunt: & humiliabūt populum tuū: & hæreditatē tuā vexabuut. Captabunt ī aiam iusti: & sanguinē innocentē cōdēnabunt. Incendēt igni sanctuariū dei: & veritatē fidei lacerabunt. Nunc ille motus hi- verbis: alíquātulū lachrymatus ē: vt totus semper in domīo misericordiæ viscer bus affluebat. Cōuersusq̄ ad eos: hac tm̄ flentibus voce rndit: Eia boni milites Xp̄i: confidatis ī domino: & ī potēria virtutis eius. Nolite timere: cōsequemi a domīo misericordiā si sperabitis in eum. Est enim ipse pi-

us & miſericors: & nullū deſerit ſperantiū in ſe. Ipſe enī legē vobis conſtituet in via ſua. Diriget vos in ſanctitatē rectam: & non tradet vos in animas perſequētiū vos. Viriliter ergo agite: & cō fortetur cor veſtrū: & ſuſtinete dñm. Eſt enim deus ī cœlo pius & miſericors: qui ſuos mille modis ſcit iuuare famulos. Nō turbet cor veſtrū: neq; formidet. Sperate in dño: & effundite corā illo corda veſtra: quia ipſe adiutor erit veſter. Si enī abeo nūc: iterū me videbitis: & gaudebimus inſimul. Quia nō multo poſt hos dies: q̄ ego vado & vos poteritis venire. Et vbi ego ero & vos eritis in gaudio: quod nemo tollet a vobis. Mementote filij chariſſimi: quomō poſt mortē Moyſi deus elegit Ioſue in ducē & protectorē populo ſuo. Et eleuato Helia per turbinē curru igneo ī cœlū: fecit Heliſæū in populo eſſe prophetā: ī quo duplex requieuit ſpūs Helie. Nunquid exinanita eſt manus dñi? An oblitus eſt deus miſereri: aut continebit in ira miſericordiā ſuā? Dñs erit pars hæreditatis veſtræ & calicis veſtri: & ipſe reſtituet vobis hæreditatē veſtrā. Suſcitabit nāq; ex vobis aliū paſtorē: cui dabit verbū euāgelizandi: & ille ingredieť ſine macula: & operabitur iuſticiam. Et rogo deū meū: qui eduxit & reduxit me ſcd'm voluntatē ſuā: vt ſi quis ī me fuit ſpiritus ad obediendū præceptis ſuis: q̄ in iſto quem vobis mittet paraclyto & paſtore fiat duplex.

Z Euſebiū filiū meū prædilectiſſimū hēbitis vobiſcū: & ip̄m tanq̄ me audietis. Ipſe enī erit vobis ī patrē: & vos ei tanq̄ filij obedietis in charitate cū omni humilitate: & māſuetudine: & cū oīmi patientia. Si quid vobis fuerit neceſſitatis referetis ad eū. Obſecro vos vt ſolliciti ſitis ſeruare vnitatē ſpūs ī vinculo pacis. Vnū corpus & vnus ſpūs ſitis ſicut vocati eſtis in vna ſpe vocationis veſtræ. Vnus eſt deus & pater Ieſus chriſtus: cui ſoli in vna ſimul viuentes fraternitate placere cupitis. Ergo eius eſtote imitatores ſicut filij chariſſimi: & ambulate in dilectione ſicut & ipſe dilexit vos: & tradidit ſemetip̄m p vobis vt vos redimeret: & faceret vos ſibi acceptabiles: ſectatores bonorū operū. Vnicuiq; veſtrum det ipſe gratiā ſcd'm menſurā donatiōis ſuæ. Det vobis de rore ſpūſſancti abunde: vt habeatis cor ad colendū eum. Adapiat cor veſtrū in lege ſua: & ī præceptis ſuis: vt cognoſcatis eū: & faciatis eius voluntatem: nec vos vnq̄ deſerat. Tu autem mi fili Euſebi conſurge: conſurge: induere fortitudinē: ſemper ſubditus eſto domino: nec æmuleris eū vt nequiter facias. Salus tua deus in ſempiternū erit: & iuſticia tua nō deficiat. Humilior ſis omnibus. Læua in cœlū oculos tuos. Lex dei ſemper erit in corde tuo Noli timere obprobriū hominū: & blaſphemias eorū ne metuas. Si ſperabis in domino: aſſumes fortitudinē: & venient tibi pēnæ vt aquilæ: & volabis & nō deficies. Vniuerſa legis dñi ſecure loqueris oībus. Ne timeas a facie hoīm: quia cū illis ſemp eſt dñs cū quibus ē veritas: deſcēditq; cū illis in foueā: & ī viculis nō derelinquit eos: ſed a ſeductoribus tutať eos: & eſt illis adiutor & protector in tempe tribulationis. Certe nō facile timet mortē hanc: immo (vt plus dico) odit hanc vitam: qui ſe bene agere cernit. Ecce cōſtituo te ſup ſocietatē iſtā: vt euellas: & deſtruas: & diſſipes: & diſpdas: reædifices & plātes. Oportet te eſſe irreprehenſibilē. Poteſt male alios corrigere: cui pōt is quē corrigit dicere Et tu ſimiliter facis. Tibi ammodo maior erit labor: ſed maius præmiū. Eſto ſobrius: prudens & pudicus: hoſpitalis & doctor. Nemini violentiā facito: ſed oēs æqualiter dilige. & tāto plus quāto melior ē. Nō ſis pſecutor: ſed modeſtus: nō litigioſus: nec cupidus. Tu enī prædica opportune verbū dei. Oīs ſcriptura diuinitus inſpirata vtilis eſt ad docendū. Acquire verba quæ prædices oratōibus. Valet enī huiuſmodi prædicatio & doctrina ad illuminādū: ad arguēdū: ad corripiendū: & ad erudiēdū ī iuſticia: vt pfectus ſit: audiēs & ī oīmi bono ope inſtructus. Eſt enī Xp̄s

Aa Ieſus ī cœlo ſedēs ad dexterā virtutis dei: reuelās myſteria: & docēs omnē ſcientiā. In oībus fili dilectiſſime teip̄m præbe exēplū bonorū operū: ī oīmi ſctitate & bonitate. Nā capite patiēte totū debilitať corpus. Vt ergo breuiter te doceā: facies oīmia bona ſi timueris deū. Patri meo reuerendiſſimo Damaſo Portuenſi epō ſcribens facies mei memoriā: vt habeat me in orōnibus ſuis: nec corrūpi dimittat opera: quæ tāto labore cōtexui: ab hoībus iniquis & doloſis: a quibus ſæpe expugnatus ſū a iuuētute mea. Eccleſiā prudēter cuſtodiat: ſciēs q̄m erigēt ſe illaqueātes aīas ſimpliciū. Quos conatus ſum educere ī viā rectā: loquētes in ore ſuo: & gladius ī labijs ſuis. Q̄m obmutui & ſilui a bonis: & p̄iectus ſū ī monumēto dormiens. Spero enī ī dño q̄ benignus ē: & nō derelinqnet fideles ſuos. Gaudiū enī habeo magnū: & cōſolationē: præſumens de miſericordia dñi: quia vir̄ mirabilē: & multæ ſciētiæ & bonitatis Auguſtinū hipponēſem ep̄m poſt me relinquo. Propter quem multam habeo fiduciam in Chriſto Ieſu ſuſtentandi fidem veſtram. Cui de me ſcribens hoc ipſum rogato: vt tanq̄ fidelis pugnet miles: ne veniant (quod abſit) mala genti veſtræ Theodonio ſenatori & omnibus in Chriſto fratribus me recōmendes. Finitis his verbis: vir ſanctiſſimus iocunda voce verſus ad fratres inquit: Accedite huc vt tangā vos filij mei anteq̄ a vobis recedam. Ad quem appropinquantibus illis ſingulū brachijs: vtpote melius po-

terat amplectens: cuilibet pacis osculum tribuit. Deinde vocem mediocriter eleuans: vultu placido & iocundo: extẽsis in cœlum manibus: cõuersisq; ad dominũ oculis gaudij lachrymis inundantibus dixit: Pie Iesu virtus mea: refugium meum: susceptor meus & liberator meus: laus mea In quem speraui: cui credidi: & quem dilexi: summa dulcedo: turris fortitudinis: & spes mea a iuuentute mea. Voca me dux vitæ meæ: & ego respondebo tibi. Operi manuum tuarum quod tu de limo terræ creator omniũ formasti: quod ossibus & neruis compegisti: cui vitã & misericordiã moriens tribuisti: tuæ clementiæ porrige dexterã. Iube dñe: ne moreris: quia tẽpus ẽ vt puluis in puluerem reuertat: & spũs redeat ad te saluatorẽ: qui huc misisti illũ. Aperi illi ianuas vitæ. Nam cũ pro me in ligno crucis tanq; latro pependisti: tu promisisti mihi q; eũ reciperes. Veni dilecte mi: teneã te: nec dimittã. Introduc me in domũ tuã. Tu susceptor meus es: gloria mea: & exaltans caput meũ: salus mea & bñdictio mea. Suscipe me misericors deus scd'm multitudinẽ miserationũ tuarũ. Nam latronẽ ad te currentẽ in cruce moriens suscepisti. Possideam te beati
Mar. 10 tudo sempiterna. Cæcũ iuxta viã clamantẽ: Iesu fili Dauid miserere mei: lumine tuo visiõis eternæ illumina. O lux inuisibilis qua carens Thobias clamabat: Quale mihi gaudiũ est cũ in tene Bb
Tobi. 3. bris sedeo: & lumen cœli nõ video? O lux sine qua nõ est veritas: nõ est discretio: nõ est sapientia neq; bonitas: Illumina oculos meos: ne vnq; obdormiã i morte: ne quando dicat inimicus meus prævalui aduersus eũ. Tædet animã meã vitæ meæ: loquor i amaritudie aniæ meæ: ægrotus sum. Infirmata est i paupertate vita mea: ossa mea sicut in frixorio cõfrixa sunt. Et ideo ad te dominũ curro medicũ. Sana me dñe & sanabor: saluũ me fac & saluus ero. Et qm i te cõfido nõ erubescã. At quis ego sum pissime deus: vt tã audacter loquar ad te? Peccator sum: i peccatis totus natus & genitus & educatus: cadauer putridũ: vas fetidũ: esca vermiũ Heu mihi dñe: parce mihi Quæ victoria: si pugnãdo mecũ me vinceres: qui sum minus q; stipula ante faciẽ ventí? Dimitte oia peccata mea: & erige de stercore pauperẽ. Certe dñe si placet dicã: nõ debes ad te currentẽ fugare: quia tu es deus meus. Caro tua de carne mea: & ossa tua de ossibus meis. Propter hoc nãq; nõ relinquẽs patris dexterã adhæsisti meæ humanitati factus deus & hõ. Et prius eras pmanens in vna eadẽq; persona. Et hoc quare tam arduũ & inopinabile perpetrasti: nisi vt confidenter ad te recurrerẽ quasi ad fratrẽ: & vt mihi tuã misericorditer cõdonares diuitatẽ? Quapropter exurge adiuua me dñe: exurge: & ne repellas me in finẽ. Sicut ceruus desiderat ad fontes aquarum ita sitiens aia mea petit te fontẽ viuũ: vt hauriat aquas i gaudio de fõtibus saluatoris ne sitiat amplius: qñ veniet & apparebit ante faciẽ tuã. Dñe mi qñ respiciẽs restitues aiam meã a malefactis eorum: & a leonibus vnicam meã? Vtinam appenderent peccata mea quibus iram meruí: & calamitas quã patior in statera: quasi arena maris hæc grauior appareret. Vnde & si amplius expectes: tribulationẽ & dolorem inueniã. Veni gaudiũ spiritus mei: vt delecter i te. Reuela mihi misericordiã tuã lætitiam cordis mei. Inueniã te desideriũ meum. Sicut seruus præstolatur finẽ operis sui: sic & ego expecto te. Intret postulatio mea in conspectu tuo dñe: vt fiat manus tua vt saluũ me faciat. Ecce virũ qui descendẽs i Hiericho captus a latronibus vulneratus sum: semiuiuus relictus sum: tu pie samaritane recipe me. Peccaui nimis in vita mea: & malũ corã te feci. Non te cognoui: ingratus fui tot beneficiorum tuorũ: non vt decebat te laudaui. Forte multotiens veritatem tacui. In corde meo cum pulsabas ad ostiũ cordis mei: piger fui: vt te reciperem reuerenter Corpus putridũ quod velut vmbra declinatur: nimio dilexi affectu. Verbis vanis os inquinaui. Mens mea nõ semper fuit in testamento legis tuæ. Nõ auerti oculos meos vt nõ aliquando viderint vanitatẽ? Aures meas quandoq; verbis inutilibus inquinaui. Manus meas ad proximi necessitatẽ multotiens nõ extendi. Pedibus ad iniquitatẽ cucurri. Quid plura dicã? A planta pedis vsq; ad verticẽ capitis nõ est in me sanitas. Certe nisi in ligno crucis moriens me adiuuisses: digna erat habitare i inferno aia mea. Ego pie Iesu sum pars tanti præcij. Pro me fudisti sanguinẽ præcioſum: nõ me refutes. Ego sum ouis quæ erraui: require eã bone pastor: & appone eã ouili tuo vt iustificeris i sermonibus tuis. Nã pmisisti mihi q; quacũq; hora pctõr ingemuerit: saluus erit. Dolẽs factus sũ: iniquitates meas ego cognosco: & delicta mea corã me sunt. Vere nõ sũ dignus vocari filius tuus: quia peccaui i cœlũ & corã te. Auditui meo da gaudiũ & læticiã. Auerte faciẽ tuã a peccatis meis. Dele iniquitates meas scd'm magnã misericordiam tuã. Ne proijcias me a facie tua Non scd'm peccata mea facias mihi: neq; scd'm iniquitates meas retribuas mihi. Sed adiuua me deus salutaris meus: & propter honorẽ nois tui libera me. Benigne fac i bona voluntate tua: vt inhabitẽ in domo tua omnibus diebus vitæ meæ: vt in sæculũ sæculi cũ habitantibus in ea laudem te. Surge propera sponse dilectissime aiæ meæ: & noli cõsiderare q; fusca & nigra ẽ peccatis. Ostẽde illi faciẽ tuam. Sonet vox tua i auribus suis. Vox tua dulcis: & facies tua decora. Ne auertas eã a

me:& ne declines in hac hora a seruo tuo:Ne tradas me ī aīas persequentiū me. Expecto te dñe. Credo videre bona dñi in terra viuentiū. Veni ergo dilecte mi. Egrediamur ī agrū: videamus si floruit vinea. Cōuerte planctū meum ī gaudiū mihi. Inclina ad me aurē tuā: accelera vt de hac lachrymarū & miseriarū valle eripias me. Hæc vbi vir sctissimus cōtinuatis lachrymis: & manibus ī cœlū erectis dixit:parūper siluit. Deinde fratres intuens dixit:Præcipio vobis filij mei dilectissimi, p virtutē & nomen dñi Iesu:vt corpus meū cū dissolutū fuerit:ī terra iuxta præsepe dñi nri nudū sepeliatis:vt illud ferat secū rediēs:quod veniēs apportauit. Nudus inde egressus sum nudus reuertar illuc. Societ terra terræ:nō licet terrā sociari lapidibus Appetit enī naturaliter suum sile quodlibet. Iterū rogo vos:vt dñi mei afferatis corpus: quatenus ī suo lumine videam lumen:vt firmas super me oculos suos:det mihi intellectū:& instruat me ī via qua gradior. Tunc quidā frater ad locū accedens:sacratissimū corpus Iesu xpi obtulit. Quod vbi vir dñi videre potuit:nobis ei auxiliantibus prostrauit se in terrā,pnus:voce & lachrymis quantū poterat clamās Dñe quis ego sum:vt sim dignus q sub tectū meum intres? Meruit hoc peccator hō? Certe dñe non sum dignus. Nunquid ego melior sum q̄ oēs prēs mei? Tu noluisti Moysi vno ictu oculi te mōstrare. Cur nunc tantū te humilias:vt patiaris ad hoiem descēdere publicanū & peccatorem? Et nō solum cum illo manducare vis:sed teipm manducari ab illo iubes. Cūq; prope illū esset sacerdos:erigens se vir glorios⁹:genibus flexis eū cunctis tenētibus:magnis lachrymis & suspiriis:& q̄ pluries percutiens pectus suum dixit:Tu es deus meus & dñs meus: qui pro me passus es:an forte alius? Certe tu es ille:qui cū deus esses:solus ante oīa tempora:& sine principio genitus a deo patre:æterna & inuestigabili generatōe:qui cū ipso patre & spūsancto vnus deus es: p manens illud idē quod eras:& es:intra vnius puellæ corpusculū te clausisti factus homo sicut sū Vere & deus & homo es. Sic enī in virginali vtero hoiem suscepisti: q nec sine homine deus es: nec sine deo hō:q̄uis nec humanitas sit diuinitas:nec diuinitas humanitas. Nō sunt cōfusæ naturæ:q̄uis sit vna & eadē in te persona. Nonne es caro & frater meus? Vere sic. Famē habuisti:sitisti:fleuisti:meas infirmitates habuisti vt ego. Sed tñ in te peccandi infirmitas & defectus nō fuit vt in me. Nō enī peccare potuisti vt ego. In te fuit corpaliter & est omis plenitudo gratiæ. Non enī data fuit tibi gratia ad mensuram. Tua enī anima statim cū vnita insepabiliter fuit diuinitati omnia perfecte sciuit & potuit:quæ ipsa scit & potest diuinitas. Quantū ad diuinā naturā quæ ī te est:æterno patri deo æqualis es. Sed ob illā quam p nostra redemptione assumpsisti humanitatē:minor es:nec tñ eo aliquod incurris vituperiū. Tu nēpe es ille:quē in Iordanis alueo baptizante Iohāne:vox subito paterna cœlitus intonuit:Hic inquiēs est filius meus dilectus: ī quo mihi bene cōplacui:ipm audite. Et spūssanctus in te vt colūba descendēs:te vnū esse cū patre: & eū dem ī substantia declarauit. Tu bone Iesu,p me crucis tā grāde ī tuo isto quod præsens cerno corpore subisti supplicīū:vt mortē quā meis incurrerā flagitijs iterimeres. Aīas antiquorū:quas dudū diabolica potestas miseras infernalibus mansionibus retinebat:recuperares:& totā humanā naturam quæ corruerat ī mortē perpetuam:tuo cū ipsa pacificato pre ad vitam interminabilem tuo quē,p ipsa fudisti præcioso sanguine reuocares. Cuius quidē vitæ die resurgēs tercia:de illo ī quo mortuus iacuisti baratro certitudinē firmissimā cōprobasti. Quo quidē nostra ē solidata fides:& aucta spes:vt sicut incorruptibilis & impassibilis & immortalis resurrexisti:ita similiter & nos resurgemus. Tu certe bone & pie dñe:post tuā mirabilē & singularē resurrectionē. xl. expletis diebus:quibus experientia lucida iudicioru multiplicīū te ab inferis viuū resurrexisse declarasti:& vt nulla dubitatōis oriret caligo:ad cœlos cunctis cernētibus discipulis tua ppria virtute ascēdisti:mihiq; ianuas reserans paradisi:ad dei prīs oīpotētis dexterā cōsedisti: vbi sine fine sedes. Tu insuper bone Iesu a deo cōstitutus iudex viuoru & mortuorū:sicut ī illa die ascendisti:ita ī tremendo & horribili vniuersalis iudicij die descēdes reddere singulis scd'm opera quæ fecerunt. Corā te tunc recte procident reges:oīs strata erit damnatio. Te tūc oms timebūt:qui te nunc cōtemnūt. Quid tunc tibi infœlices qui nunc cū male fecerint glorian t:dicēt? Qui te oīa scientē cernent:quibus nullū amplius erit remediū misericordiæ? Quid conspectui potētis oīa cernētis oīa:& solū quod iustū ē iudicātis:faciēt miseri:qui totū suū ī mundi vanitatibus & flagitijs amiserūt tps? Plus diuitijs fallacibus:q̄ tibi insistētes? Plus filios & filias: & mūdi gloriā momentaneā:q̄ te diligētes:cū tuū erga nos iratū cernent vultū? cū tam seuerā expectabunt sentētiam? cū eos de mimo quoq; cogitamine & ppria accusabit cōscientia. Dæmonū caterua & simul quælibet creatura:quā te deū offendēdo:offenderūt:cū videbunt statim:cū fuerit sentētia diuulgata:se adepturos tormenta:quibus & corpus & aīa simul cruciabit cū diabolis sine fine:nullū inde in perpetuū refrigeriū expectātes? Ve ve miseris:qui te in isto tā breui tpe vilissimis bonis

Mat.3.

Cc

Dd

tẽporalibus ebrij: quæ nõ solũ inopiã nũc auferũt suis possessoribus: sed & ipsam suã faciũt idigẽtiã negligẽtes: i beluam redigunt. Ve ve qui saltẽ tanto hoc timore peccare: & tuam ꝓuocare iracũdiam nõ desinũt: si tuo nolũt amore vt tenent. Sed quõ pie Iesu tu cuius tanta ẽ magnificentia: vt nulla queat explicare creatura: quẽ cœli: mare: & oĩa quæ eius ambitu cõtinent: capere nõ pñt. Qui idẽ totus vbiq; locoꝝ præsens es: nec intus inclusus: nec extra exclusus. Idẽ i cœlo ad pris dexterã oĩm supernoꝝ ciuiũ beatitudo & gloria: quæ tuæ celsitudinis speciẽ cõtemplantur Idẽ i terra pugillo ipsam cõtinẽs & cõcludẽs. Idẽ i mari & i abyssis: ad nutum regẽs oĩa & cõseruans. Idẽ i inferno potẽter dominãs: sub tanta panis breuitate cõtineris. Nõ particulariter sed integre & pfecte ac insepabiliter? O ineffabilis admiratio: o oĩm nouitatũ nouitas. Oculi i te vident albedinẽ: saporẽ sentit gustus: odorẽ olfactus: tactus q; subtilitatem reperit. Sed auditus cordi re præsentat i te illa nõ fore accidentia. Hinc certe per se sola existunt accidẽtia sine subiecto. Quia nõ vt humanis videt sensibus panis es: sed Iesus Xps integer: sicut in cœlo ad patris dexterã residens deus & hõ. Aue panis vitæ qui de cœlo descẽdisti: dans te sumẽtibus digne vitã: nõ sicut manna quod i deserto nostris pluit pribus: de quo oẽs qui manducauerũt mortui sunt Certe qui te digne sumit: q̃q̃ morte corporali aĩa a corpore separet: nõ morie i æternũ. Quia nõ illa separatio mors est: sed de morte ad vitã transitus. Vnde qui te digne mãducat i mũdo moriẽs: tecũ æterne viuere incipit. O q̃ præciosa mors illa est: anteq̃ hoies mortui sunt: post quã incipiunt viuere. Tu panis angeloꝝ tua visione angelos reficis & glorificas. Tu esca es animæ non corporis: impinguans mentẽ: non ventrẽ. Qui in te nõ impinguat in virtutibus: nimis æger iacet in flagitijs Tu te manducantẽ (vt condecet) in te transmutas: vt tui participatione efficiat deus. Nec tamen in illũ transmutaris: velut alia corporea facit esca. Sed ve te indigne sumentibus. Certe ad sui pœnam & reatum iteꝝ te crucifigunt: nõ q̃ te dijudicet illa manducatio: q̃m impassibilis & immortalis omnino es. Heu dñe mi quid dicam. Quot hodie te sacerdotes comedũt i altari vt carnes pecudũ & volucrũ: imo pesus? Nocte mulierũ fruunt actu turpissimo: & te mane masticando comedunt. Vbi dñe latitas? dormis ne: an vigilas? Exaudis præces eorũ de cœlo: & de sede maiestatis tuæ? Vere si hoc velles sacrificiũ & libamẽ: & mendax fieres & peccatoꝝ socius. Certe dñe si vera sunt quæ per os locutus es ꝓphetaꝝ: si iustis solũ supplicatiõibus præsto es: & si tibi placet æquitas: hoc tale impedimentũ sacrificiũ ne fiat: q̃q̃ in se & natura sui sacrificiũ bonũ sit: nec possit violari malis sacerdotibus: quia malicia non dijudicat sacrificiũ Vnde huiusmodi sacrificium fit ad sacerdotis præiudiciũ & damnationẽ: nec pro quibus fit ꝓdest. Immo (vt verissime dicã) q̃ vitam sacerdotis agnoscit: & eũ pro se celebrare facit: fit in eius dẽ peccato cõscius: necnõ & pœnæ particeps. O magnũ & inscrutabile mysteriũ. Panis accidentia frangunt p partes: & tamen i qualibet permanes particula totus & integer Xps sicut eras antea. O humanoꝝ illusio sensuum Franguntur illa quæ humanis sensibus in te videntur accidentia: & tamen nec frangeris nec corrumperis. Te dentes videntur masticare veluti materialẽ panẽ: & tamẽ nunq̃ masticaris. O nobile cõuiuiũ: i quo sub panis & vini specie totus Xps deus & hõ sumit: & ita totus in speciẽ pa- Ee
nis & qualibet eius particula: & in vini specie cũ qualibet gutta: sicut in panis totius & vini specie simul. Nã totus perfectus & integer Xps sub panis specie & sub qualibet quantũcũq; mima continet particula: & idẽ totus in vini specie & in qualicũq; gutta permanet. O esca sacratissima
ps. 81. quã vere comedens deus efficit: iuxta illud: Ego dixi dij estis: & filij excelsi oẽs. Liberat a malis implet a bonis: & immortalis indubitãter efficit. O sacrũ peregrinatõis nostræ viaticũ: quo de hoc nequã sæculo peruenit ad cœli Hierusalẽ consortiũ. Patres nri i deserto mãna comedentes: nõ puenerũt ad terrã ꝓmissiõis. Qui vere te comedit: i fortitudine tui ambulabit vsq; ad montẽ dei Oreb. O comestio delicatissima: i qua oĩs saporis & odoris ẽ suauitas: o mẽ delectamentũ: oĩs medicina: oĩs sustẽtatõ: & oĩs requies a labore: necnõ & oẽ quod desiderari põt. Tu certe vita es q̃ oĩs viuit creatura: & sine q̃ moritur. Tu es vita vitalis dulcis: & amabilis atq; iocũda. Odoris tui suauitas ægros recreat & debiles: quos tuus fecit sapor salubres & fortissimos. Tu lux illa in comphensiblis: quæ oẽm illuminas hoiem venientẽ i hunc mundũ. Tua mi dñe ẽ oĩs potẽtia: tu um oẽ regnũ: a ñ te curuabit oẽ genu. Oĩa quæcũq; vis facis i cœlo & i terra: & in mari: & in abyssis. Tuæ nil est quod possit resistere voluntati. In te & ex te & per te sunt oĩa: & sine te nihil. Eia ergo fidelis aĩa: gaude: epulare: ne morer is. His pascere delitijs: ne pigriteris: hoc fruere cõuiuio in quo nõ carnes hircorũ aut thauroꝝ vt olim in lege: sed Saluatoris tui corpus sumẽdũ ꝓponit. O signũ dilectõis inopinabilis: vt idẽ sit dator quod datũ: & donator idẽ sit quod ipm donũ. Q̃ magna dulcedo tua dñe: quã abscondisti timentibus te: & perfecisti ea sperantibus in te. O ferculũ excellentissimũ: venerandũ: colendũ: adorandũ: glorificandũ & amplectendũ: omni-

oſo Hieronymo oĩbus in prædicto loco: ĩ quap nobis de intemerata virgine natus ẽ: & vbi etiã ſacratiſſimũ Hieronymi cadauer humatũ ẽ cõgregatis: prædictorũ defunctorũ cadauera deferr fecit. O mira erga hoĩes dei miſeratio & diſpẽſatio. Quot modis ĩ ſe ſperãtes ſcit iuuare. Quantis & quot honoribus ſuos exaltat ſanctos. Fiebat iterea ab illius ſectæ cultoribus deriſio: credẽtibus q foret exinanita manus dñi. Lætet itaq oĩs fideliũ cœtus: & deo ĩ voce exultatõis pſallãt qñ ſuſcipimus miſericordiã ĩ medio tẽpli ſui. Accedens nãq vir venerabilis Euſebius ad ſingulorũ cadauera: flexis genubus manibus ĩ cœlũ extenſis: cunctis audientibus ſic orauit. Deus cui nihil eſt impoſſibile: nihil graue: inuictæ fortitudinis & virtutis: q facis mirabilia magna ſolus: & nullũ in te ſperantiũ ſpernis: nũc præces tuorũ exaudi fideliũ. Et vt tua (quã dediſti) fides: inte merata inuiolataq p ſæcula maneat: ac etiã vt horũ error appareat: & per merita & interceſſiões glorioſi tui Hieronymi dilecti: introduc ĩ hæc cadauera aĩas quas de ipſis egredi voluiſti. Qua quidẽ orõne finita: ſingulũ ſacco quo ſupra carnẽ glorioſus Hieronymus vtebat: tangens cadauer: protinus in eũ vitæ ſpiritũ introduxit. Qui hoies apertis oculis: oĩbus vitæ ſignis oſtẽſis ſunt perfecte reſuſcitati: & cœperunt beatarũ aĩarũ gloriã: & pctõrũ pœnas: tã purgatorij q ĩferni clara voce oĩbus intimare. Nã (vt mihi poſtmodũ interroganti dixerũt) btũs Hieronimus eos cõduxerat ſecũ ĩ paradiſum: purgatoriũ & infernũ: vt quæ ibi agebantur: patefacerẽt vniuerſis. Sibiq dixerat q ad corpora redirẽt: & de ꝑpetratis peccatis ibi agerent pœnitentiã: qui eo die & hora qua venerabilis Euſebius migraturus erat: & ipſi morituri erant: ac etiã ſi bene agerẽt pœnitentiã: cũ eo gloriam adepturi: quod & factũ ẽ: vt inferius declarabo. His igit peractis: multitudo maxima populorũ tã fideliũ q etiã illius ſectæ defenſorũ: qui ad tam grande cõcurrerant ſpectaculum: tam certum indiciũ & veritatis experimentum: necnon beati Hieronymi merita egregia cernens: magnis vocibus immenſas gratias referunt creatori: q ſuos in ſe ſperantes nõ deſerit. Et ſic Auguſtine chariſſime: pius dñs nauiculam ſuæ fidei ſacratiſſimæ: in huius mundi mari eructantibus malorũ hominũ fluctibus agitari permittit: ſed minime naufragari. Quo quidẽ forti quæſo eſto animo: viriliter age: non formides. Contra fidei perſecutores magnanimus dimicare: ſub vmbra alarum tam pij patris: qui ſuorũ fidelium præces ineffi caces non ſinit: dummodo tota ſpe & puro fiant animo. Nõ enĩ noſtræ nequeunt exaudiri præces: niſi cũ in deo noſtra nõ perfecte ſpes conſiſtit: vel quia petimus nõ petenda. Ad ipſum ergo dñm nõ tm ore: ſed toto corde clamemus dum affligimur. Et ipſe qui dominat ĩ virtute ſua: & nos quotidie oculo reſpicit pietatis: nõ permittet nos tentari ſupra id quod poſſumus. Sed ne nimis deuius a propoſito modo gradiar: ad incepta redeã. Et venerabilis Euſebij obitũ explens primo: & virorũ illorũ trium ſimiliter: quos reſuſcitatos noſti migrationẽ ſcribẽs: quia eadem hora ſunt & die: qua Euſebius de huius mundi & valle miſeriæ exempti: aliqua Hieronymi miracula de multis introducam poſtmodum.

Capitulũ ij.

a Dueniẽte aũt die quo btũs Euſebius a btõ Hieronymo ĩ viſiõe (de qua ſupra fatus ſum) C ſe migraturũ ſcierat: die tercia præeũte languore febriũ cõcuſſus valide ſe ſuper terram (mgrĩ nõ imẽor) nudũ deferri fecit a frĩbus: & ſingulũ fratrũ benigna cõſolatõe cõforta uit: & vt in ſancto manerẽt ꝓpoſito: admonuit. Deinde ſaccũ quo glorioſus induebat Hieronymus deferri fecit: & ſupra ſe poni iuſſit. Ordinauitq ſe nudũ inſtar glorioſi magiſtri ĩ eccleſia in qua iacebat ſancti Hieronymi cadauer ſepeliri. Poſt hæc cõmunione ſacratiſſimi corporis Ieſu Xpi ſe muniẽs: dño ſe & beato Hieronymo cõmendauit. Et per triduũ locutione corporalicq viſione priuatus: circũſtantibus fratribus alternatim pſalteriũ: paſſiões dñi: & alia ſacra cõtinue legentibus iacuit. Durũ quippe & cũctis recte ĩ mũdo degẽtibus formidabile hoc quod narro. Die aũt quo moriturus erat: per duas horas ante anĩæ beatæ exitũ: venerabilis Euſebius tam terribiles actus cœpit peragere: q circũſtantes monachi pauore perterriti: velut amẽtes ĩ terra iacebãt. Nam qñq tranſuerſis oculis: manibus iũctis: facie terribili: voceq dura quaſi ſedens clamabat: Nõ faciam: nõ faciam: mẽtiris: mẽtiris. Poſt hæc ad terrã rediens: firmabat ĩ terrã quantũ potuit: clamans: Adiuuate me fratres ne pereã. Quod monachi vidẽtes: lachrymãtes & tremẽtes eũ interrogauerũt: Quid habes pater? Ad quos ille: Nõ videtis dæmonũ agmina: quæ me debellare cupiunt? Et illi: Quid te facturũ volebant cũ dicebas: Nõ faciam? Et ille: Conant nãq vt diuini nominis blaſphemus inueniar: & ideo hoc me nõ facere clamabam. Et illi: Quare pater faciem abſcondebas in terram? Et ille: Ne eius aſpectũ cernerem: qui tam turpis & terribilis ẽ: q oẽs pene formidines quæ ĩ mũdo ſunt: reſpectu eius nihil ſunt. Inter hæc verba actus priores reiterans ſic ad extremã horã videlicet deuenit. Frẽs aũt qui aſtabant: pauore & dolore pterriti velut mortui ſtabant: quid facerẽt neſciẽtes. Glorioſus deus ĩ ſanctis ſuis: mirabilis in maieſtate ſua: beni-

gnus:& ſe amantibus miſericors:ſanctos ſuos nō derelinquit ī tpe neceſſitatis. Ad extremā nāq; horā venerabili Euſebio prævenīēte glorioſus Hieronymus apparuit:eū benigne cōfortans. Cuius aduentū oīs illa dæmonū turba q̄ſi infinita:eius timore perterrita:ab eo velut fumus euanuit:vt plures teſtant monachi:qui,pprijs oculis diſpēſatiōe diuina ſe hoc vidiſſe dicūt.Sed hoc magis approbat:nā oēs circūſtantes audierūt has ab Euſebio voces:Vnde venis pr̄?Quare tā tū moratus es?Cui ſubito cūctis audientibus alia vox reſpondit:Expecta fili:ne formides:qa te nō deſerā quē tantū dilīgo.Q ua audita voce:breui inde decurſa morula:venerabilis Euſebius expirauit.Q ua quidē hora & illi tres qui reſuſcitati ſunt migrauere:&(vt puto)cū Euſebio ad æterna gaudia peruenerūt.Nā per illos oēs.xx.dies:quibus poſtq̄(vt noſti)reſuſcitati ſunt:ſe ī tāta pœnitētia tradiderūt:q; ſine dubio æterna beatitudine potiunt. Silētio prætermittendū neq; q; puto:quæ ab eiſdē tribus viris per illos dies quibus vixerunt didici. Cōtinue toto hoc tpe cū aliquo eorū ſecreta vita illius quā poſt hanc breuē & momentaneā expectamus:rimari cupiens alternā diē ducens ad veſperā.Sed q̄uis multa ab eiſdē didicerim:tñ ad præſens breuitatis cauſa quædā tm̄ referā.Cætera vero al's ea dicturus omittā. Q uadā vice ad vnū eorū me iuiſſe contigit:quē dure lachrymantē:nec meis verbis cōſolationē aliquā admittētē cōperiens:tanti fletus cauſam ab eo cœpi inquirere.Qui pluries de hoc a me interrogatus:nec tñ ad interrogata reſpōdēs:tandē meis coactus īportunitatibus ſic rñdit:Si quæ pridie ſū expertus nō ignorares:tibi in eſſet ſemp cauſa fletus.Ad quē ego:Q uæſo vt quæ vidiſti ediſſeras.Tūc ille pauliſper tacēs dixit:Quales credis pœnas & tormēta:nō ſolū dānatis:ſed etiā ī purgatorio exiſtētibus præpari? Ad quē ego:De īcertis quæ vera p̄t,pferri ſnīa?Vt enī puto:nr̄is quibus affligimur pœnis æq̄ri nō p̄nt.Ad quod ille:Si oēs quæ ī mūdo cogitari poſſent pœnæ:tormēta:afflictōes:minori quæ illic habent pœnæ & tormēto cōparent:ſolatia erūt.Mallet enī quilibet viuentiū(ſi illas experiētia noſceret pœnas)vſq; ad finē mūdi oībus his ſimul ſine remedio cruciari pœnis:quas oīs hoīes ab Adā hucuſq; ſigillatim pertulerūt:q̄ vno die ī inferno ſiue purgatorio:minori quæ illic habet pœna torq̄ri.Et io ſi cauſā mei fletus interrogas:timor pœnarū ē quæ peccatoribus iuſte dant.Scio nāq; me erga deū meū peccaſſe:& ip̄m iuſtū fore nō dubito. Qua de re non mireris ſi plango:cū potius ſi nō plangerē vehemēter admirari deberes.Sed potius admirare quare hoīes qui ſe mori nō dubitant(ſaltē alioq; experimēto)tāta hic ſecuritate viuūt:nec tātas cogitant euadere pœnas.Ad hæc dolore tactus intrinſeco:ita vt vix verba formare poſſem:dixi:Heu qd audio?Sed quæſo in quo tormēta differūt infernalia ab his quæ ſunt ī purgatorio dicas.Et ille:Nihil inter ſe differūt:quia eadē ſunt magnitudine pœnæ purgatorij & inferni.Sed vnū eſt quo differre p̄nt:quia infernales finē nō expectant:ſed augmentū:ſcilicet ī iudicij vniverſalis die:quādo corpora ibidē cruciabunt cū aīabus:& purgatorij ſunt cū fine.Nā poſt expletā pœnitentiam inde exempti gaudijs beatiſſimis perfruunt.Ad hæc ego:Sūt oībus ī purgatorio exiſtētibus æq̄lia tormēta vel diuerſa?Ad hæc ille:Diuerſa quidē.In aliquibus maiora:aliquibuſue leuiora iuxta magnitudinē p̄ctōr;.Nā ī patria etiā beatorū oēs aīæ glorioſæ diuinā cōtemplant ſpeciē:in quo oīs conſiſtit gloria.Q uæ q̄uis ſingulæ tanta habeāt gaudia:quāta velle vel cogitare p̄nt:tñ gaudijs nō ſunt pares:quia maiora hæc poſſidet:miora illa:iuxta opa quæ fecerūt. Sed ſi tibi aliqua ex hoc oriret admiratio:vt ſanctis poſſit ineſſe diuerſitas gaudiorū:quorū cauſa ē ſolus ipe deus:In quo nulla potuit vnq̄ fore diuerſitas.Solutio ſatis patet.Nā cū diuina cōtemplatio & cognitio ſiue intelligentia ſit tota merces & gloria:in aliquo pōt eſſe ſanctorū minor:in aliquo vero maior.Iccirco cū oēs ſimul animæ deū ſicuti eſt videant & cognoſcant:aliqua minus videt & intelligit:& ſic minor ineſt ſibi gloria.Aliqua vero clarius videt & ſubtilius intelligit:& ſic maiorem poſſidet gloriā.Sic etiā de illorū miſerorū damnatorū pœnis dici poteſt.Nā cū omnes animæ damnatorū ī vno cōſiſtant pœnarū loco:tamē diverſis cruciant pœnis iuxta vitiorū qualitates.Tantū ſiqdē differt inter xp̄ianorū qui ibi torquent pœnas & paganorū:vt paganorū cruciamēta reſpectu eorū quæ falſi xp̄iani & p̄ctōres ſuſtinēt:ſint quaſi nulla:q̄q̄ ineffabilia ſunt:nec a viuentibus cogitabilia:vt dignū eſt. Nā illi gratiā dei in vacuū receperūt:nec voluerunt a p̄ctis corrigi dū vixerunt:ſacris cōtinue vociferantibus ſcripturis:q̄s,p nihilo putauere.Tū ego horribile eſt inquā quod dicis:& vtinā ſedulo mortaliū inſiſteret mentibus:vt vel tantaq; pœnarum terrore a prauis ceſſarent:ſi nollēt amore gloriæ.Sed quæſo quid erga te pridie exeunte aīa peractū eſt:breviter innoteſce.Ad quod ille:Adueniente inquit mortis meæ hora:tanta in loco quo migraturus iacebā nefandoq; affuit ſpirituū multitudo:q; præ multitudine dinumerari oīno nō p̄nt:quoq; ſpecies talis erat q; ea nil pœnoſius:nilue horribilius excogitari pōt Potius enī quilibet hominū flāmis ardentibus arſuq; ſe exponeret:q̄ earū formarū ictu oculi viſione potiri;

qui ad me venientes: oĩa quæcũq; perpetraui opa cõtra deũ: ad meã memoriã reuocabãt: ſuadentes mihi vt amplius diuinã miſericordiã quã tam grauiter offenderã nõ ſperarẽ Et certe noueris q; niſi me diuina miſeratio adiuuiſſet: eis reſiſtere nõ valebã. Nã dũ omni vigore ſpũs deſtitutus eorũ verbis paulo minus aſſentirẽ: glorioſus affuit Hieronymus: magno vallatus agmine angelorũ: ſeptĩes ſole ſplẽdidior: me confortans. Qui vbi illos ſpũs imundos fuit intuitus: me tã dure exacerbãtes: valde cõmotus erga eos: voce terribili eis dixit: Quid ad hũc nequitiæ & oĩs male dictõis ſpũs veniſtis? neſciebatis hũc meis fore fouẽdũ auxilijs? Protinus hũc relinquẽtes abite: & vras ab eo elõgate nequitias. Quãtũ diſtat ortus ab occaſu: hic illa maledictorũ ſpirituũ ſocietas perterrita: diris vlulatibus & clamoribus limẽ loci ĩ quo iacebã exceſſit. Tunc gl'ioſus Hieronymus aliquibus imperãs angelis: ne a me diſcederẽt: ſed quouſq; reuertereꝫ expectarẽt: cũ cæteris angelis feſtinãter abſceſſit. Eodẽ quoq; abeũte: angeli qui ad me cuſtodiendũ remanſerant: me cõfortare cœpere: blãdia & dulcia ꝓmittẽtes: ſi forti aĩo ꝓdurarẽ. Inter hæc aũt cõſolatõis eloquia hora q̃ſi decurſa: ſecũdo beatus Hieronymus veniẽs: ſtãſq; ĩ limĩe: Velociter inquit venite Tunc ſubito aĩa corpus relinquẽs tã grauiť & acerbe: q; certe quãtæ fuerint p̃ſſuræ & anguſtiæ intellectu nõ caperet mẽs humana: niſi vt ego didiciſſet. Si enĩ oĩs humanorũ intelligẽtia: q̃s vellet anguſtias & dolores exiſtimaret: reſpectu animæ diſſolutõis a corpore: tñ illa pro nihilo computaret. Hæc & alia nõ minus ardua: & valde mortalibus formidanda: quæ pro lõgitudine præſenti operi nõ inſcribã: eo loquente: incipiebat claudi dies occaſu ſolis: quo neceſſe fuit: quid ei poſt mortẽ cõtigerit nõ explere. Sed quia præ cæteris affectabã ſequẽti die duobus aliĳs cum eo inſimul cõuocatis ad narrationis illius ſeriẽ redĳ: hoc cupiens ab illis etiam duobus aliĳs perau-dire: vt triũ teſtimonio ſolidius edoceret. Itaq; cũ hic iã dictare icĩperet: ſic reſpõdi: Q̃ q̃ hæc vtilia ſint: nec cederet in vacuũ ſæpius ipſa fari: tñ his quæ iam audiui omiſſis: quæſo vt quid vobis poſt diſſolutionem corporis euenerit: meo hianti detegatis animo. Ad hoc ille qui mihi quæ audiſti tranſacto narrauerat die: Quod Cyrille inquit interrogas: nõ ẽ poſſibile plane fari: q̃m ſpiritalia noſtris mĩme ſenſibus comp̃henduntť. Scis nãq; nõ te exanimẽ fore: tñ quid aut qualis ſit anima nõ agnoſcis. Deũ certe ſcis oĩm eſſe principiũ & finẽ: a quo incipiunt oĩa atq; tendunt Et tñ quid ſit deus aut qualis: dũ carnis iſtius grauiſſimæ corruptibile portas onus nõ intelligis niſi per ſpeculũ in ænigmate: ſic etiã de angelis & cæteris incorporeis idem liquet. Cũ enĩ multa quæ ſunt notiſſima in natura: noſtræ paruæ intelligentiæ defectu intelligere nõ poſſumus: ſuper cœleſti & ſpiritalia omnino aliena a naturæ cognitione: quomõ intelligemus? Vt dicis inquã eſt ſed vti potes quæſo dicas. At ille: Circũloquar ĩquit id quod optas: & dicam paulominus quod nõ poſſum. At hi qui mecũ ea quæ pridie dixi ſunt experti: ſi ita eſt teſtificabunť Mea pridie anima a corpore tot (vt ſupra fatus ſum) preſſuris & doloribus diſſoluta: ſubito ictu oculi ineffabiliter fuit ante dei iudicantis præſentiam deportata. Sed a quibus & quomodo non agnoſco. Nec certe mirum: Nam nunc carnis mole aggrauor: tunc autem erat anima ſine carne. Fuerũt etiam ibidẽ iſtorũ animæ: terroribus inexcogitabilibus: quid iudex ageret formidantes. Heu cur mortales neſciunt: quibus hoc eueniet quod tunc nobis. Certe ſi illius nõ foret ignorantia: totiẽs nõ peccarent. Nullũ quæ toto tpe geſſimus peccatorũ iudicẽ latere potuit: imo cuncta quæ fecimus tanq̃ ſi forent præſentia: cũctis aſtantibus clara erant: ita vt minimũ noſtrorũ cogitaminũ: ſicuti fuerat apparebat. Cõſidera nãq; quibus & quot agitabamur terroribus. Hic dæmonum multitudo ſtabat: mala teſtificantes quæ fecimus: locũ: modũ & tẽpora declarãtes. Hinc noſmetip̃ſi quæ obĳciebanť: nullatenus contradicere poteramus: tũ quia iudicẽ cuncta ſcientẽ: tũ quia ip̃ſũ quilibet noſtrum iuſtiſſimũ cognoſcebat. Heu quid dicam? Quã ſententiã præſtolabamur: ob eius memoriam nunc formido. Hincinde mala vndiq; vindictam iudici acclamabant. Cũq; iam nihil deeſſet niſi ſententiã publicari: quæ peccatoribus digna datur: Ecce glorioſus Hieronymus cũctis ſplendidior aſtris a beato Iohanne baptiſta: ſummoq; apoſtolorum Petro: necnon angelorũ ingenti multitudine comitatus: ad præſidentis iudicis thronũ veniens: noſtrã ſententiã ſuſpẽdi modico tp̃is: noſq; ſibi dari ob reuerentiã & deuotionẽ: quam ſibi contuleramus: & ꝓpter erroris deſtruendi neceſſitatẽ vt voluit impetrauit. Deinde nos ſecũ ducens oĩm illa beata vallatus ſocietate: vbi fidelium animæ ineæſtimabili gloria perpetuo perfruuntur: quæ ibi gerebanť: vt rederemus teſtimoniũ: declarauit. Poſt hæc ad purgatoriũ & infernũ nos deducẽs: nõ ſolum quæ ibi erant indicauit: ſed voluit vt pœnarũ experientiã ꝓbaremus. His ig̃ť oĩbus ſic peractis: hora qua noſtra cadauera ſacco quo beatus vſus fuit Hieronymus: tetigit venerabilis Euſebius: idẽ glorioſus Hieronymus nobis imperauit: vt ad corpora rediremus: Mandans vt de his quæ vidimus teſtaremur: ꝓmittẽſq; nobis viceſimo die: ſi de ꝓpetratis pc̃is nos cõtingeret debitam pœ-

nitentiã exercere: cũ beato Euſebio qui tunc erat ex hoc ſæculo migraturus: gloriã finis neſciam adipiſci. Sicq; corpibus noſtræ aiæ ſunt coniunctæ. Multa ſiquidẽ Auguſtine chariſſime formi danda: quæ mortaliũ impſſa mẽtibus: ab eiſdẽ labẽtiũ oĩm terrenoꝝ amorẽ & curã puigilẽ: qua tot aberrant hoĩes (vt puto) fũditus extirparẽt: patẽter didici: quæ ſi his chartiſ ĩprimerẽ: plus co gitato opus procederet: nec eſſem compos ſubſcribere iã, pmiſſa. Itaq; cũ de, pximo te expectẽ vi ſitatuꝝ glorioſi Hieronymi reliquias: vt tuæ quas pridie recepi lr̃æ fatebant̃: hæc oĩa hoc fine claudã: tangẽs venerabil' Euſebij ſepulturã: vt ad miracula redeã enarranda: quæ ſupius ſũ polli citus enarrare. Obitus nãq; Euſebij venerabilis & triũ hoĩm prædictoꝝ ſeriẽ in præcedentibus q̃ breuius potui: inſeruí: quædã tibi (vt puto) affectuoſa interponens. Sed prædictoꝝ ſepulturæ ſeries ita patet. Mortuo nãq; venerabili Euſebio: plura ſunt miracula cũctis viſa: quæ præceden tis vitæ ſanctitatẽ teſtant̃. Quoꝝ ad præſens duo ſolũ dicã. Monachus quidã cuiuſdã cœnobij: præ lachrymis & vigilijs priuatus corporali lumine oculorũ: ſtatĩ vt Euſebij corpus venerandũ facie tetigit: priſtinæ lucis gratiã ẽ adeptus. Dæmoniacus aũt quidã dũ ſacrũ corpus ad eccleſi am duceremus: eidẽ obuians eſt, ptinus liberatus. Iuxta eccleſiam ĩ qua glorioſi Hieronymi ca dauer ſanctiſſimũ eſt humatũ: venerabilis Euſebij corpus honore debito nudũ magiſtri inſtar ſe peliuimus. In cuius etiã cemiterio: ho minũ illoꝝ triũ qui eadẽ ſũt hora mortui: fuere corpora tu mulata. His ergo dictis venerabilis Euſebij cuncta ſileant: vt prægrandia & ineffabilia locũ tene ant prodigia eximij beati Hieronymi iam promiſſa. Ca. iij.

D Namœno & iocũdiſſimo ſiquidẽ geſtoꝝ ſanctiſſimi Hieronymi prato poſitus: vti ſertũ i faciens: præcipuos & decoros miraculorũ flores ad huius opuſculi venuſtatẽ: & nr̃æ po ſterorũue ſaluti vtiles pro poſſe legã. Quoꝝ oĩm quid pridie erga Sabinianũ hæreſiar cham peſtiferꝝ (quẽ agnoſcis) peractũ ẽ: primo dicã. Sabinianus nãq; hæreticorũ fautor: duas ĩ Xp̃o aſſerẽs volũtates: & (quod peius ẽ) inter ſe q̃nq; diſcordes. Ad cuius tã inopinabilis falſita tis, pbationẽ: introducebat illud quod ĩ euangelio Xp̃s dixit: Pr̃ ſi fieri põt trãſeat a me calix iſte Mat. 26 Eliciens ex hoc ratões grauiſſimas & pene inextricabiles: q; paſſionẽ voluerit vna fugere volũ tate: & altera eandẽ coacte ſubire oportuerit paſſionẽ. Et ex his dicebat, q; multa Chriſtus voluit quæ obtinere non potuit: tantũ in nos doloris exercuit: vt magnitudinẽ explicare nequeamus. Peruertebat nãq; idem peſtifer anguis & lupus rapax ſe veſtimento ouium induens: nobis com miſſum gregem. Et vt ſæuitiã diri pectoris efficacius exerceret: opuſculũ quoddã compilauerat falſis, pbans rationibus hoc ſic eſſe. Quod quidẽ opuſculũ (vt fidẽ ei daremus) glorioſo Hiero nymo totius veritatis ſpeculo intitulauerat. Cuius falſitatis noticiã comperiẽs: ſciens tibi Hiero ronymũ epiſtolam ſuper huius erroris deſtructiõe nõ multũ añ ſui obitũ edidiſſe: prædictũ hæ reſiarchã cũ ſuis diſcipulis: & eiuſdẽ nequitiæ miſtris: inuitaui quodã dñico die in eccleſiã Hie roſolymitanã ad diſputandũ: & ſuũ errorẽ nequiſſimũ cõprobandũ. Quo nãq; de vniuerſis me is ſuffraganeis epis: & alijs q̃pluribus orthodoxis: necnõ & ipſo hæreſiarcha cũ ſuis nefandis di ſcipulis ĩ prædicta eccleſia adunatis: diſputatio a nona incepta ad veſpas vſq; tetẽdit. Cum autẽ idẽ hæreſiarcha contra nos opuſculũ ab ipſo falſo cõpoſitũ (quod glorioſo intitulabat̃ Hierony mo) allegaret: has tantas beati Hieronymi iniurias ferre non valens: bonæ memoriæ Siluanus: ſanctæ Naçareth eccleſiæ archiepiſcopus: qui tanta beatũ Hieronymũ affectiõe animi & deuo tione colebat: vt ſi quid faceret: diuinũ nomẽ: & beati Hieronymi præmittebat. Vñ quaſi ab oĩ bus Hieronymus dicebat̃: prædicto hæreſiarchæ, ptinus aſſurrexit: dire eũ increpãs: q; tot & tã tas exercuiſſet nequitias. Dũ aũt inter eos lõga oriret̃ cõtentio: & vterq; obprobria ſibi inuicẽ, p poſſe diceret: In fine ſic ambo pariter ſtatuerũt: q; ſi vſq; ĩ ſubſequentis diei hora nona btũs Hie ronymus hoc opus falſo compoſitũ euidẽter oſtẽderet: prædictus hæreſiarcha capite puniretur ſin aũt archiep̃s. Quibus finitis: ſinguli ad, ppria remearũt. Per totã aũt nocte quiſq; nr̃m orõni bus vacãs orabat: vt nobis ĩ opportunitatibus auxiliũ eueniret a dño: qui neminẽ vnq̃ ĩ ſe ſperã tiũ ſpreuit. Magnus dñs & laudabilis nimis: cuius certe ſapiẽtiæ non eſt numerus. Statuto autẽ die & hora lætus hæreſiarcha in eccleſiã cũ ſuis nequitiæ filijs veniẽs: huc illucq; diſcurrẽs: quæ rebat dei ſeruum: tanq̃ leo rugiens paratus eũ deuorare: veluti ſi foret deus nõ intelligens: nec ſu orum ſeruorum præces exaudiens. Sed tamen cum ſolidius ſe fatuus ſtare crederet: miſerabilius cecidit. Stabat autẽ omnis fideliũ concio in eccleſia: quilibet ſancti Hieronymi clamans nomen. Clauſerat ſiqdẽ glorioſus Hieronymus aures: fingens ſe dormire: orõnes ſupplicãtiũ nõ intẽ dẽs: vt mirabilior appareret. At ego totus pfuſus lachrymis: ſtupẽs & admirãs: cur Hieronymuſ ſic abeſſet: quid deinceps accideret expectabã. Deniq; cum nil miraculi appareret: fæuire cœpit hæreſiarcha canina rabie: vt Siluanus quod, pmiſerat iã expleret. Ad locũ autẽ quo decollandus

erat Siluanus ſctiſſimus gaudẽs & intrepidus: tanq̃ ad nuptias veniẽs: eꝓs & oẽs alios catholicos qui ad hæc concurrerant: his confortabat verbis: Exũltate mecũ chariſſimi: gaudete & nolite contriſtari: quoniã nõ derelinquit deus ſperantes in ſe. Si nõ exaudiat plus meis iam perpetratis merui peccatis. Poſt hæc genua flectẽs: Sãcte inquit Hieronyme adeſto mihi ſi placet: q̃q̃ hoc & maiori ſum dignus ſupplicio. tñ ne falſitas locũ teneat veritatis ſuccurre Quod ſi fas nõ eſt vt adiuuet: propicius mihi eſto ĩ hora mortis: vt gloriæ finis neſciæ nõ ſim expers. Hæc dicens ſpiculatori collum præbuit: vt feriat ipſum rogat. Eleuat autem ſpiculator enſem: antiſtitis venerãdi caput vno ictu cupiens amputare. Adeſt ſubito Hieronymus glorioſus: cunctis cernentibus manu extenſa tenẽs enſem: Siluano imperans vt exurgat. Deinde hæreſiarchã increpans: ſcripturas falſo compoſitas innuens: eiq̃ minans: ab omniũ euanuit oculis. Q̃ huic eius ſimilibus vtinam eueniret. Confeſtim vt glorioſus Hieronymus diſparuit: hæreſiarchæ caput terram petijt corpore detruncatum: tanq̃ ſi enſe ſpiculatoris manus amputaſſet ictu vno. Quod tã mirabile cuncti vidẽtes qui aderant: ilico ſtupefacti deo gr̃as egerunt & Hieronymo glorioſo: & ad veritatis tramitẽ hæreſiarchæ diſcipuli rediere. Ecce quantũ venerabilis antiſtitis fiducia in domino & beato Hieronymo fuit efficax: qui pro veritate mori mĩme formidauit. Exemplar certe factus eſt venerandus antiſtes cæteris chriſtianis. Nõ enĩ xp̃ianus ille eſt qui ꝑ veritate mori timet Si enĩ Xp̃s ꝑ nobis aĩam poſuit: vt nos ab oñi redimeret ſeruitute: & nos ꝑ ipſo cum tp̃s eſt: aĩas ponere mĩme timeamus. Quia nemo niſi legitime certans: põt coronã gloriæ obtinere.

Capitulum iiij.

Erũ quia de Siluano aliquid dictũ noſti: aliud quoddã nõ minus (vt puto) mirabile erga eũ factũ narro: cuius tot fuerũt teſtes: quot Naçareth vrbs & Bethleẽ tenẽt: q̃ pprijs oculis hoc viderũt. Serpẽs ille antiquus diabolus ob ſuã deiectus ſuꝑbiã ĩ inferni ꝓfundũ: venerandi antiſtitis Siluani nimiæ inuidẽs ſanctitati: in eũ dolis vt callidior cũctis animãtibus: graiter ẽ cõmotus. Qui vt virũ dei infamẽ redderet: quatenus qui ſuo ſanctitatis exemplo releuabant ad rectæ cõuerſatõis ſemitas: ſuo caſu deciderẽt ad peiora. Nocte quadam formã ſancti viri ſumens: cuidam mulieri nobiliſſimæ iam ĩ ſtratũ quieſcenti apparuit: & ſe ad eam illicite accedere fingens: conſenſum ſui corporis inquirebat. Ad quod perterrita mulier: viri ignorãs ſpeciẽ dũ ſe cũ hoie ſolã ĩ thalamo cerneret: nec quid faceret ſciret: diras cœpit voces emittere illa: vt clamoribus aſſiduis oẽs excitarent dormientes: & nõ ſolũ de illa domo: ſed etiã cõuicini. Qui oẽs ad predictæ mulieris thalamũ accurrentes: quid hoc eſſet interrogauere pauidã mulierẽ. Interea callidus ſerpẽs ſub thoro ſe ponẽs cœpit latere. Qui accurrerant hæc audientes: quis hic hõ fuerit: vbiq̃ perquirere inceperũt. Verũ illi diu perſcrutãtes: tandẽ ad locũ venientes vbi peſtifer latebat anguis: aliena ſpecie occultatũ hoiem inuenerũt. Qui eundẽ candelis accẽſis intuentes Siluanũ archiep̃m crediderunt. Ad quod omnes qui aderant ſtupefacti: & velut amentes effecti: q̃ſi quid agerent: quidue dicerent ignorabant: ſcientes eiuſdẽ ſanctitatis nomẽ. Et quia hoc tã deteſtabile inopinabileq̃ cernebant: eũ interrogauerũt cur tantas neqtias ꝑpetraſſet. At ille: Quid inquit malũ feci: ſi mulier hæc me ad huiuſmodi negociũ inuitauit? Quod mulier audiẽs: eũ fore mendacẽ lachrymãs correſpondit. Tunc ille: vt hoies illos erga dei virũ ad maius odiũ incitaret: quatenus illũ citius diffamarent: talia cœpit & tã abhorrenda verba fari: q̃ nullus præ turbatione auribus poterat ſuſtinere. Quo circa eũ cõtumelijs & obprobrijs exacerbantes: coacte extra domiciliũ expulerunt. Mane autẽ facto quæ geſta fuerant enarrantes Siluanum archiep̃m hipocritã: & dignũ incendio acclamabant. Qua de re quaſi tota ẽ Naçareth cõmota verſus archiep̃m: ita vt audiẽdo eius nomẽ quilibet blaſphemaret. Mira huius viri patientia: & magnæ ſanctitatis indiciũ. Volat ad innoxij antiſtitis aures tanti fama diſcriminis: os tñ nõ mouet ad iniurias. Inter tot aduerſa cor manet immobile: ad nullã ſe vertens impatientiã. Gratias diuino ſemp agens nomini: ſua hoc confitetur noxia meruiſſe. Heu quid dicã Auguſtine. Nõ ſolũ iniurias & obprobria fere vt poſſum fugio: ſed etiam quia verbulis frãgor: præmia opto. Nec de laboribus curo: q̃q̃ ſciã ad regna cœlorũ nõ aliter quẽpiã: niſi labor & afflictionũ tramite ꝓuenire. Quid enĩ aliud debeo iudicare: cum me a ſanctis in moribus & vita diſcordẽ inuenio: niſi ad diſcordẽ in morte & præmio reperiri? Flebilia & grauia mihi adſunt: ſi ſanctor vitam & meã recordor. Miro quippe auditu ſanctor geſta reuoluunt homines vti ego: & tamen nil ipſi volunt perage re. Porro hoc ad meã detegendã inſipientiã eſt: quod dicam pluries me ab eiuſdẽ Siluani ore audiſſe ſcio: nunq̃ tantũ ſe fœlicẽ fuiſſe: quantũ cum ſe ab hominibus deſpici & cõculcari cernebat Creuit intantũ eius infamia: q̃ eius opinio vſq̃ Alexandriam: Cyprum: & per ciuitates affines pene ore omniũ eſt delata. At qui limen domus innoxij antiſtitis calx tangere nõ audebat. Ma-

nens vero in ſupernis dñs ſpectator oim: ſuos ſinit labi ſanctos ī tribulationū erūnas, vt tūc fide les patiētia eos reddat: ſed eos exigēte neceſſitate ī pſſuris mīme derelinquit. Reuoluto ītaq; an no quo diaboli aſtutia talia erga dei hominē perpetrauerat: ciuitatem Naçareth (vt illarum gen tium aliqualiter ſcandalum mitigaret) vir dei occulte deſerens: ad eccleſiā in qua glorioſi Hiero nymi humatū quieſcit corpus: tanq̄ ad refugij portum veniens: ſe in ſepulturæ loco poſuit ora turus. Quo per duaꝝ horarum ſpaciū ſic manente: vir quidā nequitiæ ſpū inflāmatus: in prædi ctam eccleſiā intrans: ſanctūq; reperiens ſuper ſepulturā ī orōne poſitū: ad eum velut draco cu currit: ei improperans q̄ mulierꝝ mentes ad libidinoſas ſuas voluptates continue incitaret. Cui agnus innocens Siluanus ſe deſpici gaudens humilitate ſolita: vt iſta ſæpe ei diceret blandis col loquijs inuitabat. Quod peſſimus ille latro audiens: gladiū ex vagina ſuo pendēte lateri: impu dica trahens dextera: ipſum vt in Siluani antiſtitis guttur īmergeret eleuauit. Cui cū hoc verbū: Succurre Hieronyme glorioſe venerādus antiſtes opponeret: in guttur propriū eleuatū gladi um immerſit: viri illius dextera retrouerſa. Et ſic (vt decebat) ſeipſum vir nequiſſimus intere mit: vt in lacum caderet quem effodit. Admirabile hoc: ſed non minus eſt mirabile id quod re ſtat. Caſu ītaq; alius ſuperueniens vir nequiſſimus: hoc quod vltione diuina perpetratum fue rat vt vidit: protinus gladium arripiens: a dei viro hominem illum æſtimans interemptum: Sil uanum īterficere conabatur. Ne nimia verba loquar: id quod primo acciderat: huic euenit. Quī nondum vir iſte ſecundus in terram ceciderat: q̄ duo alij viri eccleſiaam intrauere. Qui id vidē tes diuini ignari iudicij: hoc tantum fuiſſe peractum ſcelus a dei homine putauerunt. Quorum vnus id præ alio graue ferens furia veſaniæ vndiq; inflāmatus: latro cœpit quantum poterat ex clamare: vſq; quo tua viget malicia. Tu mulieres ad tuas libidinoſas cogis voluptates: & homi nes interficis in occulto: certe tuæ hodie nequitiæ finis erit. Et ſubito pro poſſe cucurrit vt eū ex tingueret vibrato & denudato enſe. At vbi Siluanus more ſolito: Succurre glorioſe Hieronyme exclamauit: vir ille vt duo primi: ſe manu & enſe proprio interfecit. Vir autem alius qui cum ip ſo venerat: hoc intuens: tremebundus ob viſionem ad eccleſiæ fores cucurrit. Qui id quidē ma leficijs factum putans: quantū poterat exclamare cœpit: Huc omnes accurrite: ecce maleficus Sil uanus archiepūs: nō ſolum mulieres vituperat: ſed ſuis etiā incantationibus necat homines toto propoſſe. Fit his auditis nimius virorū & mulierū concurſus: verberant aera: voces combuſtio ne dignū Siluanū archiepiſcopū nequiſſimū acclamantes: hæc ad meas ſonāt aures. Triſtis ergo & lachrymans ad tantū pergo monſtrū. Stabat agnus inter lupos atrociſſimos ſæuientes vt ca nes famelici: rabie nō mīma: mitiſſimus & lætus tanq̄ fungens, proſperis: nil dicēs aliud niſi hoc iuſte patior: quia in deum meū peccaui grauiter. Verberat vir innocens: capitur ab omnibus: vt ad ſupplicia tanto lætior quanto pœna grauior deducat. At dum ego manu ſilentiū populo eius optans: furorē nimiū mitigare ī ſummo eo amplius iracūdia & furore populus inflāmat. Cūq; iā captus Siluanus extra eccleſiā ducerēt: ſubito glorioſus Hieronymus (vt viſum ē) de loco ī quo iacebat ſurgēs: tāto circūfuſus lumine: q̄ radijs in eū intuentiū oculi vibrarent: cūctis apparuit: ſuo deuotiſſimo antiſtiti auxilia donaturus: qui ſua dextra Siluani venerandi capiens dexteram his qui eundem captū retinebant antiſtitem voce terribili: vt eundē dimitterent imperauit. Tan tæ ſiquidē fuit virtutis hæc viſio: vt anteq̄ finiret vox talis: oēs repente tantus timor inuaſit: q̄ oīm vigore corpis deſtituti: ī terrā velut mortui cecidere. Inter hæc mulier quædā a nefando ſpū obumbrata: cathenis vincta: compedibus: manicisq; ferreis alligata: pluriū hoīm manibus libe ratōis obtinendæ cauſa ad eccleſiā deportat. At vbi mulieris pes tangit limen: vlulatus & voces terribiles: Miſerere mei glorioſe Hieronyme: nam per te crucior ante tempus: diabolus emitte re non ceſſabat. Cui Hieronymus glorioſus: Nefande inquit ſpūs: ab hac exi famula dei: & tuas detege quas erga Siluanum egiſti fallacias: in Siluani forma omnibus te demonſtrans. Tunc di abolus: vt glorioſus Hieronymus iuſſerat: vt ab omnibus Siluanus eps putaret: apparuit: & rē quam fecerat: vt infamē redderet dei famulū enarrauit. His dictis diris clamoribus & vlulatibus nefandus ſpūs de templo diſparuit. Quod vbi tam mirabile negociū eſt peractū: glorioſus Hie ronymus antiſtitis ſui dexterā nō relinquēs: Quid optas inquit voce leui Siluane chariſſime ti bi placitū me facturū? At ille: Mi dñe: vt me hic amplius non relinquas. Ad quem glorioſus Hie ronymus correſpondit: Quod poſtulas ita fiat. Poſt me velociter ergo veni. Hæc dicens cuncto rum viſui ſe negauit. Interuallo autē horæ vnius facto: Siluanus archiepūs expirauit. Fit ob hoc cunctis ſtupor & admiratio inaudita. Vndiq; mulierū & virorū: necnō & puerorū confluit mul titudo. Lachrymarū effuſione terra madet: voces: lamentatōes: vlulatus: gemitus: & ſuſpiria in Rama ſonant. Quilibet ſe reū eo q̄ in Siluanū cōmiſiſſet; veniam petens clamabat. Per totā au

tem ſequentẽ noctem gentiũ multitudo ab eccleſia non recedit. Itaq; mane facto: clero ad antiſtitis funus præparato: corpus eiuſdem ad Naçareth eccleſiã deportãt: tam iſtius ciuitatis: q̃ illius ſcilicet Bethleem populi multitudine comitatũ. In qua quidẽ eccleſia Naçareth: corpus illud venerandũ humauimus vt decebat. Longa certe adhuc verba: ac etiam admiranda forent. At vero nũc Siluani venerandi præſulis actus finiam. Quædam alia non minus grandia breui verbor̃ ſchemate narraturus. Ca. v.

n Arrandũ puto quoddã ſatis mirabile: quod partim relatõe veridicor̃ teſtiũ didici: partim oculor̃ viſu. Duo viri nobiliſſimi: & rebus tranſitorijs locupletes: licet catholicæ fidei veritatis inſcij: tñ vt i gẽtili ritu geniti ſatis boni: glorioſi Hieronymi mirabilia audiẽtes ex ciuitate Alexãdria adunatis opibus: deuotõe eiuſdẽ feruidi cœperũt iter: vt eiuſdem glorioſi Hieronymi reliquias viſitarẽt. Cũq; iã incepto itinere quoddã a tramite deuij introiſſent nemus vbi nulla hoim aut equorũ veſtigia videbant: beati Hieronymi inuocãtes nomẽ: eiuſdẽ ſe cuſtodiæ tradiderũt. In eodẽ ſiquidẽ nemore: quidã latronũ habens ſub ſe plures quingentis latronibus: habitabat princeps: hos & illos ad aliquod prædeſtinans iter: vt tranſeuntes interficerẽt: & ad eundem & cæteros ſpolia reportarent. Is itaq; princeps hos tranſeuntes intuens: tribus cõuocatis latronibus: vt ad eos interficiendũ accederent: imperauit. Qui ſui principis iplere iuſſa cupiẽtes: aſſumptis armis illorſũ qua gradiebant Alexandrini cõcito curſu tendũt. Magna ſiquidẽ glorioſi Hieronymi merita: magna & prodigia forte vt puto a ſanctis modicis talia vnq̃ viſa. Accelerãt latrones vt tranſeũtes mactẽt. Sed dũ ppe fuerũt: quos prius ſolũ cernebant duos: paulominus innumerabiles eſſe vident. Inter quos vir præibat tanto lumine circumluſtrãs: vt intuẽdi in eũ aliqualiter fas nõ eſſet. Apprehendit timor: ſtupor & admiratio hos latrones: quid aliud poſſint facere neſciũt: niſi ad latrones alios remeare. At vbi iã forent a lõge redeuntes retrouerſi ſolũ duos vt prius homines reuiderũt. Miranť nimis latrones: & ſe illuſos arbitrantes: cœperunt ad tranſeuntes hoies retrogredi. At vbi appropinquarunt: vti prius viderant nũc viderunt. Magis ac magis ſtupefacti latrones cernẽtes in vacuũ ſe rediſſe: terga verterunt: & velociter ad ſuũ quid hi feciſſent expectantẽ principẽ deuenerunt. Increpat eos princeps quid tãdiu peregiſſent Sed cũ rem geſtam audiſſet: eos inſipientes & fatuos exiſtimãs: duodecim alijs latronibus cõuocatis: cũ eiſdẽ verſus hoies tranſeuntes meat curſum. A longe duos cernũt: ſed ppinqua vti primi viderant: ſic & iſti. Eorundẽ ptinus tremũt baſes: trepidat cor: fiunt velut amẽtes: oĩ vigore animi deſtituti. Tandẽ in ſe redeuntes eos latẽter ſequunť: cupientes quid deinceps accidat edoceri. Trãſeũt vero huius neſcij trãſeũtes hos: vidẽtes hoies: & inter ſe q hi ſint auide percunctanť Denicq; iã occaſu ſolis inclinata die: cũ quid in nocte faciant neſciãt: illos duodecim latrones viatores exiſtimãtes: ad eoſdẽ cõſulendũ ſtatuunt declinare. At vbi ad latrones veniẽdi iter carpũt: eoſdẽ latrones ſolũ duos cernũt. Quo vigore latrones adepti trãſeuntibus & ipſi ptinus obuiarũt. Qui oẽs inuicẽ iũcti ſe ſimul ſalutarũt. Interim interrogãt latrones qui ſint: vñ veniãt: & quo pergãt. At illi inquiũt: Sumus de Alexãdria. Inde venientes Bethleẽ: petimus vt glorioſi Hieronymi reliquias viſitemus. Ad hæc latronũ princeps: Qui inquit fuerũt viri: qui hucuſq; vobiſcũ tm̃mõ veniebant? Miranť hos talia fari viatores: & ſe poſtq̃ nemus intrauerunt: neminẽ niſi ipſos: & tres alios vidiſſe vel audiſſe dicunt. Quæ geſta fuerãt tũc latronũ narrat princeps. Illos obſecrat: vt ipſis ob quam cauſam hoc acciderit: ſi noſcunt debeãt indicare. Quibus illi: ob aliã cauſam niſi quia glorioſi Hieronymi cuſtodiæ ſe dederunt: hoc eueniſſe ſe neſcire dicũt. Ad hoc latrones ſpũſancto: qui vbi vult ſpirat ſubito inſpirãte: omni quã prius habebãt ferocitate depoſita: in terrã eorũ pedibus ꝓuoluti: pro excogitatis flagitijs veniam poſtulãtes: illos ad latrones alios perduxerũt. Sed quod dico nõ minus patet ad contuendũ. Hora prima noctis ad latrones expectantes deueniunt: poſt hoc quid acciderat declarant: eoſdẽ exorantes: vt hi flagitijs ſolitis iã expulſis: ad glorioſum viſitandum cadauer Hieronymi ſecũ irent. Fit his verbis cæteris latronibus irriſio. Promittunt ſiquidẽ ſuo principi: & illis alijs necem duriſſimã: ſi audeãt amplius iſta fari. Nõ ceſſantibus illis priora iterũ loqui verba: latrones q̃plurimi canis rabie furibundi mox i eos inſurgunt enſibus denudatis. Potuerunt nempe rompheas eleuare: ſed ipſis glorioſi Hieronymi auxilia poſtulantibus enſes deponere: donec illi quĩ fuerant occidendi a Hieronymo poſtularunt: nullatenus valuerunt. O ineffabilis clæmentia ſaluatoris: quot modis quos vult ad agnitionem ſui nominis deuenire? Repente hæc tam inſueta omnis illa latronũ videns concio: altis deo & glorioſo Hieronymo vocibus debitas agunt laudes: eiuſdẽ ſe vouẽtes reliquias viſitare. Facto igiť mane plures trecẽtis hoĩbus: qui tũc tpis ibi erãt talia ppetrãtes: cũ eiſdẽ Alexãdrinis ex illo exeũtes nemore: ad glorioſi Hieronymi tumulũ deuenerũt: cunctis tã inſueta ꝓdigia

enarrantes. Baptiçanť itaq; gentiles Alexandrini: & cũctis mundi vanitatibus cõculcatis: religiosam in quodã cœnobio vitam ducunt. Latrones aũt illis sil'r ad lucẽ veritatis: sanctæq; & laudabilis vitæ: diuina gratia & glorioſi Hieronymi meritis peruenerũt. Ca vi.

Icuti Conſtantinopolitanis litteris hac de re mihi ſpecialiter directis: tranſacto nõ longo dierum ſpacio: intellexi ſimile pene miraculum: illi quod ſupra fatus ſum. Duobus accidit Romanis iuuenibus: a Romana vrbe Bethleem venientibus: pro glorioſi Hieronymi viſitando corpore. Quod tractabo ſicuti breuius potero. Cum igitur duo illi iuuenes cuidã appropinquarent rurí: a Conſtantinopoli per duodecim forte diſtante miliariorum ſpaciũ. Anteq̃ rus a duobus miliaribus introirent: eadem fere hora duos contigerat homies interimi. Quorum mortis rumore prædictæ reſonante rurí: loci eiuſdem viri congregati circũquaq; : quis horũ fuerit interfector: cœperũt inquirere vehemẽter. Cũq; diligẽter perquirerẽt: adeſſe cernũt neminẽ niſi prædictos iuuenes: qui iã ꝓpe venerant: reperientes eoſdẽ ꝓtinus tenuerũ: ab eiſdẽ credẽtes fore homies interfectos. Mirant itaq; huius ignari iuuenes: & horꝛ ſe nil ſcire totis niſibus cõiurabãt. At illi eorũ ꝓ nihilo cõputantes verba: captos eoſdẽ ad rus conant ducere feſtinanter Poſt hoc de rure: q; ad eoſdẽ viros iuſticia nõ ſpectabat: cũ accuſatoribus ad Cõſtantinopolitanũ dominiũ capti iuuenes deſtinant. Quĩ (ne nimis lõgus fiã verbis) quod nõ fecerãt tormẽtorꝛ rigore: iuuenibus iã cõfeſſis: adñcit more ſolito ſnia decollãdi. Heu quale cor audiẽdo tot lamẽta innocentiũ: quos & iuuẽtutis & pulchritudinis maxima venuſtas: & ortus nobiliſſimus decorabant: poſſet ſe a lachrymis cõtinere? Flẽtes itaq; iuuenes grauibus lachrymis pallidas facies trigantes: vlulatus: gemituſq; & ſuſpiria ꝓmere nõ ceſſantes: Glorioſe dicebãt Hieronyme: hoc tale ne eſt præmiũ quod obſequentibus tibi præſtas? Eſt tale quod labore tui meruimus itineris? Heu Romana vrbs noſtri præſcia ortus: nõ ſic te credebamus neſciã noſtræ finis. Ad locum nãq; tanti ſupplicij: ibidẽ gentiũ multitudine maxima expectãte: innoxij iuuenes cõducunt. O in effabilis miſericordia dei noſtri: qua cœlũ redũdat & terra: nec ad ſe currẽtis obliuiſcit miſereri Flexis ĩ loco quo plectẽdi erãt: genibus in cœlum vtiq; iuuenes manibus eleuatis: Glorioſe magna voce inquiunt Hieronyme: noſtræ ſalutis & auxilij portus: noſtræq; ſpei anchora ſaluberrima & vitalis: hac inclina hora noſtris indignis ſupplicationibus pias aures: vt ſi hoc quo punimur ſcelus nõ geſſimus: tuas liberationis opes pietate ſolita ſentiamus. Quod ſi fecimus: exigẽte iuſticia condemnemur. Hæc vbi dixerunt: colla extendũt carnificibus feriẽda: nil dicentes aliud: q̃ ſuccurre ſuccure Hieronyme glorioſe. Quin mirũ ſi tot lachrymis cunctorũ ad ſe currentiũ miſericors opifer Hieronymus ſe a miſerẽdo nõ potuit abſtinere: cũ circũſtantiũ oĩm & carnificũ corda ad compaſſionẽ mouerent? Eleuatis ſiquidẽ enſibus iuuenum carnifices colla ferĩunt: ac colla percuſſionũ ſigna vti porphyretici lapides forent: recipiunt. Mirant carnifices: credentes ſe ictus fefelliſſe: denuo eleuant vt plus pñt enſes & feriunt: ſed enſes vti eſſent paleæ iuuenes nunq̃ lædunt. Orit ex hoc inter aſtãtes admiratio: & ſtupor vehemẽtiſſimus oẽs capit. Hinde gentiũ ad tã inſuetã viſionẽ cõfluit multitudo. Audit hoc & ipſe ſentẽtiæ lator: & currit. Iubet iterum carnificibus: vt ſe vidente denuo feriant: & tñ omnimode illeſa iuuenũ colla manent. Stupens magis ac magis iudex: tantiq; ignarus miraculi: nil ſcit aliud cur hæc fiant: q̃ venefícia cogitare. Præcipit itaq; miſtris: omni mora poſtpoſita: nudos tradi arſuros iuuenes rogi flãmis Circa illos mox copioſus ignis accenditur: infundit lignis oleũ & pix: vt vita eorũ citius deſtruatur. Quid mirandũ: ſi compos ꝓtegendi ab enſibus glorioſus Hieronymus a flãmis ſuis ſe inuocantes ſedulis vocibus iuuenes potuit liberare? Surſum: igniũ flãmæ ĩ immẽſum ſcandũt. At iuuenes ſub alis cõſiſtentes Hieronymi glorioſi ſalubriter permanẽt: veluti ĩ amœno ſi quieſcerent viridario & iocundo. Poſt hæc iudex vtrũ hoc aſcribendũ miraculis an veneficijs certius cupiens experiri: vt ſi hi diebus octo ſuſpenſi viuerent: quo vellent abirent ſoluti & liberi cenſuit. Suſpẽſis itaq; illis: mox Hieronymi glorioſi præſentia mime defuit: qui plãtas manibus tenens pedũ illæſos & viuaces ſtatutis diebus mirabiliter obſeruauit. Currũt igit octauo die totius ciuitatis & circũ adiacẽtiũ villarꝛ viri: currit & iudex. Cernũt clare glorioſum miraculũ: patefaciẽtibus qui viderũt: qui ad cuſtodiẽdos iuuenes fuerant deputati. Mirant oẽs vocibus ĩ excelſis laudes peragũt creatori & Hieronymo glorioſo. Mox de eculeo innoxij iuuenes deponunt: & maximis honorꝛ exequijs ab oĩ populo venerant. Verũ ceu ĩ vrbẽ Cõſtantinopolitanã capti: & dolore vehemẽtiſſimo intrauerãt: liberi honorifice & cũ gaudio ineffabili exierũt. Et tandem annuente deo: a multis Conſtantinopolitani populi comitati Bethleẽ attingẽtes: veneratõe debita glorioſi Hieronymi reliquias viſitarunt. Statimq; depoſita ſæculariũ oĩ cura: cœnobiũ ĩ quo iuſſit glorioſus Hieronymus intrauerunt: & vacantes die noctuq; : pœnitentiæ & orõibus celebri

vita ſanctitatis perſpicuæ in prædicto cœnobio adhuc manent. Ca. vij.

Agnæ admiratiõis gaudij deuotõiſq; tã præcedẽs iuuenũ miraculum extitit: ſed multæ
m formidinis conſtat ſequens ĩ ſacris ordinibus maxime cõſtitutis. Apud ſuperiorẽ Thebaidem quoddã dominaq; fuiſſe añ duos annos dicit eximiũ & diues monaſteriũ omni pulchritudine & excellẽtia decoratũ. In quo pene ducẽtæ dñæ vita honeſtæ religionis recluſiõe cõtinua decoriſq; moribus permanebant. Ad hoc qui inſunt figant aures: ne quod vna hauſerat auricula fundat altera. Nauis quãtũcũq; ſana ſit & integra: modicũ ĩmo nihil ꝓdeſt: ſi alta volẽs ſecare: naria: paruũ quod fundo ineſt foramẽ relinquat: vt dira naufragia nõ admittat. Cur hæc ſim fatus: præſentis narrationis hiſtoria reſerabit. Multis itaq; pollẽs prædictum monaſterium virtutibus: vnum peſſimũ quo ruit ſimoniæ vitiũ retinebat. Nam inſtigante diabolo in eiſdẽ dominabus hæc obſeruabat abuſio: vt ſi quam vellent in monialẽ recipere: nõ tm̃ intuitu charitatis & miſericordiæ recipiẽdeq; bonitate: quantũ recipiebant reſpectũ pecuniæ. Nulla enĩ in monaſteriũ intrare manſura poterat: niſi certa pecuniæ quãtitas ſecũ iret. In hoc ſiquidẽ erat monaſterio ſanctimonialis quædã dña ætate grandeua: quæ ab infantia ſua ieiunijs & orõnibus omni reſoluta ſceno deo vixerat: quæ vitiũ illud q̃plurimũ abhorrebat. Cui nocte quadam (vt erat ſolita) in oratõe poſitæ: glorioſus Hieronymus apparẽs: locũ illũ immẽſo luſtrãs lumine: eidẽ præcepit: vt ad abbatiſſam cæteraſq; illius cœnobij moniales mane pergeret: nũcians ꝙ niſi a peccato iã inueterato manũ extraherent: vltionẽ diuinã ſubito expectarent. His dictis diſparuit. Perterrita viſione inſueta ſanctimonialis dña: quis hic fuerit iubens talia nũciari in ſeipſa auide pertractans: totam illam noctem peregit inſomnẽ. Crepuſculo diei adueniente: oẽs in capitulo moniales: propulſato tintinnabulo cõgregauit. Quibus admirantibus: ad quæ forẽt tanta feſtinatione ĩ capitulo conuocatæ: ſanctimonialis dña ex earũ aſſurgẽs medio: quæ viderat & audierat omnibus patefecit. Fit ilico ex hoc monialibus cũctis irriſio: hãc exclamant fatuã: multiſq; garriunt deriſiõibus hanc forte illa nimia ebrietate ſomniaſſe. Illa vero accepta cõtumelia: patientiæ ſcuto ſe muniẽs: de earũ ſiquidẽ ꝑtinacia nimiũ dolẽs: ſed de ſua deſpectõe gaudẽs: ad ſolitas redijt orõnes: ſupplicãs cõtinuo: ne ſuis monialibus quod audierat eueniret. Trãſactis igitur diebus decẽ: nocte media prædictæ ſanctimoniali dñæ hac de re deuotis orõnibus incumbẽti: glorioſus iterũ apparuit Hieronymus eidẽ: vt quæ prius nũciauerat monialẽ denuo intrepide nũciaret: allocutõe mãdauit benigna. Ad quẽ illa: Quis inq̃t es dñe talia mihi mãdans? Hieronymus inquiẽs ſum: ab eiuſdẽ euanuit oculis. Illa vero ſciẽs earũ duriciẽ: qd ageret q̃due diceret: neſciebat Tandẽ malẽs a monialibus inſana & ebria reputari: q̃ diuis cõtraire præceptis: cõgregatis iterũ monialibus: quæ viderat & audierat voluit ĩtimare Aſt vt eã aſſurgere mõiales peſtiferæ cõſpexerũt: diuini neſciæ iudicij ſibi de ꝓximo futuri: anteq̃ verba inciperet: e capitulo cũ magnis cachinnatõibus exierũt. Quid? Trãſactis inſuper diebus tribus: dormiẽti prædictæ ſanctimõiali dñæ: glorioſus Hieronymus ĩeffabili quadã ſocietate vallatus angelorũ: nocte apparens media eã excitauit: eiq; iuſſit ꝓtinus: vt de illo exiret monaſterio: nec ſubito futuram ſniam expectaret. Cũ illa vero multis lachrymis ſupplicaret ne hoc fieret: glorioſus inq̃t Hieronymus. Ad abbatiſſam & cæteras pergito oĩ mora poſtpoſita: eiſdẽ nũciãs: ꝙ niſi pœniteant: hac nocte diuinam ſentient vltionẽ. Si aũt in ſua permanebũt duricia: ſtatim exiẽs amplius ĩ monaſterio nemoreris. His finitis abſceſſit. Hæc igiť audiens ſanctimonialis: anxia: plenaq; triſticijs: capitulum adijt: & campanã cœpit vehemẽter vt ad capitulum accederẽt moniales reſonare. Quo Abbatiſſa de ſomno euigilans: cognoſcẽſq; ab hac fore campanã pulſatã: cũ iracũdia ad capitulũ ꝓperauit. At vbi illã vidit: diris eã minis increpans: nullũ voluit audire verbũ: promittens ꝙ niſi ceſſaret hoc agere: ſecũ ĩ monaſterio amplius non maneret. Cui ſanctimonialis Dña: ne tardes quæſo agere quæ promittis. Profecto me noſcas hoc in loco amplius nõ manſurã. Glorioſus equidem Hieronymus apparens mihi tm̃modo hoc ſtatim monaſterio futuq; iudiciũ patefecit. Hæc audiens Abbatiſſa deridere cœpit: hanc eſtimans veſano capite iſta fari. Et oſtiariã cõuocãs iuſſit: vt hanc de monaſterio ꝓtinus effugaret: mandãs eidẽ: vt aliqua hora ſic extra dimiſſã: poſtmodũ facere introire: vt ſic ab inceptis opibus iã ceſſaret. Hac de re læta ſctĩmonialis dña: q̃citius potuit e monaſterio eſt egreſſa: lachrymis tñ fuſa: doloribuſq; repleta: pro his quæ monaſterio nouerat euenire. Terribilis ſiquidẽ deus: fortis atq; potens: & quis reſiſtet ei? Heu cur eũ homĩes nõ formidant? ſcientes ſe nullatenus poſſe ab eius effugere manibus: vt eius in eos magnũ & inenarrabile iudiciũ nõ comꝑhendat: ſaltem his miſeri terreanť exemplis. Audiant qui in ſuis confidunt diuitijs: quiq; in ira concitant excelſũ dñm: ſuæ auaricie ſiccitate. Quale huic monaſterio a deo ꝓpter pecunias faciẽ auertenti: de cœlo eſt iudiciũ iaculatũ. Pene limen oſtij ſctĩmonialť dña ex-

cesserat: q̄ subito totū corruit monasteriū: oēs opprimens moniales: ita vt ex eis viua aliqua nō remansit. Sanctimonialis vero illa in quodā venerabili dominaq̄ monasterio: quod est apud inferiorē Thebaidem: hactenus sanctitate præcipua viua manet. Ca. viij.

d Ignū censui premissis miraculis aliqua alia diuini cōtra peccantes manifesti iudicij declaratiua iungere: vt si forte præ indiciorū multitudīe peccatorū corda tenacia & plus q̄ lapidea ī carnea verterent: quatenus cū se ob peccata cernerent beluas: rationē & cognitionē sui conarent vt fierent hoīes adipisci. Abiecta etenī ratōe: qua sunt hoīes: infra bruta animalia redigunt. Græcorū quidā hæreticus die quadam cū sacerdote quodā in Hierosolymitana ecclesia publice disputabat. Cumq̄ sacerdos ob suæ partis defensionē auctoritatē quandā glorioſi Hieronymi allegaret: vt græci destrueret rationes. Temerario pestifer græcus ore gloriosum fuisse Hieronymū totius veritatis lumen mentitū nō erubuit voce fari. At qui voce talem nequitiam perpetrauerat: vocem deinceps vllatenus nō formauit. Ca. ix.

q Vidā insuper alius hæreticus pestifer Arrianorū in quadā disputatione quidam glorioſi Hieronymi auctoritatē contra eū inducenti: vt mētit̄ sua temeritate rndit. Subito fuit diuina vltione pcussus. Nā nō dū verbū voce finiens: clamare per totū diem sine aliqua cessatione nō desijt: Miserere mei Hieronyme glorioſe: quia a te pœnis durissimis torqueor. Et hoc per totū illum diem quantis poterat vocibus clamans: hora cōpletorij miserabiliter cunctis qui ad hæc concurrerant cernentibus: expirauit. Ca. x.

h Aereticus quidā alius pestiferæ hæresis Arrianæ: cui añ meū obitū finē pius īponat dñs ī ecclesia Syō glorioſi Hieronymi imaginē cernens: Vtinam inqt sic te cū viuebas meis manibus tenuissem: quia te meo gladio iugulassem. Hæc vt ita dixit: gladiū euaginās tota vi ipm ī imaginis illius guttur infixit. Q̄ magnus iste Hieronymus tot faciens mirabilia: cui scd'm sua opa sil'is nō apparet: potuit equidē ībecill'in imaginis gutture gladiū figere dextra: sed de imagine gladiū: & a gladio manū quousq̄ res inotuit: extrahere nullatenus fuit cōpos. Mox quoq̄ ex pcussionis loco tanq̄ ex hoīs corpe: viui sanguīs vnda fluxit: quæ vsq̄ mō pro miraculo declarando fluere nunq̄ cessat. Eadē insuper hora qua res sic acta est: iudici ī atrio existenti idē glorioſus Hieronymus cū gladio gutturi infixo apparens: pro offensione huiusmodi vindictā sibi postulauit: narrans equidē sibi factā. Et hæc dicens abijt. Stupefactus iudex: cū cæteris q̄ astabant ad ecclesiā properans: hæreticū manu gladiū infixū tenentē repperit. Q ui ptinus vt hi viderunt: manū fuit cōpos a gladio remouēdi. Captus itaq̄ hæreticus ī sua permanens duricia: ob aliud se nō dolere: nisi q̄ viuū nō teneret Hieronymū garriens: a populi multitudine lapidibus: lignis: ensibus & lanceis iugulat̄. Ca. xi.

n Epos meus Iohānes quē agnoscis omī fulgēs pulchritudīe: quē mihi ī locū filij adoptaui vt puto tibi pridie quid ei euenerit: enarrauit. Sed tñ vt præstātius memoriæ cōmēdet̄: silentio nō trāsibo. Captus itaq̄ idē Iohānes ante duos annos a Persis: & Persaq̄ regis mīstris vēditus: ꝓpter eminentē suā pulchritudinē ad regis exercēda obsequa deputat̄. Cūq̄ per annū ī curia nō quo labore & tædio pmāsisset: eodē reuolutōis anni die prādēti regi seruiens: prætristicia se a lachrymis nō potuit cōtinere. Hoc rex intuēs: lachrymaq̄ ab eo auide quærit causā. Qua cōperta: ī q̄dā eū castro custodiri fecit. ibi nocte q̄dā existente diris lachrymis vndiq̄ made facto. In somnis eidē gl'iosus Hieronymus veniēs: manūq̄ eius (vt sibi videbat̄) capiēs: ad ciuitatem Hierusalē secū duxit. Expergefactus mane: putās se ī castro a militibus retineri: ī domo qua maneo se inuenit. Q ui admiratione velut amens quasi: vtrū ī castro vel in domicilio meo staret nullatenus discernebat. In se postremo rediens: emissa voce dormientem familiā excitauit. Currunt igit̄ ad me famuli: adesse Iohannē ineffabili gaudio nunciantes. Q uare dubius accurrens: quem a Persis vinctū pūtabā: præsentē cerno. Quo quidē quid ei acciderit enarrante: deo & glorioso Hieronymo laudes maximæ persoluunt̄. Ca. xij.

f Anctimonialis quædā domina: oīm pene pulcherrima fœminarū: ætate iuuencula: sed animi sapientia valde cana: beati Hieronymi deuotissima: in quodā cœnobio multa sanctitate (vt opinor) adhuc viuit: cui quod audies dicit̄ cōtigisse. Sit mulier hæc alijs in exemplū: quæ huc illucq̄ p plateas & vicos discurrere non cessant: tua stultorū hoīm illaqueantes aias visione. Nullo tot diabolus aias rhete capit: quot laqueo pessimo mulierū Sanctimonialis hæc (vt oīm dominarū testimonio comprobat̄) nunq̄ nisi eā maxima cōpellat necessitas: extra suam cellā gradū figit. Neq̄ enī aliud agit opus: quin aut orationibus vacat: aut lectōibus & meditationibus implicat̄: aut corpus reficit dormiendo. His dirus serpens antiquus diabolus operibus iuidēs: vt eā a sctō ꝓposito reuocaret: cuiusdā nobilissimi iuuenis animū ī eiusdē sctimonial'

intantū incitauit concupiscentiā: ꝙ nil poterat die noctuꝙ aliud: nisi quō posset eā attīgere cogitare. Circa monasteriū veri lumīs obcæcatus cōtinue pergēs: nullū remediū aliud reperire quibat. Tanta nāꝙ insciticæ nube caligatus extitit: vt multotiēs se suis pernitiosis turbatū affectibus cernens: voluerit se aquis tradere suffocandū. Stulti amoris stultū iuuenē cathena de die in diem stringit. Vt hæc ad sanctimonialaures resonent: ad suā nō audet pudicitiā. Q ua de re oī ad hoc auxilio destitutus: quendā inueniēs magū: venefícia dæmonū incantatiōes nefandis artibus exercētē magnā ꝓmittit (si quod optat expertus fuerit) pecuniæ quātitatē. Tūc veneficioꝝ magus suis carmīnibus cōuocatū dæmonē decipiendi causa nocte media festine ad sanctā destinat monialē. Ad cellulā itaꝙ accedens dæmō: trāsire vltra cellulæ Hieronymi imagīs ī cella pictæ timore nimio nequit limen. Mira res Augustine (vt multiplicibus patet exemplis) tātus glorioſi Hierō nymi timor diabolo inest: vt etiā suæ picturæ nō audeat apparere. Nā si cui ab eodē obsesso corpori præciosa demōstret imago: ab eodē continuo diabolus effugat. Igit cōmissū explēdi opus nequā spūs desperans: ad mittentē reuertit: sibiꝙ negari ad monialē introitū pandit ob glorioſi Hieronymi imaginē cellæ pictam: quē deridens magus dimisit. Moxꝙ conuocatū alium dæmonem q̄ potest mittit citius ad huiusmodi opera finienda. Fitꝙ secūdo id quod primo. At secūdus per horam forte manens: coactus excelsas cœpit voces emittere. Si me Hieronyme hinc finis recedere: huc vlterius nō reuertar. Ad hæc stupefacta mulier: que in orationibus ī cellula inhærebat: quis istas fundat voces nimio pauore percūctat. Nō cessante diabolo sic clamare: excitatæ illius cœnobij moniales: timore percussæ grandi: tremulæ ad illam accurrunt cellā cruce domini præeunte. At vbi illū nequam spūm sciunt: eundē cōiurant: vt debeat qua de causa venerit: intimare. Narrans equidē diabolus rei seriem: secꝙ gemitibus & vlulatibus pandēs cathenis igneis vinctū a Hieronymo retineri. Rogat eas: vt suis mereat precibus abeūdi gratiam inueníre. At vbi moniales hæc audiūt: deo & glorioſo Hieronymo laudes reddūt: supplíciter postulantes: vt dæmonē hunc nullatenus reuersuꝝ de eodē cœnobio effugaret. Vix orationū verbis finitis: diabolus magnis stridoribus ex eodem loco recedens magum adijt: eumꝙ capiens tantis verberibus & cruciatibus flagellauit: vt per multa horarum spacia aliquod vitale signū paulo minus appareret: diris clamans vocibus: Mei cruciatus causa fuisti ad illam me destinans monialem. Certe in te ijsdem verberibus vindicabor. Inter hæc autem verba tam horrida: magus cū se pene perniciei protritū cerneret: suas videns artes nullum sibi auxiliū adhibere: ad totius refugij portum Hieronymū glorioſum iam naufragus se dirigens: Glorioſe inquit Hieronyme: huic ad tuā clæmentiā subueni misero accurrēti: ei sola misericordiæ dona pergrandia nō denegans. Promitto nāꝙ si tuis hac hora adiutus auxilijs perniciei tā horribili nō succumbā: ꝙ deinceps cunctis exutus fallacijs: a tuis obsequijs nō recedā. His finitis: velut fumus ab eodē nequā spūs euanuit. Per annū aūt idē iacuit verberibus magus intantū suī corporis impos: ꝙ nō nisi alieno auxilio potuit se mouere. Mox idē accepta pœnitētia magus: anteq̄ de lecto surgeret: cūctis cōbustis codicibus: quibus artes illas nequissimas exercebat: vēditisꝙ oīmibus quæ habebat: & paupibus erogatis: cōpleto anno in illa se ob pœnitentiā peragendā ī quadā spelunca claudens eremo: in qua per quadriennīū glorioſus stetit Hieronymus: multa sanctitate: & vitæ & pœnitētiæ asperitate pollet. Huc quæso iuuenes oēs currant: & insani iuuenis exemplo discāt: ne quod illi cōtigit: sibi postmodū doleāt cōtigisse. Insanus itaꝙ iuuenis tātis circūligatus luxuriæ laqīs: vidēs se oīmode suæ miserrimæ voluptatis desiderio nefandissimo defraudari: quadā nocte laqo se suspendit Et sic se infœlix tpali vita potius & ppetua priuauit. Ecce quot malorꝝ causam turpissimū luxuriæ vitiū fore liquet. Nil tam ruinæ animæ pariter & corporis ꝓmptū: quantū istud nequissimū arbitror scelus. Ex ipso nāꝙ homicidia: ebrietates: contentiones: & pene vniuersa oriunt mala: vt veteris & noui testamenti infinitis patet exemplis: necnō & cōtinuis manifestisꝙ experiētijs declarat. Ad hoc aūt vt maior iuuenibus det astutia se tuendi (Nā status vllus periculosior nō ē insipientis iuuentutis statu) aliud censui exemplū mei nepotis Ruffi: ætate forte annorū decē & octo: q̄q̄ dolore nimio subrogare. Ca. xiij.

Onest ambiguū ista quæ incipio enarrare magnis tribulatōibus meæ memoriæ reuocari: sed tn vt præmissū ē: vt oībus & maxīe iuuenibus ꝓueniat ī exēplū: silentio illa neqo præterire. Nepos quidā meus Ruffus nomīe: vtroꝙ priuatus parēte: anniculus ad meas deuenit manus: qui vtinā ex mīs viscerībus nō exisset: ne illi quod sustinet cōtigisset. Q uē tāta diligētia suo īfortunio enutriui: vt a pluribus a me genitus putaret. Crescēs itaꝙ ī diē puer īfœlix: ætate: sed nō sapiētia: īgēti pulchritudīe corpis: sed nō aīæ: decoriscꝙ & ꝓbis moribus: honestate: bonitate: & multæ sapiētiæ elegātia: q̄q̄ vane decoratus: a cūctis dilectōe supflua colebat.

Is nãq; in decimooctauo ætatis suæ anno imbecillis & miserrimus expirauit. Propter quem tan tus ab omnibus insonuit luctus: vt vix per mẽsem finẽ potuerit iuenire. Sed certe luctus pro eo quod euenerat nõ suffecit. Ast ego eius nimiæ incumbẽs dilectõi pluries glorioſum rogaui Hie ronymũ: vt mihi quid nepoti meo acciderat reuelaret. Igit meis annuẽs glorioſus Hieronymus precibus: obtinuí quod gliſcebã. Orãti enĩ mihi die quodã hora nona: tantus euenit fetor q nul latenus naribus poterã tolerare. Hæc dũ mecũ tacitus reputans: vñ hic tantus adeſſet fetor admi rarer: ſupra meũ verticẽ eleuatis oculis: infœlicem nepotẽ vidi terribilis viſionis: ita q in eum vi ſum imprimere nõ audebam. Nam cathenis igneis circumligatus: fornacis inſtar flãmas fetidiſ ſimas erumpebat. Ad hanc itaq; viſionẽ ſubito me tã vehemens timor irrepſit: vt dum pluries lo qui vellem: formandi vocem nullatenus compos erã. Poſtremo aliquantulũ in me rediẽs: ſi me us erat nepos: voce cœpi perquirere tremebunda. Ad hæc ille vlulatibus & ſuſpiriis: Vtinã in quit nõ fuiſſem: ne tam diris eſſem cruciatibus deputatus. Nã ſcias me tartareis manſionibus p petuis temporibus permanſurũ. Heu quid dicã? His dictis tantus mihi dolor affuit: vt ſim pluri es admiratus: quomodo vita protinus nõ diſceſſi. Longis autẽ expletis colloquiis: ab eodem ſci ſcitatus fui: cur diuinæ fuiſſet miſericordiæ ſic expers: cũ in mũdo tot virtutibus ſic polleret. Pro nulla inquit me ſcias cauſa fore damnatũ: niſi quia in ludis maxime delectabar. At quia in mor te accepta pœnitentia quaſi ſtulta ignorantia poſtpoſui cõfiteri: diuinã nõ merui veniam adipi ſci. Et hæc dicens a meis diſparuit oculis. Talis autẽ eo abeunte remanſit fetor vt in locum illum hactenus nullus audeat introire. Ecce quantũ turpiſſimũ ludi ſcelus diuinæ abhorrent maieſta tis oculi. Timeamus ergo: ne nos bonorũ rapiat inermes tam repentinus interitus: ne non pœni tere nos vitiorum contingat: dum tempus ineſt: quia poſtmodũ pœnitentia foret fruſtra. Vt igit chriſtianus tantæ ruinæ ludi procul effugiat nefas: imo vt oĩm memoria deleat: exẽpla alia quæ dam quo breuius potero ſubrogabo.

Ca. xiiij.

IN Samaria quindecim nondũ expletis diebus: dũ miſer quidã ludens: quaſi oĩa quæ habere poterat conſumpſiſſet: glorioſi cœpit Hieronymi nomen auſu temerario blaſ phemare. Quẽ nefanda blaſphemiæ vix finientẽ verba: videntibus & ſtupentibus cun ctis: mox e cœlo fulmen veniẽs interemit. Tribus aliis ĩ Tyro ludẽtibus hoc accidit quod enar ro. Cũ enĩ illi ſuũ vellẽt ĩcipe ludũ: vt hi q ſe hoc ab eiſdẽ audiſſe: & totã rei ſeriẽ etiã ſe vidiſſe fã tur & referũt: ſic dixerũt. Quãcũq; potes exerce vim Hieronyme: qa te inuito ludũ iſtũ alacriẽ finiemus. His ita dictis ſuũ inceperũt ludũ: quo quidẽ primordiato: q̃ſi vno elapſo inſtãti: ſe ter ra aperiẽs illos ſolũ abſorbuit: ita vt nil ex eis amplius fuerit viſum.

Ca. xv.

VOd viſu noſciẽ: veriſſimo teſtimonio cõprobaẽ. Iccirco quæ dico: q̃q̃ multis poſſẽt cõ probari teſtibus: tñ meipſo teſte qui ea viſiõe ꝓpria didici cõprobabo. Iuxta meã in qua in Hieruſalẽ habito ædẽ: nobiliſſimus quidã miles fuit: trãſitorijs nimirũ locuples: qui vnicũ habens filiũ: eiuſdẽ ſtultiſſimi amoris cæcitate pcuſſus: nõ ſolũ a prauis eum nõ corrigere ſed etiã eũ ipſemet praua inſtruere conabaẽ. Parentes fatui & iſti ſimiles mẽtis quæſo oculos huc inclinẽt: vt quis finis eueniat: nõ ignorẽt. Multi enĩ hoies magnas aĩæ & corporis inciderũt ruinas ob prauorũ parentũ inſipientiã. Creſcẽs nãq; illius militis filius: cũctis bonis moribus deſtitutus: de die in diẽ peierando: totũ ſuũ tempus amittens ĩ ludis & blaſphemijs: cunctiſq; immun dicijs patre cauſante annũ attigit duodenũ. Qui quodã adueſperaſcẽte die: ſolitis cũ patre ludis inſiſtens: ludũ eodẽvt gliſcebat nõ habẽte: primo ꝓrupit ĩ hæc verba: Si qd ille põt Hieronymus qui ludos ꝓhibet: iã exerceat: nã ſe inuito hinc nõ niſi victor exurgã. Verũ hæc dũtaxat ipſo ꝓſe quẽte: nequã ſpũs teterrimi hoĩs ſpecie cũctis videntibus locũ ĩ quo ludebat: veloci gradu adiens eundẽ puerũ infœlicẽ rapuit. Sed quo eũ detulit: nulli hactenus hominũ eſt compertũ. Verũ vt puto eũ detulit in infernũ. Eadem nãq; hora caſu ad quandã meæ domus feneſtram: quæ loco in quo ludentes degebant: pater & filius ex oppoſita ſita eſt me poſuerã: quo me videre fuit neceſ ſe veritate perſpicua seriẽ tam formidandæ rei geſtæ. Diſcant ergo iuuenes ĩ iuuẽtutis tpe quod cæteris eſt præſtantius: expetẽdis moribus ſe fulcire: ne vilibus caduciſq; moribus iuuenilis ani mus informatus ſtatũ ĩ canicie neq̃at permutare. Quod enĩ nouæ chartæ iſcribiẽ: de facili nõ deleẽ. Diſcant etiã parẽtes fatui filios correctõibus & verberibus erudire: nec vitiorũ ſinãt vepres radices figere nõ faciliter euellendas: ne flendi hic & in futuro cedant euentus. Nã (niſi fallor) ad æternoq; gaudiorũ patriã deueniẽdi artiſſima: & ſine ambiguitate aliqua a pauciſſimis certe co gnita extet via. Eundi ad perditionẽ iter latiſſimũ: & multis: imo pene infinitis limitibus plenũ fore cõſtat. Quodlibet enĩ mortaliũ peccatoq; ad perditionẽ ſuũ tramitẽ ſtruit. Quo dum hoĩm nõ ſolũ paganoq;: ſed etiã illorũ quos ſacri baptiſmatis vnda lauit. Nam de paganis nulla oritur

quæſtio q̄ nō damnē̄t: maiorē̄ fore liquēt numer̄ multiplicibus inſiſtentiū flagitiſ: quorū nulla pene vnq̄ cognoſcitur emendatio. Q uinimo: Reſpectiue quidē dico pariter bonis & malʾ hominibus cōſideratis: nō eſt q̄ faciat bonū: nō eſt vſq̄ ad vnū: ſed oēs poſt ſuas īprobas & peſſimas ambulāt voluptates. Cōſequēter cōcludi debet: q̄ ad æternæ beatitudīs gaudia rariſſimi gradiātur. Infinite q̄nimmo. Oēs pene ſacræ ſcripturæ auctoritates hoc teſtant̄. Infinita ſiquidē & exēpla poſſemus perſpicaciter intuerī: ad huiuſmodi veritatē ſufficientius demonſtrandā. Hoc exōnibus vnū cenſeri decet: nec ab hoc diſcrepari pōt: nullū. ſ. ad æterna modo aliquo peruenire poſſe gaudia: niſi omnibus nō particulariter: ſed totaliter vitiis extirpatis: virtutū ſtudeat itinere feſtinare. His iam fine dato exempla & p̄digia quædā iā huius operis fini, p̄pinquius breuiter introducā. Et duo præcipue admiranda: quæ a venerabili viro Nicolao Cretenſis inſulæ archiep̄o referente didici primo dicā. Ca. xvi.

V Enerabiliʾ idē archiep̄s pridie glorioſi Hieronymi deuotōe nimia Bethleem veniens vt eiuſdem cunctis honoribus colendas reliquias viſitaret: vt totus charitate feruidus redire noluit: donec me ſua gratiſſima viſitatōne eximijs lætitijs adīpleret. Q ui vti donorū præcipuus vt grauiſſima mihi donaria ſuperabūdantiſſime more ſolito īparturet: me viſitare mīme cōt̄ptus: mecū dignatus ē iā diebus pluribus cōmorari: & etiā adhuc manet: quod vtinā tpe longo duret. In Xp̄o nāq̄ Auguſtine chariſſime: venerabiliʾ idē p̄tifex te ſalutat. Q̄ plures igit̄ mihi ſuor̄ verbor̄ auido venerabiliʾ idē pontifex enarrauit: hoc tale ī ciuitate Candia contigiſſe. Sacerdos quidam ſuus ſuæ maioris eccleſiæ cuſtos impudicus: luxuriæ & ebrietati deditus: nōdum completo anno de hoc ſæculo migrauit. Cuius corpore ī cæterorum ſepulto baratro ſacerdotum: vt eius punitio cunctis innoteſceret ad exemplū. Subſequēti nocte tātus ī eccleſia eiuſq̄ cemiterijs fuit ſtrepitus: q̄ rumore nimio ī vrbe illa cōmorantes excitati: pauore īgēti velut amētes ad eccleſiā cucurrerūt. Stant itaq̄ oēs circa eccleſiā: ſtrepitus vehemētes: cāpanarūq̄ ſonitus audientes. Diuinā quidē exorant clæmentiā: quatenus cur iſta fiant debeat reuelare Sed nullum exauditōis ſentiunt adiuuamen. Diluculo hoc ceſſante: cuncta quæ fuerant ī eccleſia reperiūt reuoluta: & quaſi vndiq̄ flāmis igniū violata. Ad hoc memoratus pontifex oratōes indicēs populo: quid ſequēti eueniat nocte præcipit expectari. Ne nimis ſuccumbā verbis: ſequēti nocte duplex ſtrepitus & pauoris tribulatio ē ſecuta Q ua de re repletus populus amaritudie & dolore: cernēs nullū ſibi a dño adiutoriū euenire: ſicut vulnerati q̄ī monumētis, p̄iecti dormiunt: exiſtebāt. Die aūt eluceſcēte: oībus ī eccleſia orōnibus congregatis: glorioſus Hieronymus ſubito ſepties ſole ſplendidior: ī eccleſiam veniens: ad altareq̄ gradiens: cūctis videntibus & mirantibus per horā forte ſub ſilentio manēs: obſtupēti populo: hoc, p̄pter ſacerdotis illius miſer̄ cadauer ſacris īdigne locis cōditū: ad terrorē peccantiū cōtigiſſe intimauit: eidēq̄ mandās vt cadauer miſerū tartareis poſt reſurrectionē oīm māſionibus deputādū: diſſepultū flāmis traderēt protinus cōcremandū: Alioquin incepta peſtilentia nō abiret. Et ſic intuentiū oculis ē inuiſus. Quod vt ordinauerat: lætabūdus populus, p̄tinus adimpleuit: deo & beato Hieronymo laudes præcipuas p̄ ſoluendo. Et ſic peſtis iſta ceſſauit. Q ui deinceps beatiſſimū Hieronymū oēs vnanimiter deotione maxima inceperunt colere. Ca. xvij.

I Neadē inſuper ciuitate quidā pulcherrimus extitit iuuenis Tytus nomīe: honeſtis moribus luculentus: carnali nō ignobiliori natus, p̄genie: prædiues valde: totā pene deotionē & fiduciā habens ī beato Hieronymo. Hic ſiquidē iuuenis virgineo nitens candore: ī eiuſdē ſanctæ virginitatis, p̄poſito vſq̄ ad viceſimū annū probis vitæ moribus perdurauit. Quo itaq̄ tempore ſui fratris nefando conſilio incitatus: ſpretis tam nobiliſſimis virginitatis gēmis: auri præcioſiſſimū metallū calcans: ad carnis ſpurcitias & lutum ac fetorem vehementer declinans: puellam quandā omni pulchritudine corp̄is renitentē ſibi in matrimonio copulauit. In cuius amoris rhetibus ita ſe capiens: q̄ aliud præter ipſam poterat mīme cogitare: de die ī diem cœpit diuīa obſequia obliuiſci. At q̄a miſer dereliquit iuſticiā: oblitus fuit deū alentē ſe: oblitus fuit ſibi dñs miſereri. Cōpleto nāq̄ anno: quo cū puella iuuenis inſenſatus ſtetit: nō vt ī matrimonio: ſed cauſa explende libidīs copulatus: ſuggerēte diabolica aſtutia: iuuenis frater puellæ illa queatus amore: auide diu quærēs eius amplexibus fruī: tandē quod optauer at̄ eſt adeptus. Huc accurrant iuuenes: & exemplo iuuenis ſint experti. Fiunt nota iuueni puellæ viro iam peracta. Tacens idē cogitat auide: quo valeat modo certitudinē reperire. Expectat diebus aliquod ſe ſimulās hoc neſcire. Aſt die quadā ordinat vrbē deſerens peregre, p̄ficiſci. Et latens p̄ diē in ciuitate: nocte media domū veniēs: reſeratis ſeris a puella ſeruitrice clāvt prius ſimul ordinauerāt: ambo vſq̄ ad thalamū: ī quo eius frater & vxor ī lecto ſtabāt, p̄cedētes: ſibi poſtulat aperiri. Miranē

illi: & timore perterriti vehementi: pulsanti negligũt ostiũ reserare. Tandẽ cõfractis seris thalami: iuuenis ira & furore nimio fornacis instar ardentis vndiq; inflãmatus: vxorẽ primo euagina to gladio interfecit. Deinde sub thoro, ppriũ latitantẽ fratrẽ inueniens interemit. His itaq; gestis ex ciuitate exiens: multo tpe per mundũ huc illucq; errans: cũ quibusdã alijs cœpit quosdã transeuntes in itinere deprædari: ac etiã iugulare. Permanente itaq; eidẽ Tyto per decem annos talibus negocijs iplicato: gl'iosissimus Hieronymus salubre refugiũ & vitale: die quadã iã aduespe rascẽte illuc i modũ mercatoris se mõstrauit: ne ille solũmodo habitæ deuotõis præmijs priuaret. Nã ille q̃q̃ tot & tãta vitia abhorrẽda cõtinue exerceret: tñ i beato Hieronymo deuotionẽ aliquã retinebat: ita, vt eidẽ quotidie se cõmẽdans: boni aliquid diebus singulis ad eius honorẽ faceret: nullatenus postponebat. Cernẽs itaq; Tytus mercatorẽ: nefandis sociis ad solita nequitiæ opera cõuocatis: cõcito cũ eisdẽ pergẽs cursu: vibratis lanceis Hieronymo mercatoris instar obuiant veniẽti. Moxq; i eũ insurgẽs: a socijs eundẽ præcepit retineri: donec eius lateri gladius infigatur. Deinde manũ eleuat: interficiẽdi gladiũ retinentẽ: vt scelus tantũ valeat iã explere. Ad hæc Hieronymus glorioſus: Amore inqt Hieronymi quẽ tu dilígis: aliqua loquendi breuis licẽtia mihi deẽ. Postmodũ si volueris facito quod optas. Ad hæc & Tytus: Amore inquit eius quẽ noiasti: & loquẽdi & viuẽdi licentia tibi vt postulas cõcedat: tm̃ quæ portas mercimonia iã depone. At glorioſus Hieronymus: Ego ipse sum Hieronymus: qui huc, ppter tuã liberationẽ veni: ne mihi a te impensa obsequia in vanũ præterirent. Te tot quæ gessisti peccaminũ iã pœniteat: ad teipm redeas: ne formides: hucusq; me noueris propter tuam salutẽ: & aiæ & corporis supplicem erga te apud iratam diuinam iusticiam extitisse: ne in te dignas tibi sæuitias exerceret. Ad pœnitẽtiæ igit̃ q̃citius perge callem: & peccatorũ onera iam depone: Alioquin me tui custodẽ & supplicẽ nõ habebis. His dictis Hieronymus glorioſus ab illoꝝ oculis disparuit. Ad hoc stupefactus Tytus: & qui cũ illo erant timore & admiratõe tã ingẽti: ad terrã, pcidens per horã nõ potuit eleuari. Tũc subito in Tytũ & qui cũ illo erant: spũssancti gratia est effusa: & lux eos cœlitus illustrauit. Qui protinus in viros alteros iã mutati: spretis cunctis spurcitijs vitioꝝ: ad pœnitentiæ tramitẽ rediere. Deinde ad eremoꝝ antra deuia & ignota properantes: i magnis se corporum asperitatibus: & vitæ sanctissimæ tradiderunt.

Ca. xvij.

Iraculũ aliud quod veridicorum testimonio solidissime in superioribus Aegypti partibus peractum intellexi: quatenus homĩbus & maxime iuuenibus quantũcunq; castis, p
m ueniat in exemplũ: ad euitandũ periculũ mulierũ præcedẽti miraculo addere cogito fore ratũ. Monachus quidã iuuenis & decorus: hõestate præcipuus: moꝝ maturus: qui senex virginalis pudicitiæ custos: cũctisq; illius monasterij monachis speculũ sanctitatis: & gl'iosissimi Hieronymi amator deuotissimus fuit: duodecim annis i monasterio continue oratiõibus vacans: & studio scripturarum. Hic amore castitatis timens ne cor aliqualiter violaret: mulierum visus ineffabiliter abhorrebat: ita vt eaꝝ memoriam formidaret. Huic proposito diabolus antiquus serpens & hominũ inimicus inuidens: suæ nequitiæ inueteratæ contra eum dolos & artes multiplices incitauit: continue cogitationũ stimulis iuuenẽ pessimus tentator affligens: die noctuq; a tẽtatiõibus duobus mensibus nõ cessauit. Iuuenis vero, puidus sese dñi & beati Hieronymi: cuius dilectionis ardore feruebat: cõmendãs custodiæ victrici: tentamẽta diaboli ieiunijs & orationibus triumphabat. Confluant huc quæso iuuenes atq; senes: & quãti sit casus mulieꝝ fallax pulchritudo: hic doceant̃ maxime per exemplũ. Cernẽs se aspe perfidus diabolus a iuuene supari: tanq̃ leo rugiẽs subtiliores nocẽdi artes cœpit quærere vt iuuenẽ deuoraret. Fit itaq; iter eos pugna grauis. Hic astutijs cõsuetis castra aduersus iuuenẽ struit pessimus iimicus. Hic iuuenis oõnes & glorioſi Hieronymi, ptectio castroꝝ sternũt munitões: & vires eoꝝ triũpho nobili vilipẽdunt. Interea genitoris ad mortẽ ægrotantis visitatõis causa ingruente: ex monasterio in ciuitatẽ ad paternã ædẽ venire iuuenis ẽ cõpulsus. Nã se pr̃ dolore nimio moriturꝝ: si visiõe frustraretur filij crebris clamoribus acclamabat. Ob hoc dolẽs monachus: timẽs ne mulieꝝ visu cor mundũ: & virgineo candore nitidũ violaret: potiũs nisi fratrũ sui cœnobij fuisset supplicatõibus inclinatus: erga patrẽ crudelitatẽ volebat, ppter dñm exercere: q̃ eidẽ infirmanti compati a monasterio recedendo. Sciebat enĩ monacho nil tã nocuũ: detestabile & mortale: q̃ vicos & ciuitates: & gentiũ multitudinẽ circuire. Nulla certe permanet in hoie quies mentis: qui multoꝝ verbositatibus & vaniloquijs iplicat̃. Quod, aq̃ piscibus: monachis idẽ præcipue silẽtiũ opat̃. In pr̃na itaq; manẽs æde mõachus diebus tribus: tædio tã vehemẽti affectus ẽ: ꝙ sibi potius videbat̃ tetris se fore carceribus mãcipatũ. Cõpleto die tercio: dũ eũ cũ sorore sua q̃dã pulchritudis laudit̃: infirmitatis causa pr̃s crura simul cõtigeret cõfricare: casu sororis dextera eiusdẽ tãgẽte dexterã: tã di-

ris libidis & eiusdē sororis ineptæ & abominabil' cōcupiscētiæ fuit subito iacul' cor eiusdē mōachi istigāte diabolo vulneratū: ꝙ pene eā ad illicita: & oīno ab hoibus abhorrēda: nisi extitisset timor verecūdiæ inuitabat. Heu quid dicā? Quæ monachis ill'īerit obseruātia castitatis: qui cōtinue mulierꝫ visibus potiunt' īsimul colloquēdo. Sic manet ī castitate hō faciē intuēs assidue mulierū: sicut manet palea stans in igne. Fallax certe & ruinæ maximæ, ppinquus casus: ineuitabile ꝙ periculū est fœminæ pulchritudo. Timor certe monacho euenit quem timebat: & sibi accidit quod tanto tēpore verebat': nec sine exemplo maximo alioꝫ: nō illud visum est parentibus obedire: in quo aīæ periculū formidat'. A monasterio inuite monachus egreditur: sed ardore libidis tam nefandæ cor inflāmante: nil aliud q̄ sororis hoc nescientis scelus faciem improbis oculoꝫ visibus videre cogitans: pene vnq̄ fuisse monasteriū recordat'. Sanat' interim pater. At monachus excusatōibus adinuentis: tardat de die ī diem ad monasteriū remeare. Manente eodem in paterna domo tribus mensibus: hinc monachos: hinc patrē maxima mouit admiratio: omnēꝙ familiam: cur istū tam vehemens irrepserit mutatio: & altercatio inaudita. Ignorant siquidē rei causā: iccirco effectū eos cōtingit ignorare. Ad monasterium cum duobus ad se ex monasterio destinatis monachis tandē reuertit': illud referens tædiū redeundo: quod prius detulerat exeundo. Cœpit itaꝙ ī monasterio corpus degere monachi: cor vero a sorore aliqualiter non recedit. Hoc sibi fit studium scripturarū: vt attingat pessima quæ affectat. Hæc cōtemplatio diuinorū: vt peccatorum modū inueniat explendoꝫ. Percutit' alienus sui: & a veritatis cognitōe deuius: cōtinue a diabolo: cuiusiugo grauissimo imbecille collū submisit: libidis nouæ telis. Sicut fumus deficiunt dies eius: confringunt' sicut in frixorio ossa eius: & infirmatur doloribus vita eius: irrationabili fit similis animali. Obliuiscitur ī toto diuinā ecclesiam exorare: tota die cogitās quis modus appareat habilis: vt poculum mortis valeat degustare. Heu q̄ sunt inopes & miseri: & ab omnibus bonis egentes & exules: qui a dño se elongant. Tanto fit peius brutis aīalibus vir ī peccatis: quibus ab aīa deus maiori spacio elongat': q̄ id quo cœlū a terra distat: & oriens ab occasu: q̄ eisdem præstat cū diuina gratia est fulcitus. Cogitanti deniq̄ monacho: veritatis lumis nescio nefandissimæ & audituī horribil' voluptatis adipiscēdæ reperire modū: mali consilij seminator diabolus hoc sibi tale insinuat consilium occulto cogitamine vani cordis: vt, ītēpestæ noctis medio cunctis dormientibus: veste deposita monachali: sumptoq̄ habitu laicali ex monasterio exiens: paternas clā adeat mansiones: & domū crepusculo noctis latēter intrās: sub thoro sororis lateat: donec dormiente ipsa ad eandē accedat: suæ voluptatis libidines expleturus. Placet insanæ mentis imperitiæ cōsiliū erogatū: studetq̄ ipm toto posse q̄ pōt breuius effectui mancipare. Sequentis igit' aduenienti noctis medio sub silentio ad fores cœnobij claues gerēs manibus properat: sed ad ostia veniens: per totam illam noctem huc illucq̄ discurrens: quo sint in loco posita non inuenit. Stupore & admiratione perterritus: cur hæc sint nesciens intueri: iā matutīali qua ad laudes debitas domicas monachi excubabant, ppinquāte hora: compellitur ad cellulā retrogredi. Manet ī cellula ille admirans per diē illū: proponit sequenti nocte facere quod nō fecit. Audet ibecillis dextera quæ nō pōt: sperat stultū pecus contra leonē pugnans triūphi gloriā adipisci. Quid insensate reris? Putas agere vile pecus: quæ leo fortissimus Hieronymus contradicit? Cessa imaginī glorioſissimi Hieronymi genua flectere: ipsum vlterius nō salutes: & tibi potestas protinus concedetur: vt cadas in foueam quam effodis: vt dira naufragia iam admittas. Non possunt impensa glorioſissimo Hieronymo seruitia quoquo modo fiant: mercedibus vacuari. Retinebat siquidem in cellula monachūs ille deuius & errans & diabolico domīnio mancipatus: imaginem glorioſi Hieronymi tabula insignatā: cui diebus singulis antiqua consuetudine flectens genua: se eidem pluries cōmendabat. Iccirco vt eius mira clæmentia cunctis innotesceret: illo eū die retinebat: ne malum faceret quod volebat. Ignorans vero hæc ille monachus: subsequēti nocte ad cœnobij iteꝫ fores pergit. Sed quod præcedenti nocte fecerat: id hac fecit. Ne igit' inhæreā verbis: per vnū fere mensem singulis noctibus cōtinue hoc euenit. Cōpleto itaq̄ vt puto mēsis circulo: ī somnis beatus Hieronymus sanctissimo cuidā illius monasterij monacho apparuit in stratu suo quiescēti nocte: eidē reuelando quid iste monachus faciebat: mandāsq̄ illi vt debeat eidē monacho sic erranti declarare: quō ipse eū ob sibi impensam reuerentiā custodiuit: vt ostia non videret ad cogitatum perpetrandū scelus. Et ꝙ nisi sibi velox de inceptis subsequat' emendatio: sese de ipsius custodia remouebit: discessitq̄ protinus ab eodē. Mane aūt facto quæ viderat monachus: alteri monacho enarrauit. At ille se quid hic dicat nō intellígere pluribus detestās sacramentis: cœpit dicere propter cerebri vacuitatem hæc somnia euenisse. Tacet monachus & recedit. Hic gaudens, pponit nocte sequenti: nullā amplius exhibēs solitā Hieronymo reuerentiam

ostia monasterij ad nequam opus: quod tādiu affectauerat peragendū: ad suum libitum referare
Vt breuiter dicam. Quod miser diu hianti animo cogitauerat mala operandi: a Hieronymo ho
nore solito priuato sibi tradita potestate: vt voluit sic effecit: sed tñ in fine glorioſissimi Hierony
mi clæmentia nō defecit. Recedens itaq; ille de monasterio nocturna hora: alieno habitu occul=
tatus: pr̄is domū aduenies: p diē illū vndiq; circuiuit. Cūq; noctis crepusculo domū ītrasset ad
lectū ī quo virgo soror quiescere tūc solebat: clam pcedens: tādiu sub eodē latitauit: q̄diu sororē
dormire potuit æstimare. Tunc idem exiens: expoliatis vestibus sororis se dextero lateri appli=
cauit. Ad hæc soror leui somno dormiens excitat: & virū iuxta se manu sentiēs: admodū expa=
uescens: diris emissis clamoribus ad se oēs pariter euocauit. Currūt ad puellæ thalamū cuncti cū
lumine: & tandē ī lecto inueniūt hunc iacentē. Mirant parentes & stupent: cernūt hoc cūcti qui
cucurrerant: & cōdolent. Interrogat a filio pater discrimis tanti causam: reatū suum filius silētio
confitet. Vt enī dixi: voluit glorioſus Hieronymus hanc suam stultitiam experiri: vt in posterū
humilior & astutior fieret ad cauendū: & in prœlio se tuendū. Et ne amplius exemplo suo quis
de sanctitate confideret & speraret. Quanto enī maior inest homini sanctitas: dū in mari mūdi
huius procelloso: & inimicorū agminibus pleno: imbecilli carnis nauicula nauigat: tāto maior ē
timor & astutia se tuendi. Infinitas pessimus ille tētator diabolus nocēdi possidet artes. Qui in=
cautus pergit: leuissime capit. Qui ī cūctis timet: ab oībus diabolis hic timet. Certe plus nil no=
cet q̄ spreto aliorū cōsilio: vt ppria volūtas præcipit ambulare. Qui suæ tantū volūtati credit: in
cūctis quæ facit: finē odibilē adinueniet. Magnus exemplo iā finito timor de fragilitate nr̄a ma=
xima: & de diabolica calliditate & astutia nobis oībus demonstrat: magna & spes veniæ pecca=
toribus declaratur. Cernens nāq; se monachus sic a diabolo deturbatū: delusum: ac etiam in tan
ta miseria captiuatum: protinus suffragijs glorioſissimi Hieronymi (cuius semper deuotus exti
terat: suam miseriā & culpam vehementissimā recognoscens: in seipsum redijt: & de eadē pater
na exiens domo: omni retardatione abiecta: lugens & dolens ad fontem pœnitentiæ properauit.
Deinde vero in suo monasterio per annos duos in tanta se abstinentiæ asperitate afflixit: vt foret
cor hominū insufficiens cogitare: & cōpleto annorū duorū spacio: ante dies modicos ex hoc sæ=
culo fœliciter expirauit.

Ca. xix.

Enerabilis Damasi Portuensis epi pridie receptis litteris: aliqua eis inscripta corde aui=
v do intellexi: quæ ob eius reuerentiam nō dimittā. Romæ cardinalis quidam Cœlesti=
nus nomine: Hieronymi glorioſi æmulus & detractor: dum die quodā in conuentu exi
stens cardinaliū: more solito ore audaci & temerario: in eiusdem iniuriæ verba proruperat: do=
lore subito viscerū impellente: ad occulta naturæ loca properās: viscera oīa protinus emanauit:
& anteq̄ illinc recederet expirauit:

Ca. xx.

Lius quoq; p̄sbyter cardinalis Andreas nomine: isti nō similis: sed glorioſissimi Hiero=
a nymi deuotissimus: atq; cultor: pridie in eadem Romana vrbe multis circumstantibus
expirauit. Qui cum iam in eccesia esset paratis exequijs: quæ solent fideliū tumulandis
exhiberi corporibus: assistente summo pontifice cū pene toto clero & populo Romanorū: q ad
eundē Andreā conuenerant honorandū: emissis vlulatibus & crebris gemitibus in feretro cun=
ctis stupentibus & veluti amētibus effectis: tanq̄ si a somni dormitione excitaret: mirabiliter ex
urrexit. Cūq; a Romano pontifice remoto de ecclesia maiori beati Petri apostoli vniuerso po=
pulo: clausisq; foribus interrogaret: intulit ista verba: Dū starē diuino examini iudicādus: & iā
per vestitū & ciborū (quibus hactenus vsus erā) nimiā superfluitatē tartareis cruciatibus condē
narer: Subito aduenies quidā sole splendidior: niueq; cādidior: quē fuisse glorioſum Hierony
mū ad se inuicē referentibus qui astabāt ītellexi: præsidenti iudici flexis genibus aīam meā cor=
pori iungi porrectis p̄cibus impetrauit. Quibus finitis verbis ī ictu oculi inde recedens aīa (vti
cernitis) corpori est coniuncta. Ad hoc mirat summus pōtifex & cæteri audiētes. Fiunt hæc no
ta populo extra ecclesiā expectanti confractis ecclesiæ foribus protinus ecclesiā intrāt: oēs ma
gnis vocibus deū & glorioſissimū Hieronymū collaudantes.

Ca. xxi.

Vlta nos mentis afflictio cōmouet & cōtristat: intellecto q̄ q̄plurimi ep̄orū deū & dn̄m
m Iesum Xp̄m (cuius vicē gerunt) abnegantes: terrenoq; (quorū deus venter ē) vestigijs in
hærētes: de stipēdijs pauperū & sanguine Iesu Xp̄i: delicatissimis ferculis: cū histrioibus
& cæteris diuitibus suā ventris replēt ingluuiē: ad fœditatē luxuriæ īcitādā. Vestimentoq; de
die ī diē superfluitatibus abutunt. De paupibus: quoq; mercedē raptā manu latrocinij deuorāt: fa
me morientibus & frigore nō curantes. Hi certe nō ep̄i sed diaboli. Ep̄s autē aut sanctissimus: aut
diabolicus. Magni certe meriti status episcopalis: sed periculi infiniti Leuissimū peccatum alijs

imputãdũ: grauissimũ epõ iputaꝛ. Põtificis etenĩ vitiũ ĩ subditos diffundiꝛ ꝑ exẽplũ. Maiora recipiẽti rõ maior cresc̃it. Quot enĩ ouiũ Xp̃i vel negligẽtia epĩ: vel exẽplo ĩ pctã deuiãt: de tot tenent dño reddere rationẽ. Heu quid Augustine charissime dicã? Graue nobis inest põdus: grauis sarcina. Sed debiles ego habẽs humeros: quid portabo? Sunt certe angustiæ mihi vndiq; me torquẽtes. At dũ graues mihi, ꝓmptos casus itueor: timore maxio succrescẽte cõtinue affligor & cõtristor. Securius est epalẽ statũ fugere q̃ appetere. Laudo certe epatũ tanq̃ vicariatũ dñi nr̃i Iesu Xp̃i: sed illi qui in eo vitã agunt militũ terrenoꝝ: qui mũdi gloriã & pompas appetũt: nõ collaudo: ĩmo eis cõsulo: vt effugiãt quãtũ põt. Melius certe fuisset eis cũ terrenis vitã agere terrenorũ: q̃ ĩ põtificali culmine hæc agẽtes: ad infima & ꝓfundiora loca decidere: tãto præ cæteris cruciandi: quanto præ cæteris plura donaria receperũt. Intelligentes itaq; epoꝝ plurimos: potius nomen gerere q̃ essentiã: potius lupos rapaces fore Xp̃i ouium q̃ pastores: destructores magis esse Xp̃i ecclesiæ q̃ rectores. Qui christianoꝝ elemosynas deprædãtes mercedẽ pauperũ lupinis faucibus ĩ supfluitatibus ciboꝝ & vestiũ deuorãt & cõsumũt: quod absurdũ ẽ: abomĩabile & deflẽdũ. Hæc iccirco dixerim: vt talis abomĩatio cũctis gẽtibus innotescat: quatenus si deũ non metuunt: hoĩes verẽtes suis aliqualiter abominatoĩbus retardent. Audiãt quæso hi tales epi quæ narranda, ꝓponimus: & saltẽ aliorũ calamitatibus terreant.

Ca. xxij.

IN supioribus ægypti partibus: ĩ deserto q̃dã ab hoĩbus, ꝓpter vitæ ĩcõmoda ĩhabitabili quidã degebat monachus Helias noĩe: antiqssimus & magnæ vitæ sc̃titate radiãs: qui ĩ vita beatissimi Hieronymi eidẽ familiarissimus valde fuit: quẽ idẽ btissimus Hieronymus habuisse, ꝓphetiæ spm̃ pluries enarrauit. Hic die quodã (vt plures mihi testificant monachi vita venerabiles fideq; digni: q̃ se dixerũt ab eiusdẽ sancti viri ore multotiẽs audisse) solitis incũbẽs orõnibus: somno repẽtino aduenĩẽte: aliquãtulũ obdormiuit. Et ecce ĩ visione quo quidẽ mõ multotiẽs deus oĩpotẽs grãdia & occulta suis fidelibus referat sacramẽta: ĩ quodã palatio, mirę pulchritudis ineffabil': & a mortalibus nunq̃ visæ: vt sibi videbat erat. Cũ ꝑ horã ꝑ palatiũ illud huc illucq; gradiẽs: eius admiraret pulchritudinẽ vehementẽ: vidit quoddã præparari tribunal: a quibusdã nimiæ pulchritudis iuuenibus stratis tapetibus & vestibus auro & gẽmis: ac mlta artificij varietate decoratis: circũquaq; pariete inuoluto. In quo postmodũ rex quidam maximus & decorus: cuius aspectus tãtæ erat suauitatis: vt nil vellet aliud q hr̃e magna desiderat virorũ sole lucidior comitatus societate veniẽs: se posuit vt iudicia exerceret. Inter hæc cuiusdã aĩa quẽ fuisse Anconitanũ præsulẽ ab aliqbus ibidẽ cõsistẽtibus postmodũ intellexit nequã spiritibus: cathenis igneisq; vinculis vincta instar fornacis flãmas erũpens sulphureas: deportata maiestati regiæ præsentat. Quæ priusq̃ de aliquo interrogaret: cœpit diris vocibus se infernalibus mãsionibus dignissimã acclamare. Hãc inter cæteras maxime assignãs principalẽ causã: qm̃ vanis pompis intẽtus: in conuiuijs & vestibus: & hmõi stulticijs delectabat. Quibus finitis: lata ꝑ iudicẽ sn̄ia: vt pœnis infernalibus traderet: donec corpori iuncta duplices pœnas ĩ perpetuũ sustineret. Mox illa secũ ferens oĩs illa nequã spirituũ turba: inde diris clamoribus recesserũt. Deinde alterius cuiusdã aĩa: quã fuisse Theodonij senatoris fratris venerabil' Damasi prædicti epi Portuensis sil'r intellexit ante maiestatẽ regiã circũstantibus multis nequam spiritibus eum grauissime accusantibus præsentat. Cũq; a diabolis in longũ accusatio traheret: & nullus ex aduerso aliqua responderet: vir quidã septies sole splendidior: & vt sibi videbat pene cæteris astantibus eminentior: ad regis sedens dexterã ĩ pedibus se erexit. Quo quidẽ surgente: silẽtiũ rex manu, ꝓpria a cũctis fieri ĩpetrauit. Tũc qui steterat oĩbus opponẽs accusantibus: hunc suũ fuisse fidelissimũ & deuotũ: & ei cõtinue exhibuisse reuerẽtiã spãlẽ: eisdẽ mox loquẽdi audaciã abstulit & taciturnitate prænotauit. Postmodũ vero is flectẽs ante regẽ genua: huic suo fidelissimo veniam & æternam requiẽ solita pietate & misericordia infinita clæmẽtissime elargiri: ita tñ q; ꝑ cõmissis ĩ mũdo flagitijs ĩ purgatorio purgaret: suis præcibus vt voluit ẽ adeptus. Tũc oĩs illa nefandoꝝ spirituũ multitudo gemens & vlulãs: de illo loco, ꝓtinus se remouit. Interuallo aũt facto horæ vnius: iuuenis quidã pulcherrimus cõcito gradu per palatiũ veniens: ad hũcq; accedens q̃ eminens & præclarus ĩ auxiliũ exurrexerat Theodonij senatoris: se fore dixit a Petro patritio Romanoꝝ eius deuotissimo missum: quatenus eiusdẽ præces exaudiens: sibi ĩpetrare a dño filium dignaret. Ad hæc rex: Quod inquit a filio meo Hieronymo Petrus postulat: certe fiat. His omnibus sic finitis: a somno illo mox Helias monachus excitat. laudes immẽsas deo reddẽs: & Hieronymo glorioso. Qui diem illum ĩ quo tam miranda viderat prænotans: eodẽ postea intellexit die epm̃ Anconitanũ & Theodoniũ senatorem ex hoc sæculo migrauisse. Quo liquide patet: hæc vana somnia nõ fuisse.

Ca. xxiij.

Agnã putabas Augustinẽ charissime aliquibus admiratiõnẽ iducere: velut si qd nouũ
m & inauditũ ei ꝓponẽs: dũ i tuis pristinis lris quas recepi: Iohãni baptistæ & cæteris apl'is
Hieronymũ sanctissimũ æqualẽ i sctitate & gloria: ratiõibus sine dubio efficacibus: & visionibus mirificis cõprobabas. Certe nõ ẽ aliqualis ambiguitas: verissima & oĩ fide & deuotione dignissima ista fore. Nec puto aliquibus eius vitã sanctissimã, & eius tãta ꝓdigia hoĩbus insueta nõ ignorãtibus admiratõis aliquid euenire. Sed qm̃ tales tuæ fuerũt rõnes: ad veritatẽ nuiusmodi declarandã: quid meas leuissimas & iperitas nũc illis apponere nõ deceret. Omissis oĩbus visionẽ mirabilẽ: quã venerabil'is vir Cyrillus eps Alexãdrinus se vidisse: suis ad me diebus pluribus iã elapsis: destinatis lris affirmabat: breuiter introducã. Post beati Hieronymi obitum glorioſum anno cõpleto: i die natiuitatis glorioſissimi Iohãnis dñi præcursoris laudibus expletis matutinis: dũ memoratus põtifex more solito i ecclesia solus añ altare eiusdẽ præcursoris dñi glorioſi: flexis genibus ipsius gloriã & excellẽtiã multa spũs dulcedie cõtẽplaret: repẽtino somno aliquãtulũ obdormiuit. Et ecce i ecclesiã (vt sibi clarissime videbat) binati: quorundã specio sissimoꝝ hoĩm vltra humanã æstimationẽ cãtus: alternatim: suauissimos cõcinnẽtiũ turba vehemẽtissima: miro ordine veniebat. Deinde binati oẽs ad altare, ꝓcidẽtes: & ibidẽ flectẽtes genua: ad sedẽdũ singuli se ponebãt. Cũq; illoꝝ hoĩm iã esset ecclesia valde plena: post oẽs duo viri emiñtiores cæteris: i toto similes atq; pares: infinito sole lucidiores: stola indutí candidissima: auro & gẽmis vndiq; ieffabiliter rutilãte: veniẽtes ecclesiã pariter intrauerũt. Ad quoꝝ introitũ omẽs i ecclesia residẽtes: ꝓtinus flexis genibus eisdẽ summã reuerentiã persoluerũt. Tunc duo illi viri añ altare ab eisdẽ reuerentia exhibita: i duabus cathedris aureis: mira lapidũ præcioſoꝝ varietate & pulchritudine decoratis: sibi a quibusdã pulcherrimis iuueníbus præparatis: amboꝝ pariter cõsederũt: & sic silẽtes aliquãtulũ permanserũt. Interim facto inter illos silẽtio: cœpit alter eorũ duoꝝ alterũ ipellere ad loquendũ. Cũq; lõga ad inuicẽ altercatio oriret: vt quis primo icipet prædicare: cœperũt singuli: vt Hieronymus Iohãnis (cuius erat die illa solennitas) laudes & magnificẽtias explicaret: magnis vocibus acclamare. Quo vnus illoꝝ sermonẽ mox incipiẽs: laudes btissimi præcursoris dñi tãta loq̃læ dulcedine: tãtoq; verboꝝ ornatu: necnõ & snĩæ grauitate cõtexuit: quod fas nõ esset linguæ hoĩm declarare. Finito itaq; sermõe illo: alter (quẽ Iohannẽ baptistã cũcti q aderãt noĩabãt) eidẽ grates referẽs multiplices. Hoc circũstãtibus ad eius honorẽ & gloriã ẽ locutus. Socius iste meus charissimus Hieronymus: æq̃lis mihi i gloria: æq̃lis etiã i sctitate: seriẽ meaꝝ laudũ ẽ hactenus ꝓsecutus: Iccirco dignũ ẽ vt eius laudibus nũc insistã. Hic vere lux est ecclesiæ: tenebras effugans erroꝝ: & cunctos illuminans hoĩes veritatis claritate cæcos. Hic fons ẽ aquæ sapiẽtiæ salutaris: ad quẽ sitientes dũ accedunt: largissime satiant̃. Hic arbor altissima: cuius cacumẽ cœlũ ascendit: sub cuius doctrinæ frõdibus: de suaui eiusdẽ oris fructu: aues cœli, s. hoĩes multũ intelligentes: & bestiæ terræ. s. hoĩes paꝝ intelligẽtes: vberrime satiant̃. Hic mecũ fuit i sæculo eremita: & certe nõ minus me carnẽ abstinẽtijs macerauit. Hic mecũ virgo nitidus atq; purus. Hic mecũ fuit ꝓphetico spũ illustratus. Hic mecũ doctor extitit veritatis. Ego ꝓpter iustitiã & veritatẽ vitam corporeã dereliqui: hic etsi nõ amiserit vitã corporalẽ propter iustitiæ & doctrinæ suæ perspicacissimæ veritatẽ: tempus suũ tamẽ totũ gessit in sæculo in martyrio: afflictionibus & dolore. Ego christianæ fidei præcucurri nuncius & gentiũ inuitator: hic postmodũ veniens: eiusdẽ extitit sustẽtator: & ab hæreticis eandẽ lacerantibus defensator. Ego semel i baptismate manibus ꝓprijs Xp̃m dñm tetigi in Iordane: hic ip̃m nõ solũ manibus ꝓprijs habuit, multotiens in altari: sed & ore proprio manducauit. Hic mihi in sanctitate per omnia fuit æqualis: nũc enĩ æquali ambo vitæ præmio insimul congaudemus. Hæc & alia multa prosequente beato Iohãne: quæ idẽ beatus Cyrillus nõ potuit totaliter memoriæ cõmendare: Iã hora diei prima adueniente: ecclesiã custos intrans: ep̃m intuitus dormientẽ: eundẽ manibus excitauit. Expergefactus itaq; pontifex stupore: admiratõe & gaudio admodũ plenus: quæ viderat custodi cum lachrymis enarrauit. Deinde illo die missam solennissime celebrãs: visionem mirabilẽ omni populo declarauit.

Ca. xxiij.

f Vnt infinito plura quæ dici possent miracla verissima: & vtilia enarrãda: q̃ ea quæ i breui hoc opusculo sũt iscripta. Sed ne plixitate opis aliquid legẽtibus tædij oriat̃: nec solo miraculo quod nõdũ expleto mẽse i Bethleẽ pactũ ẽ: pfectus huic opi finis erit. Die dñico trãsacto post octauas Pẽthecostes: oĩbus meis suffraganeis epis: & multitudie maxia tã viroꝝ q̃ mulieꝝ i ecclesia i qua sanctissimũ quiescit Hieronymi cadauer insimul cõgregatis: honore debito & veneratõe tã debita q̃ deuota: primo egomet sacris indutus vestibus: ad locũ foueæ in q̃ corpus venerandũ iacet accedens: terram cœpi effodere sepulturæ: quatenus sacratissimũ illud corpus

